


7. 16915

PROLOGVS.

**HO Dignissimo domino / domino Ludouic**


DE LA CADENA COMPLVTENSIS ACADEMIAE

Cancellario, & sanctorum Iusti / & Pastoris Abbati, Ioannes Bro  
carius Complutenfis Typographus. S.



**Um multa sint: Cancellarie dignissime**

a nostrae aetatis hominibus in omni disciplinarum genere feliciter elaborata, nulli tamen mihi iustius, & praesentium, & posteritatis approbationem mereri videntur, quam qui veterum scriptis, vel interpretandis, vel dilatandis suam omnem operam dicatam esse voluerunt. Cum enim artes omnes a paruis quibusdam initiis profectae per quosdam velut aetatum gradus adoleuerint, & ad quoddam quasi iustum robur virilitatemque peruenierint, videntur id ita mihi praesens illis saeculis consequi, omnemque adeo expleffe cui sui cursum, vt nihil prope sit relictum, quod illis posterior aetas admitteret. Fuit illa nimirum saeculorum felicitas, vt eo partu naturae benignitas effunderet, quibus per multa saecula posteritas frueretur. Quod quidem obscurum non erit singulas artes animo percurrenti. Prae in eloquentia, apud graecos excelsa, deinde ad Romanos pari felicitate translata, eos habuit progressus, ad eam peruenit amplitudinem, vt tametsi saecula non degenerassent, nihil illi tamen videretur additura. Disputandi vero artem, reliquasque omnes Philosophiae partes, quae vel naturam rerum contemplandam, vel formandos hominum mores sibi proposuerunt: ita prope dixerim, immodice quaeserunt graeci, vt illorum libris lectitandis, si extarent, vix posteritas videretur suffectura. Quis de medicina dicam, quam a Philosophia separatam esse voluerunt? Mitto Aesculapium, Democritum, Hippocratem, fama non scriptis notos. Quis ad Hippocratem, non dico accessit, sed aspirauit? Quis non mecum putet aliter de Galeno quam de quodam sentire oraculo? Iam vero si rem theologiam consideres, quam nulli, posterorum cura volunt videri, & explicatam, & locupletatam, quis non intelligit ex veterum scriptis hos omnes / quasi riuulos deriuatos, nihilque agere recentiores, quam congerendis veterum inueniendis magnas moles artollere? fortassis non aliquo sine vfu, fateor, modo iidem fateantur, nihil se aliud quam veteri argumento nouam comediam scribere. Mutatur aedificii facies, sed materia eadem est. Neque vero id dixerim, quod aut naturam defecisse putem, aut hominum ingenia quasi desperatio ne vellere credam, sed quod existimem magis esse in rem literariam, si semel inuenta in lucem proferrantur, & in publicos vsus diffundantur, quam si inuentorum amore detenti, nec in his proficiamus admodum, & ab illis excidamus. Quod si antiquorum scripta iam ante haberemus percepta, de generis vestigiis animi progredi nolle. Verum cum haec a tergo inexpugnata reliqueris, stulticia est progredi vellet intercludi. Et vt ad rem nostram propius accedamus, quis eorum qui se hodie Aristotelici nominis sectatores, & conseruatores iactant, qui se inter familiarissimos haberi volunt illum vel de faste mouit? Eius nomen in ore semper habent, ex hoc deprompta, quasi oraculi dicta decantant, non diuino tribuatur hoc famae tanti viri, vt vel nomen solum venerabile sit. Sed illud quaero, cur cuius se nomen venditant, scripta negligunt? Volunt se hoc titulo commendari, atque hos fumos spargere, & principibus quasi gratiam vendere, & illum piget consulere, vnde responsa mortalibus reddant. Aggerunt libris montes, moles molibus, crescit interim cartacea supellex, & nunquam finienda volumina, quibus inuisibiles inscribunt titulos, Praedicabilia, Praedicamenta, Perihermenias, Physica, aliaque item innumera. Quis non putet his Aristotelis interpretationem contineri? quis non ex his titulis putet thesauros, quos per tota tempora latuerunt, effoscos? At ille, vti non pro his carbones inueniat. Ducitur inter eos ille miser qui eorum se fidei regendum commisit per labyrinthos, per ambages inexplicatas, per seculorum obscuritatem, nec scit quo sit euasurus. Quid enim sciat, cui nec finis, nec materia suae disciplinae proponitur, quem nisi naturae felicitas, aut diuina quaedam fors illustrarit, erret miser, & tanquam in alienis regionibus obstupescat. Quid enim sciat quorsum de habitibus, de actibus, de praxi in primo dialecticis limine agatur? Non inutiliter fortassis de his differeretur, si quasi anctarium intellectus Aristotelis acciderent, sed cum illum tam fortiter contempnas, quam haec mordicus arripis, quid est quod ex his te Aristotelicum iactes, quae illum, vel te consentiente, per sancte iurem ignorasse. An vero Aristoteles, haec monstrum omnino potuit, quae quidam finxere non sine magna, vt sibi videbantur, hominum admiratione. Latet caernofus serpens in intimas latebras detrusus, & tu mihi longe antrum circumcirculans plaudens & exultans? Interpretem te fateris, cum illa quorum interpretationem suscepisti, quasi myste in tacta relinquis. Hoc mihi per simile videtur, ac si quis ad urbem munitissimam expugnandam profectus, instructus copiis magnoque exercitus apparatu, atque is primum e longinquo visa ciuitate, incit



7. 16915

PROLOGVS.

# Dignissimo domino / domino Ludouico

CO DE LA GADENA COMPLVTENSIS ACADEMIAE

Cancellario, & sanctorum Iusti / & Pastoris Abbati, Ioannes Bro  
carus Complutenfis Typographus. S.



## Ulm multa sint: Cancellarie dignissime

a nostrae aetatis hominibus in omni disciplinarum genere feliciter elaborata, nulli tamen mihi iustius, & praesentium, & posteritatis approbationem mereri videntur, quam qui veterum scriptis, vel interpretandis, vel dilalandis suam omnem operam dicatam esse voluerunt. Cum enim artes omnes a paruis quibusdam initiis profectae per quosdam velut aetatum gradus adoleuerint, & ad quoddam quasi iustum robur virilitatemque peruenerint, videntur id ita mihi praesens illis saeculis consequuta, omnemque adeo expleffe aui sui cursum, ut nihil prope sit relictum, quod illis posterior aetas adiceret. Fuit illa nimirum saeculorum felicitas, ut eo partu naturae benignitas effunderet, quibus per multa saecula posteritas fruereetur. Quod quidem obscurum non erit singulas artes animo percurrenti. Primum eloquentiam apud graecos excelsi cepta, deinde ad Romanos pari felicitate translata, eos habuit progressus, ad eam peruenit amplitudinem, ut tametsi saecula non degenerassent, nihil illi tamen viderentur additura. Disputandi vero artem, reliquasque omnes Philosophiae partes, quae vel naturam rerum contemplandam, vel formandos hominum mores sibi proposuerunt: ita prope dixerim, immodice inuaserunt graeci, ut illorum libris lectitandis, si extarent, vix posteritas videretur suffectura. Quid de medicina dicam, quam a Philosophia separatam esse voluerunt? Mitto Aesculapium, Democritum, & illos fama non scriptis notos. Quis ad Hippocratem, non dico accessit, sed aspirauit? Quis non nefas putet aliter de Galeno quam de quodam sentire oraculo? Iam vero si rem theologicam consideres, quam nonnulli, posterorum cura volunt videri / & explicatam / & locupletatam, quis non intelligit ex veterum fontibus hos omnes / quasi riuulos deriuatos, nihilque agere recentiores, quam congerendis veterum inuentis magnas moles artollere? fortassis non aliquo sine vsu, fateor, modo fidem fateantur, nihil se aliud quam veteri argumento nouam comaediam scribere. Mutatur aedificii facies, sed materia eadem est. Neque vero id dixerim, quod aut naturam defecisse putem, aut hominum ingenia hac quasi desperatione velim retardari, sed quod existimem magis esse in rem literariam, si semel inuenta in lucem proferrantur / & in publicos vsus diffundantur, quam si inueniendorum amore detenti, nec in his proficiamus ad modum, & ab illis excidamus. Quod si antiquorum scripta iam ante haberemus percepta, de generis esset animi progredi nolle. Verum cum haec a tergo inexpugnata reliqueris, stulticia est progrediendi studio velle intercludi. Et ut ad rem nostram propius accedamus, quis eorum qui se hodie Aristotelici nominis sectatores / & conseruatores iactant, qui se inter familiarissimos haberi volunt illum vel de facie nouit? Eius nomen in ore semper habent, ex hoc de prompta / quasi oraculi dicta decantant, non damno, tribuatur hoc famae tanti viri, ut vel nomen solum venerabile sit. Sed illud quaero, cur cuius se nomine venditant, scripta negligunt? Volunt se hoc titulo commendari, atque hos fumos spargere, & principis quasi gratiam vendere, & illum piget consulere, virde responsa mortalibus reddant. Aggerunt libris libros, moles molibus, crescit interim cartacea supellex, & nunquam finienda volumina, quibus mirificos inscribunt titulos, Praedicabilia, Praedicamenta, Perihermenias, Physica, aliaque item innumera. Quis non putet his Aristotelis interpretationem contineri? quis non ex his titulis putet thesauros, qui per tot tempora latuerunt, effossos? At ille, utinam non pro his carbonem inueniat. Ducitur interim ille miser qui eorum se fides regendum commisit per labyrinthos, per ambages inexplicatas, per fert labores itineris, nec scit quo sit euasurus. Quid enim sciat, cui nec finis, nec materiae suae disciplinae proponitur, quem nisi naturae felicitas, aut diuina quaedam fors illustrarit, erret miser, & tanquam in alienis regionibus obstupescat. Quid enim sciat quorsum de habitibus, de actibus, de praxi in primo dialectices limine agatur? Non inutiliter fortassis de his differeretur, si quasi auctarium intellectui Aristotelis accederent, sed cum illum tam fortiter contempnas, quam haec mordicus arripis, quid est quod ex his te Aristotelicum facies, quae illum, vel te consentiente, per sancte iurem ignorasse. An vero Aristoteles, haec monstra somnare potuit, quae quidam finxere non sine magna, ut sibi videbantur, hominum admiratione. Latet caernofus serpens in intimas latebras detrusus, & tu mihi longe antrum circueuras plaudens & exultans? Interpretem te fateris, cum illa quorum interpretationem suscepisti, quasi myste intacta relinquis. Hoc mihi perfimile videtur, ac si quis ad urbem munitissimam expugnandam profisciscatur instructus copis magnoque exercitus apparatu, atque is primum e longinquo visa ciuitate, incit

A ii

|                          |
|--------------------------|
| BIBLIOTECA HOSPITAL REAL |
| GRANADA                  |
| Sala: A                  |
| Estante: 45              |
| Numero: 1                |

pliat obequitare campis, procurrere, velitationes quasdam & prælii simulacra meditari, cum muros intra-  
 tera non solum non tangeret, sed ne ciues quidem illum suspicarentur aduentare, atq; is mihi in pa-  
 triam gloriabundus redeat, victoriam proclamans, ouationes, triumphos postulans. Vbi curus præda  
 onusti? ubi captiui? ubi trophæa ex hostibus? Verum ego hos non putarem tantopere infestandos, si  
 modeste de se sentirent, si quod ignorant fateri vellent, aut discere. Ita nimirum est, pudet quæ imber-  
 bes didicere, senes perdenda fateri. Sensere iam primum hoc sæculi vitium Parisienses, coepereq; obui-  
 ire, vt ab iisdem, & malum, & remedium natum videatur, vt si inuectores huius sectæ reprehendantur,  
 iidem & expulsores fuisse dicantur, & apud eosdem, & finis, & principium huius rei fuerit. Inter quos mi-  
 hi principes fuisse videtur Iacobus Faber, eiusq; discipulus Iodocus Clithoneus, ille primū cum Ari-  
 stotele congregari ausus, reluctantem, remitentemq; velut alterum Cerberum in lucem protulit, sed non  
 potuit illum ita proferre, vt prorsus illum natura sua, hoc est tenebris, & caligine exueret, palamq;  
 conspiciendum daret. Contraxit & ille non nihil ex hac quasi lucta fuliginis. Eam discipulus pietate in  
 magistrum non ferens deterius accessit. Quia in re ita se strenue gessit, vt defatigatum prope magi-  
 strum sudore, & puluere conspersum ita recrearit, confirmarit, conciliarit alterum alteri, & vtrumq;  
 mansuefecerit, vt tractabiles prorsus, & faciles aduentibus reddiderit. Hos ego simul cum typis excu-  
 sos in publicam studiosorum vtilitatem in lucem ederem, cui potius quā tibi dicarem studiosorum pa-  
 trono, literarum amico, verè illius Aristotelicæ disciplinæ, & scientissimo, & studiosissimo! Hos tu igitur  
 suscipe, & quod facis contra ofores bonarum literarum tuere.

¶ VALE.



VM ANTIQVORVM PHILOSOPHORVM PLVRIMI  
 posteritati suæ aliquam suorum laborum frugem relinquere pio benignoq; affe-  
 ctu cogitarunt: non vana gloriæ cupiditate illecti, & sine inuidia quidem: perquisi-  
 tendis disciplinis vires animumq; appulerunt, vt laboribus, & vigiliis suis para-  
 tas/inuentasq; disciplinas nostræ instituentæ vitæ apprime necessarias relinque-  
 rent. Quorum hi quidem tantæ rei pondus ferre non valentes succubuerunt. Hi  
 porro quæ conducerent pauca repererunt/ aut ad opinionum tenebras demersi/  
 deuolutiq; sunt/ aut obscuris ambagibus legentium mentes natura cognoscendæ  
 cupiditas eluserunt. In dieq; ob nostri quidem imbecillitatem illudunt: quæ illorum obscura sensa/ & se-  
 cretam sententiam nostræ cognoscendæ non penetret obtusitas. Hi vero ex sublimibus & æternis isto-  
 rum caducorum longo intervallo/ & pene inaccessibili ab illis distantium scientiam nobis parare cura-  
 uerunt. Sed infirmus noster admodum intuitus e nostris profundis tenebris ad illos diuinos fulgores  
 omnino deficiens hebetescit. Quæ omnia summus Aristoteles persentens/ & diuino beneficio iu-  
 tus nostram sortem miseratus nostræ literariæ vitæ ducem sese præbuit. Et nos cæco ignorantia carce-  
 re pie atq; benigne exemit. Constrinxitq; sub certo præcepto certaq; regula quæ ad eruditam/ & bea-  
 tam vitam necessaria putauit omnia: non lacescite/ non inolute/ non in opinionum caligine/ sed in te-  
 gre/ lucide/ certe. Et eo ordine eaq; facilitate nobis scientiarum/ & virtutum viam patefecit: vt pla-  
 ne videatur ab illo diuino munere nullum excludi voluisse cui quātulumcunq; metis adesset. Diuinius  
 id bonum putans quod pluribus cognosceret profuturum. Et si omnia eius opera mira breuitate &  
 vtilitate sint referta: videri tamen potest eius naturalis editio plurimum admiranda: in qua quidem/ vel  
 omnes/ & antiquos/ & recentiores exuperasse facile consentiunt omnes. Cuius & nos diuino benefi-  
 cio confisi: non vana similiter gloriæ cupiditate illecti/ & sine inuidia: sed solum vtilitatem aliquam af-  
 ferre cupientes Paraphrasim ordinare suscepimus. Etenim benevolentia Peripateticos prosequor om-  
 nes: & præsertim summū Aristotelem omnium vere philosophantium ducem: vt si quid ex illorum dis-  
 ciplinis deprompserim quod vtile/pulchrum/sanctumq; putem/ id omnibus cōmunicatum esse velim/  
 quo omnes vna mecum ipsorum rapiantur amore/ ipsosq; digna veneratione prosequantur et ament.  
 Optoq; omnes ita in ipsorum proficere disciplinis vt (quæ nos ipsi ob paruas ingenii vires minus sus-  
 ficienter explemus) ad cōmunem omnium vtilitatem expleant/ ad finemq; perducant. Si quos tamē  
 hæc nostra scripta iuuabunt: admonuisse velim in hac sacra Philosophia semper Aristotelem aliqui-  
 arduū moliri. Et cum de caductis/ ad horamq; transitoriis agat: pariter diuina tractare. Imo vero hanc  
 totam sensibilibus naturæ philosophicam lectionem ad diuina tendere: & ex sensibilibus intelligibilibus  
 mundi parare introitum. Qui inuestigationis modus nobis cōnaturalis/ congenitusq; (vt ipsi placet)  
 habetur. Id præterea animadvertere licet Peripateticos opinionones tanquā grandem & pernociam  
 mentis pestem fugere. Ad quam prorsus deuitandam passim suorum doctorum sanam intelligentiam  
 expetunt. Et singula secundum subiectam materiam volunt esse intelligenda. Et omnia Physica Phy-  
 sice intelligunt: & Metaphysica diuine: & Logica/ logice. Voluntq; singula in propriis locis: & ex  
 propriis esse disquirenda. Est enim ex propriis vnaquæq; disciplinarum ratio/ratio. Et nulla discer-  
 tiunt nisi duorum cognitione præcedente atq; præuia. Primum est quid sit vniquodq; eorum quæ dis-  
 cutienda assumuntur. Secundum quæ principia prænoscedenda sint ad id quod efficere student. Quæ  
 publica intellectus/ & disciplinarum sunt lumina: & ex aliorum propriorum principiorū luminibus  
 nequaquā dinoscenda. Quæ si dignitates/ proloquia/ cōmunes scientiæ existant: talia sunt vt nos  
 ipsis mente dissentire non putent: & quæ statim probamus audita. Si suppositiones: plurimq; subob-  
 scuriores habentur: vt qualicumq; declaratione egeant/ sed non principiorum. Ad quæ ponunt indu-  
 ctionem viam habere. Et enim inductio talium immediatarum propositionum. Præterea indignum pu-  
 tant/ & a Philosophiæ dignitate quā plurimum alienum in Sophisticam expositionem incidere/ & ami-  
 ca Sophistarum syncategoremata sequi: vimq; in ipsis vllam facere. Idq; danandum ea constantia esse:  
 qua Socrates/ Euthydemus/ Dionysodorumq; perditos sophistas damnat, quorum studium (vt ait)  
 vilissimum est. Et qui in eo versantur/ ridiculi. Et vitium hoc longe detestabilius in sapientia caderet/  
 quanto studium hoc diuinius esse debet. Et contra hæc alta & sublimia dogmata captiosas orationes tex-  
 xere/machinamentaq; sophistica: ridiculius esse videtur quā terram olim ridiculam simiolam in con-  
 temptum deorum peperisse. Sed missa hæc faciamus, non sunt enim eiusce rei ammonendi quos verus  
 allexit philosophicus amor. Id insuper te latere non debet/ per totam Aristotelis philosophiam abdi-  
 tam/ latentemq; esse quandam secretam Analogiam perinde atq; per totum corpus fususq; ta-  
 ctus est. Sine qua (vt sine tactu corpus) nostra philosophia inanimata est vitæq; expers. Quam (si Deus  
 hanc mihi largiatur gratiam) in cōmentariis aliquantulum detegam, non quidem omnino. Tanta enim  
 eius virtus est & amplitudo, vt id impossibile putem: sed quantum mihi concessum fuerit. Demum  
 ne ego te plus æquo in prologo demorer: paucis annotatum firma mente teneto. Notas capitum quibus  
 præponuntur prænotioni quid est subseruire. Interiectasq; interim/ sed raro dignitates atq; possi-

PROLOGVS.

tionem. Hæc siquidem vt plurimum proprium in litera locum obtinent. Et quando ad physicum intellectum procedimus, si patentissimum de se non fuerit principium, exemplo/imperfectaq; inductione, vt plurimum vitium, aut aliqua Topica persuasione. Cum vero Physica scientia traditur, propositionis & assumptionis (quas maiorem & minorem dicimus) si per seipsas manifestæ esse non debuerint, suas probationes subnectimus. Et vbi vltimo decumbitur principium est, aut principii loco positum, ex principio cognitum. Cætera vero tua cura/diligentiq; adhibita facile teipso deprehendere valebis.

IOANNIS PELLITARIJ  
in naturalis philosophiæ cõmendationem ad lectores carmen.

Note literæ.

Anaxagoras.  
Empedocles.  
Democritus.  
Trachinus.  
Aristoteles.

Naturæ liber est mundi pulcherrimus ordo,  
Quem dignata dei est scribere dextra manus.  
Et quæcumq; sinu cælum complectitur amplo,  
Sunt quibus est talis pagina scripta, notæ.  
Eius item Physicæ voces & sensa recludit,  
Qua duce Naturam noscere cuiq; datur.  
Doctus Anaxagoras hoc enoluisse volumina  
Fertur, & Empedocles, Bistoniusq; senex.  
Attamen hos omnes longo discrimine vincit  
Magnus Aristoteles, & loca prima tenet.  
Nam cœli penetrans summum, telluris & ima,  
Edocuit totus quicquid hic orbis habet.  
Cuius opus Physicum solito limatius, omni  
Nube procul pulsa, lucidiusq; nitet.  
Nam Stapulensis ei labor haud mediocre parauit.  
Lumen, & exeruit quæ latere prius.  
Siqua tamen superant minus explorata legenti,  
Quod nouus adiecit portus, aperta facit.  
Ergo age naturæ studium complectere lector,  
Et clarum gemina luce / reuolue librum.

PROLOGVS.

Fol. II.

¶ Judoci Lichtouei Neoportuensis in Physicam Paraphrasim Iacobi Fabri Stapulensis Commentarius.



VIA HIC PROLOGVS LECTORES MVLTORVM ADMONET, QVAE pro reela totius Paraphrasim in Philosophiam naturalem intelligentiam mirum in modum conducunt: ea paucis amotanda / & certo ordine digerenda duximus, quo legentium animis tenacius hæreant.

¶ Primum. Aristoteles in tota naturali Philosophia de rebus naturalibus generationi/corruptioniq; obnoxys determinans, ad diuina pariter aßurgit, & ad cœlestium naturam cognoscendam viam parat / aditumq; pandit. Nempe ex mouentibus physicis, ad primi mouentis metaphysici contemplationem euehit / ex temporis successione: ad eternitatis fixam / permanentemq; durationem / ex motu ad cœlestium firmitatem / & semper eandem stabilitatem / ex huius inferioris machine ordinatissima dispositione: ad sapientissimi autoris / & rerum principis agnitionem subuehit, vt sequentia apertius ostendent. Et hic modus inuestigandi intelligibilia per sensibilia nobis apprime conueniens est ob nostri intellectus imbecillitatem, qui sublimia a sensu & motu scintilla capere non potest nisi ex sensibilibus cognitione paulatim manducatur.

¶ Secundum. Peripatetici in disciplinis opiniones summopere fugiunt. Et recte quidem. Nam opiniones incertitudinæ annexæ sunt / & ambiguitati. Scientia autem cognitio est certissima absq; vlla mentis fluctuatione / aut vacillatione. Proinde qui ex huiusce Paraphrasim lectione fructum literarum expectat: opinionum dissidia / & controuersias missas faciat / solidissimæ veritatis vnica determinatione contentus.

¶ Tertium. Peripatetici suorum dictorum sanam intelligentiam expetendam volunt. Vt scilicet eo pacto intelligantur / quo modo autores intellexerunt: & reclam eorum sententiam imprimis tenendam præcipiunt. Quæ quidem habita / & artis / & doctrine plurimum habebitur, quæ diu ab intentione autoris mens discens non deerrauerit.

¶ Quartum. Peripatetici singula secundum materiam subiectam volunt esse intelligenda. Vt quæ in logica dicuntur: logicè intelligantur, & quæ in physica / physice accomodentur intelligentiæ. Quæ vero in metaphysica dicuntur, in sensu metaphysico accipiantur. Et ita in cæteris disciplinis secundum propositum de quo fit determinatio. Quo circa minus apte fecerunt / & præter morem Peripateticorum, qui logica metaphysice / aut physice logicè exponenda duxerint.

¶ Quintum. Præcipiunt item peripatetici singula in proprijs locis / & ex proprijs esse disquirenda. Vt quæ logica sunt / in logicis discutiantur / & ex principijs / aut propositionibus logicis. Et quæ physica, in physicis / & ex physicis: & ita de alijs. Vnumquodq; enim suo in loco apte disquiritur: cum ibidem ea ponantur principia / aut ex principijs cognita, quorum presidio ipsum inuestigetur. Extra suum autem locum recte cognosci potest quilibet: cum ea desunt per quæ recte debet peruestigari. Quis enim in logicis physica / aut metaphysica exactè disquiserit: cum non habeat logica quibus altioris discipline quæstiones dissoluat. Habet item vnaquæq; disciplina propria principia / aut ex principio cognita, quibus quæ suæ sunt artis comprobent. Non igitur adducenda sunt physica / aut metaphysica / aut alterius discipline ad ea ostendenda / quæ proponit logica: si cuiq; discipline quod suum est tribuere / & hoc Peripateticorum præceptum obseruare velimus.


¶ Sextum. Peripatetici nulla disquirunt / nisi habita duplici præcognitione, scilicet quid est, & quia est. Præcognitione quidem quid est, vt cognoscatur quid vniquodq; vocabulum in eo / quod discutiendum est positum / designet, & in qua significatio illic accipitur. Præcognitione vero / quia est, vt cognoscantur principia ex quibus id habet ostendit esse vera. Quæ quidem principia dicuntur publica lumina intellectus. Nam vt lumen ab oculo corporeo per se videtur, & nullius / vt videatur indiget: ita principia per se cognoscuntur esse vera, & per alia principia minime debent manifestari. Principia autem quibus in disciplinis quicquid ostenditur / sunt duplicia. Quædam vsq; adeo sunt manifesta / vt cognitius eorum terminis statim vera esse deprehendantur, & vocantur dignitates / siue prologia / siue cõmunes scientiæ. Alia vero sunt paulo obscuriora / & aliquantula declaratione ex notioribus ad nos indigentia: non quidem declaratione per alia principia, sed per singularia / & minus cõmunia. Et huiusmodi principia dicunt Peripatetici inductione quæ a singularibus ad vniuersale procedit declarari. Nam (vt inquit Aristoteles in secundo Priorum) inductio est probatiua immediatarum propositionum. Quæ admodum hoc principium. Contrarium a suo contrario corrumpi natum est, hoc modo manifestatur. Calidum corrumpitur a frigido / sanum ab ægro / & bonum a malo. Quicquid igitur habet contrarium a suo contrario corrumpi natum est. Sed hæc ex libris Posteriorum Aristotelis cognoscenda sunt apertius.

¶ Septimum. Peripatetici maxime abhorrent sophisticas expositiones, & suppositionum / ampliationum / restrictionum / appellationum / syncategorematum, & ceterorum id genus (quæ sophisticis captationibus solum subferuntur) exactam obseruationem. Quoniam hæc in serijs / & grauibus disciplinis autorum minime locum habent, sed reclam eorum intelligentiam potius impediunt. Et id comprobatur in prologo exemplo Socratis, qui in dialogo Platonis / qui Euthydemus inscribitur: inducitur confutari / damnariq; Euthydemum / Dionysodorumq; fratres sophisticas, quos ostendit esse vanos in verborum altercatione certatores promptos ad quoduis dictum / seu verum / seu falsum sit refellendum, vt animos hominum ad seria nato a vanis sophisticarum nugis auertat. Ceterum quæ indignum sit contra reclas disciplinas captiuas sophisticas adducere: ostendit litera exemplo terre, quæ grauitate indignata in superos, & gigantes filios suos fulmine in campis Phlegrejs extinxissent vehementer intumuit tanquam monstrum esset expectantes. Itaq; terra quod dijs stomachum faceret simiam peperit / postremas partes nudas superis ridicule ostentantem.

¶ Octauum. Per totam naturalem philosophiam, vt reliquos Aristotelis libros passim analogia (quæ uis latenter) spargitur, quæ est certa rei ad rem proportio, quæ incerta sunt per certiora comprobans. Est enim id docendi genus Aristoteli domesticum / & familiare, & ad quicquid recte intelligendum facillimam / & accomodatissimam præbens viam. Quæ in cõmentarijs Paraphrasim ad omnium utilitatem adiecit / vbi locus expetit pro tenuitate nostræ / utcumq; aperietur.

¶ Nonum. Note singulis cas

pitum preposita, declarant significationes terminorum in eo capite cuius sunt notae positum, & succincte tradunt acceptiones quibus eo in loco vtendum est. Ponuntur tamen interdum etiam in notis principia conducentia ad demonstrationem eorum que in textu sequuntur, sed raro admodum / nam huiusmodi principia potius in textu adducuntur. ¶ Decimum. Cum physicum principium declaratur / & ad principij physici cognitionem (que intellectus physicus dicitur) proceditur, id potissimum fit inductione imperfecta, id est procedente ex vno / aut duobus singularibus tantum, sed non omnibus, neq; apposita particula / & sic de alijs: quoniam eam autores non exprimunt, supponentes simile esse iudicium de singularibus expressis, & his que non numerantur. Cum vero conclusionis physice cognitio (que physica scientia dicitur) paratur: ipsi propositioni / sive maiori / & assumptioni / sive minori continue sua probatio possponitur: quoniam ea expeditior est argumentandi ratio, quam si post totam argumentationem maior / aut minor suscipiatur probanda. Quod autem post argumentationis conclusionem subditur coniunctione rationali enim / nam / quia / aut simili / precedentibus annexum, principium est, a quo tota argumentatio suum robur accipit, atq; probationis efficaciam. ¶ Figura introductionis.



INTRODUCTIO IN PHYSICAM PARAPHRASIM.



Aura est substantiale principium quod unicuique transmutationi subiectum esse natum esse aut transmutationis effectuum. ¶ Materia est natura que unicuique transmutationi subiecta esse nata est. ¶ Materia / subiectum / hyle / potentia / potentia subiectiva. ¶ Forma est natura transmutationum effectiva. ¶ Forma / species / terminus / actus primus / substantia. ¶ Principia sunt que cum non sint ex alijs / neque ex alterutris / ex ipsis offensa alia sunt. Omnia alia: res naturales omnes. ¶ Res autem naturalis est / que constat ex naturis. ¶ Res naturalium genera sunt: Elementa / animalia / vegetabilia. mineralia / mixta imperfecta. Earum vero accidentia (cum eis conveniant) dicuntur secundum naturam. Cum vero disconveniant: contra & preter naturam. ¶ Res naturalis / totum compositum / corpus sensibile: hoc aliquid.

Figura introductioni physice prefixa mundum sensibile nobis insinuat: de quo quecumque in libris physicorum dicitur intelligenda sunt: neque extra eum ferenda est intelligentia. Est autem mundus sensibilis rerum que intra concavum cœli lunæ continentur vniuersitas. Primus circulus ceteros ambles designat concavum cœli lunæ, id est, interiore extremamque cœli lunæ superficiem igni proximam. Spacium interceptrum inter primum circulum & secundum: denotat elementum ignis. Secundus circulus significat concavum ignis tangens aerem. Spacium secundum & tertio circulo clausum: ipsum aeris elementum designat. Tertius circulus concavum est aeris tangens aquam si elementa secundum naturalem situm disponerentur / quo aqua totam terram operiret. Verum ut viuendum saluti consulatur: vna pars detecta est / aeri proxima / quare concavum aeris nunc partim quidem aqua / & partim terra tangit. Denique spacium tertio & quarto contentum circula elementum aquæ designat. Quartus vero circulus / concavum est aquæ tangens terram. Terra autem infima non claudit alia elementa suo ambitu: sed subditet omnibus. Et his quatuor elementis itidem continentur corpora naturalia mixta ut mineralia in terra visceribus / vegetabilia partim terra / & partim aere / alia vero hæc in aere / hæc aqua / & illa terra subsistit. ¶ Deinceps septem circuli minores ordine dispositi significant ea que in hac introductione determinantur. Et quæuis distaxat quatuor librorum physicorum materia copulata videatur: illis tamen intellectus sufficiens habetur in oes physicorum libros introductione. Et horum primus quidem circulus primo respondet libro physicorum / secundus secundum tertium / & quartus: tertius / quintus / sextus / & septimus / quarto. Cuius autem circulo suum respondet introductione caput. ¶ In primo itaque natura dividitur in materiam & formam. Res autem naturalis ibidem ponitur: que de ea illic dicitur / ut toto ex his partibus constituto. ¶ In secundo circulo causa dividitur primum in causam materiale / formale / efficiēte & finale. Secundo in causam proximam / & remotam. Tertio in causam per se & per accidens. Quarto in causam actus / sive actualis & in causam potentie / sive potentiale. ¶ In tertio circulo motus in primis dividitur in sex species / generationem / corruptionem / augmentationem / diminutionem / alterationem / & mutationem secundum locum. Secundo in motum subiectivum / iterativum / & completivum: que diuisio immutatur per hæc vocabula / subiectivum / formalis / totum. Tertio in motum per se / & motum per accidens. Quarto in motum acquisitivum / & depeditivum. Quinto in motum naturale violentum & indifferēte. ¶ In quarto deinde circulo infinitum diducitur in infinitum primo modo / sive in prima acceptione / secundo / tertio / quarto / & quinto modo. Sphæra vero nigra secundo infiniti modo ad latum adiecta designat infinitum / secundo in mundo sensibili natura non inueniri. ¶ In quinto circulo locus primo diducitur in locum commune & proprium / secundo in locum naturale & violentum. ¶ In sexto vacuum dividitur in vacuum primo modo / secundo / & tertio modo: sed nullo illorum modorum vacuum in mundo sensibili inueniri posse / adiecta cuiuslibet modo notæ nigre significat. Deinde in septimo circulo dividitur tempus in presens preteritum & futurum. ¶ Post diuisionem eorum que in hac introductione consideranda sunt: diffinitur natura esse principium substantiale: id est quod est substantia: ad excludenda principia accidentalia ut caliditas & leuitas: & ignis que non sunt natura / sed forme substantiales instrumenta. Et cum in ea diffinitione disiectio ponatur: prior particula propter materiam ponitur: posterior propter formam substantialem / ut vtriusque sequens diffinitio declarat. Diffinitur enim motus materia per primam superioris diffinitionis particulam / s. nata sit esse subiecta unicuique transmutationum / generationi / corruptioni / augmentationi / diminutioni: & ita de alijs speciebus: non quod nata sit illas simul suscipere sed vicissim. Neque materiae officium est quilibet in se transmutationem indifferenter recipere: prout atque cera cuiuscumque figure aut si gilli efformatione in se suscipere nata est. hinc materia subiectum dicitur & potentia passiva / sive susceptiva: que omnes formas & substantiales & accidentarias in se suscipiat. Quod si tota denotentur subiecta: id solius gratia alterius partis. s. materie accidit. ut ignis subiectum est caliditatis: & aqua frigiditatis. Dicitur & materia ab antiquis hyle. Forma vero substantialis diffinitur esse natura que nata est transmutationes efficere / non quælibet sine discrimine sed suo toti convenientes: hanc aliter ac sigillum non quælibet impressionem / sed solius sibi respondētē efficiat. Ut forma substantialis ignis efficit transmutationes igni convenientes: & forma aquæ mutationes aquæ naturales: & ita de ceteris. Est enim proprium forme officium / agere & efficere transmutationes. Proinde actus dicitur / sive actus primus & principium physice: quia primum est & principium agens. Accidentia autem dicuntur actus secundum, quia omnem agendum a forma suscipiunt. De preterea forma species / sive terminus: que materia dicitur definita: ad certam rem naturalem constituta. ¶ Ceterum quia natura diffinita esse principium: quod principia hic dicuntur sequens diffinitio declarat / tria exprimit ad physicorum principiorum rationem necessaria. ¶ Primum. Principia physica non debent esse ex alijs principijs. i. alterius speciei & nature composita: ut materia non componitur ex alijs diuersæ rationis principijs / neque forma, quæuis vtriusque ex eiusdem rationis partibus componatur. ¶ Secundum. Principia physica non debent constitui ex alterutris. i. primum non debet componi ex secundo / neque secundum ex primo / ut materia non componitur ex forma / neque forma ex materia. ¶ Tertium. Ex principijs physice omnia alia sunt. i. res naturales omnes nate sunt fieri. Omnia enim expectanda sunt secundum materiam subiectam. Et que vniuersaliter sonant apud autores: particulariter (ut esse gignat materia) intelligi debent. Si quod omnis res naturalis ex materia & forma duobus principijs physice constat, ut ostendit rei naturalis diffinitio qua dicitur esse que constat ex naturis, ut materia & forma substantialem tanquam suis partibus essentialibus. Quibus enim partes integrales sint rerum naturalium partes substantiales: tamen non sunt natura / neque rerum naturalium principia, quia sunt ex alijs principijs. s. materia & forma partiali. ¶ Deinde enumerantur rerum naturalium genera. i. species que sunt quatuor. s. elementa / ignis / aer / aqua / terra. h. alia, ut species / aves / vermes / & gressibilia. Vegetabilia, ut arbores / frutices / & herbæ. Mineralia, ut aurum / argentum / ferrum / plumbum. Mixta imperfecta, ut pluvia / ros / pruina / mix / grado. Et hæc sunt totæ res naturales quarum quædam partes integrales / sive homogeneæ, & eiusdem cum toto denominationis / sive heterogeneæ / & diuersæ denominationis a toto, etiam res sunt naturales / sive

partiales, ut pars ignis & radix arboris. Deinde subiungitur diuisio accidentiu rebus naturalibus inexistentiu, q. eorum alia...

Causa est ad qua aliquid sequitur. Ad ea vero aliquid sequi est ex ea, per eam, ab ea, aut eius gratia aliquid fieri...

Quid causa. Quis effectus. Dispositionis cause hec est intelligentia. Causa est ad qua effectus natus est sequi, hoc est ex qua...

Cause materiali diuisio. Diuiditur in causam materiale, primo modo, siue prima acceptione, & in causam materiale secundo modo...

Cause formalis diuisio. Diuisio in causam formalem substantialem & accidentalem. Causa formalis substantialis est forma per qua res habet esse...

Finis diuisio. Diuisio in finem finalem & finem instrumentalem. Causa finalis primaria est causa finalis que ulterius in aliud non ordinatur...

Deinde causa per se diffinitur duabus qd particulis copulatione conexis: quarum prima rei conditione, secunda vero ratione exprime...

Motus est aliquid in aliquo aut acquisitio aut depeditio. Dicitur acquisitio aut depeditio quod dicitur...

Diffinitio motus esse acquisitio aut depeditio alicuius forme siue substantialis, ut in generatione & corruptione siue accidentalis...

Sexti modi alie rationis. Motus localis est motus in loco, ut motus in medio, ut motus in alio, ut motus in seipso...

(per q̄ motus ante diuidebatur) mēbra diffiniuntur, & primo quid sit mutari subiectiue/terminatiue/ & cōpletive: Siquidē id mū...

Quid est mutari per se.

Quid mutari per accidens.

Quid quies.

Infiniti actu diuisio.

Quid est mutari per se. Quid mutari per accidens. Quid quies. Infiniti actu diuisio. In finitū primo/nō finitū/nō quātum. Secūdo, quātum trāsitū habēs incōsummabilē. Magnitudo, multitudo. Infinitum magnitudinis est, qd̄ suæ magnitudinis caret extremis. Infinitum multitudine/qd̄ suæ quidē discretæ multitudinis caret extremis. Infinitum secūdo/in finitum actu. Tertio est spaciū (cuius cum pars trāsitā sit) nōdum totū est pertrāsitum. Quarto est qd̄ cum sit trāsitibile difficilē habet transitum. Quinto infinitum est cui semper additio: substractio fieri potest. Additio/substractio. Substractio/diuisio, idem. Infinitum quinto/in finitum potentia. Infinitum in prima acceptione est, quod non habet quantitatem, aut continuam vt punctum, aut discretam, vt unitas. Dicitur infinitum, quasi non finitum, & non quantum. In secūda vero acceptione est, quantum habens transitum, sed inconsummabilem. Dicitur autem transitus inconsummabilis, extensio aut pluralitas quæ semper sumendo partes eiusdem, & determinatæ quantitatis nunquā absolui, & finire potest. Vt si daretur linea a qua sumptis continue pedibus, eius non posset longitudo tota absumi, aut numerus a quo dempto semper binario alioque determinato numero, non posset ad eius finem quispiam peruenire: ea linea, & is numerus esset hoc modo infinitus. Et diuiditur hoc modo infinitum in infinitum magnitudinis & multitudine, quemadmodum designant duæ dictiones, eius diffinitioni subiunctæ. De infinito magnitudine, vt linea quæ suæ extensionis, nec principium habet, nec finem vtrinq; in immensum porrecta, ea enim suæ longitudinis careret extremis, & partibus: nam neq; primam haberet pedalem, neq; vltimam, & impartibilibus, quia non haberet punctum initians, neq; finiens quibus clauderetur. Ita superficies suæ latitudinis, & corpus suæ profunditatis extrema, & partibilia, & impartibilia non habens, est hoc modo infinitum. De infinito multitudine exemplum, vt si sumatur numerus, cuius neq; prima dari posset unitas, neq; vltima, similiter neq; primus binarius, aut alius certe multitudinis numerus neq; vltimus is careret suæ multitudinis discretæ (quod consulo adiectum est ad excludendam multitudinem continuam partium continuæ) extremis, & partibilibus quidem, & impartibilibus: effectq; hoc modo infinitus. De infinito tertio exemplum, vt via cuius medietas peracta est, & altera superest peragenda est infinita, in tertia acceptione. Et numerus cuius pars numerata est: & restat altera pars numeranda, eodem quoq; modo infinitus est. De infinito quarto, vt totum spaciū inter orientem & occidentem interceptum pertransibile quidem est, sed difficilē habet transitum. Et numerus harenarum maris, aut capillorum capitis numerabilis est, sed difficilis est ea numero ratio. De infinito quinto exemplum, vt magnitudo & quoduis continuū. Nam ei semper potest fieri substractio, id est diuisio in minores partes, neq; vnquā per talem diuisionem peruenietur ad partes impartibiles. Similiter numerus consurgens ex diuisione partium continuæ, est hoc modo infinitus, quia ei semper fieri potest additio. Quantum enim de creuit magnitudo tantum creuit partium multitudo, neq; vnquā ad maximum numerorum cui vltimus additio fieri non possit peruenire possibile est. Et

diuiditur (vt subiunctæ dictiones designant) in infinitum quinto additione, cui scilicet semper additio fieri potest, cuiusmodi est numerus. Infinitum quinto substractio, cui semper substractio/diuisio, fieri potest, cuiusmodi est magnitudo. Quibus tertium membra diuisio. Quibus tertium membra diuisio. Quibus tertium membra diuisio.

Locus est extrinsecus terminus corporis alterum continentis. Locus cōmunis est qui multa continet quibus immediatus non est. Locus proprius est terminus corporis continentis contento immediatus. Terminus superficies concava. Ea vero concava est, quæ est continentis interior vltima. Et ea cōuexa est quæ est corporis circūdans extrema. Locus naturalis est in quo res naturales natura quiescunt. In eo enim natura quiescunt in quo conseruari natae sunt. Volentus in quo res naturalis minime natura quiescit.

Diffinitur locus esse terminus superficiesq; cōcava corporis cōtinentis alterū, vt pote locatū, extrinsecus/non quidē corpori locati, quia ei inest, vt suo subiecto, sed ipsi corpori locato, respectu cuius dicitur locus. No est enim locus in locato, aut vt pars eius, aut accidens, cū possit ab eo separari & separatus permanere. Corpus tamen locatū dicitur esse in loco denominatione extrinsecæ, quæ ad modū pānis mensuratus ab vna nō quæ sit in pāno, sed ei extrinsecæ. Vt superficies concava dolij continentis vini est locus vini, quia est terminus dolij cōtinentis alterū corpus, ipsi corpori cōtento extrinsecus. De loco cōmuni exemplū, vt concavū cœli lune ad aerem, aquā & terrā, locus est cōmunis. Nam illa cōtinet corpora quibus nō est immediatū, cū inter ipsa & concavū lune aliud corpus, scilicet ignis interiaceat. De loco proprio, vt concavū cœli lune ad ignē, nā est terminus ipsius cœli lune ignē continentis, igni cōtento immediatus, cū inter superficiē cœli lune concavā & ignē nullū aliud intermediet corpus. Et in diffinitione loci terminus nō pro quacūq; corporis superficie sumitur, sed dūtaxat pro superficie cōcava. Siquidē duplex est extrema superficies, scilicet cōcava q̄ interior est corporis cōtinentis superficies, & vltima. Neq; vltra eam nulla est illius corporis interior superficies, vt intima dolij, aut vitri/alteriusve corporis cōtinentis superficies. Et hæc dicta est esse locus, & secūndū eam vnū corpus cōtinet alterū. Alia est superficies cōuexa, & est exterior corporis superficies, & vltima, cū vltra eam nulla sit alia exterior eiusdem corporis superficies, vt extrema superficies terræ tangētis aquā/aut aerē, extrema aeris tangētis ignē, & inter exteriores vltima ignis superficies tangētis cœlū lune. Et ista nō est locus, quia secūndū eam corpus nō cōtinet, sed potius ab altero cōtinetur, excepta solū vltima sphaera quæ nullū habet aliud corpus supra se. Quo sit vt omne corpus habes superficie concavā, habeat itidē cōuexā quæ clauditur, vt termino intrinsecō, & quæ tangit corpus ipsum cōtinentis (si modo habeat) quemadmodū inferiores sphaera cœlestes. Non tamē quicquid habet superficiem cōuexā, habet concavā, vt terra, & cetera corpora q̄ continent solū, & non cōtinent. De loco naturali exemplū, vt concavū aeris hominē cōtinentis est locus eius naturalis, & concavū aquæ ad piscem. De loco violento, vt concavū aquæ ad hominē, & aeris ad piscem. Nam neq; in aqua homo, neq; in aere piscis, conseruari natus est.

Quid locus.

Superficiē diuisio.

Quid vacuū primo.

Quid penetratio dimensio.

Vacuū primo est locus non repletus corpore, natus repleri. Cum enim inter superficies latera nō interiacet corpus, quando interiacere natum esset/ea superficies vacua diceretur. Vacuū primo/vacuū priuatione. Vacuū secūdo est dimensio omnī intra se corpora non cedendo recipiens. Vacuū secūdo/spaciū separatū. Tertio est quod corporibus immersum plēnū nō est. Priuatio/spaciū. Tres istæ diffinitiones vacuū non rei naturā explicant, cum natura non sit natum esse vacuū, sed conuertibile nominis rationem insinuant. De vacuo primo exemplū, vt si aqua vitro contenta effundatur, nullo alio vitro subeunte corpore, cum ipsa esset penitus effusa/superficies concava vitri est vacuū primo. Nam ipsa est locus nō repletus corpore cū nullū intra se per hypotheseū corpus continet, natus tamen corpore repleti, nā suapte natura nata est aliquod corpus cōtinere, cū omnia corpora nata sint proximū corpus tan gerē, quo excludatur vacuū quod summo opere natura abhorret. De superficie vacua exemplū, vt si intra concavū cœli lune latera nō interiaceret corpus, omnibus scilicet ab ipso remotis, cū tamen natū esset interiacere, concavū cœli lune/superficies vacua diceretur & vacuū primo. Vnde constat vacuū primo non capi pro medio illo interhiante spacio, intra latera superficies concavæ, remoto omni corpore concepto, sed solū pro superficie concava corporis non cōtinentis aliquod corpus. Et vacuū primo dicitur etiam vacuū priuatione, quia loci priuationē designat. De vacuo secūdo exemplū, vt si esset dimensio per totum mundū (quemadmodū ponebant aliqui antiquorū) extensa, omnia intra se corpora non cedēdo suscipiens, & illius tanta mole est cū corpore in se recepto, quāta esset corporis in eo contenti magnitudo, vt in corpore bicubito, illius dimensionis magnitudo bicubita, & in tricubito tricubita, mole corporis contenti omnino respondens, illa dimensio esset vacuū secūdo. Verū nulla talis esse potest, quia natura quæ maxime resugit penetrationē dimensionū, corporumq; occupationē, ad quam profus excludendā corpora sibymicem cedunt, & vno locum aliquē subeunte, alterū prius eo loco contentū exit/egrediturq; neq; vnū alterius dimensiones subit, atq; subintrat, vt aqua cedit lapidi/ & aer homini. Quod si altero corpore secūdu consimilē situm adueniente, primū non exiret loco suo, neq; diuideretur, sed eundem penitus cum secūdo, & secūdu cum primo situm haberet, neq; plus duorū, quā vnus dimensio spaciū oppleret: illa corpora non cederent, sed se penetrarent/atq; occuparent. Et dicitur vacuū secūdo talio nomine spaciū separatum, q̄ a substantia rerum quibus coniungitur separatū sit/atq; semotum. Vacuum tertio duas primas vacuū acceptiones complectitur, & ideo est duplex, scilicet vacuū tertio priuatione. Et est parua quæcūq; concavitas quæ corporibus immersis plena non est, nata tamen repleri, quo modo antiqui posuerunt parua quædam vacua corporibus animatis insita in quibus alimentū suscipere. Aliud est vacuū tertio/spacio. Est parua quædam dimensio corporibus immersa, ipsaq; non cedendo recipiens. Vt nōnulli nolentes concedere vacuas huiusmodi concavitates: posuerunt exiguas dimensiones corporibus immersas quæ non cedentes alimentum suscipere, eiq; coniungerentur.

Tempus est numerus primū motus secundum prius & posterius. Primitus motus is est qui est primū mobilis. Mobilia hoc ordine sunt sita. Terra/aqua/aer/ignis/cœlum lune/mercurius/venus





IACOBI FABRI STAPVLENSIS IN ARISTOTE- LIS. VIII. Physicos Libros Paraphrasis, adiecto IVDOCI GLICHTOVEI Neoportuensis Commentario.

Primi capituli/primi Physicorum notae. Principia/elementa/causae: principiorum sunt nomina. Notiora nobis/Notiora ad nos. Incertius/Ignottus. Confusiora/Compositiora.



LIBER Physicorum Aristotelis octo partiales Libros continet. Primus no- vem capita. Primum caput libri prohemium est: quo pacto in libris physico- rum procedendum sit ostendens: tres continens conclusiones. Prima, Prius na- turalis philosophiae determinanda sunt principia. Patet, quia ea prius determi- nanda sunt, ex quorum cognitione rerum naturalium acquiritur notitia. At ex principijs naturalis philosophiae: rerum naturalium acquiritur notitia. Quonia- quidem intelligere/& scire contingit circa omnes scientias, quarum sunt princí- pia/elementa/aut causae: ex horum cognitione. Arbitrantur enim omnes tunc unūquodq; cognoscere/cum principia/elementa/& causas cognoscant. Sunt igitur prius naturalis phi- losophiae determinanda principia. Secunda. Ad ipsa principia ab incertioribus natura procedendū est. Patet, quia a notioribus nobis ad minus nota procedendum est. Incertiora autem natura: nobis sunt notiora certioribus natura. Nō enim oportet eadem nobis/& natura similiter nota esse. Sunt enim compositiora nobis prius manifesta/simpliciora vero posterius. Ad ipsa igitur principia ab incertiori- bus natura procedendum est. Etenim ingeniata est nobis via ex nobis notioribus & certioribus: in no- tiora & certiora natura procedere. Tertia. In hac disciplina ab vniuersalioribus ad minus vniuersa- lia procedere expedit. Ratio, Quia a notioribus ad minus nota procedendū est. In disciplinis autem vniuersaliora notiora sunt minus vniuersalibus. Primo, Quia vniuersale totum est intellectus (com- prehendit enim sub se partes multas) sicut compositum: totum est sensus. Compositum autem notius est sensus suis partibus: ita & vniuersale notius erit intellectus suis partibus. Secūdo, Quia vniuersalio- ra confusiora sunt: suae enim diffinitiones quae indistincte important: distinguunt/& in particulas diuis- dunt. Compositiora autem nobis sunt notiora. Tertio, Quia pueri primo omnes homines cōmuni appellatione vocant patres: & omnes mulieres vocant matres, & cum perficitur in ipsis cognitio: par- ticularibus nominibus, eos nuncupant & distinguunt. Signum est igitur vniuersalia nobis esse notiora. Est igitur in hac disciplina ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia procedendum.

Notarum primi capituli/primi physicorum declaratio:

Principia hoc in loco pro principijs discipline sumuntur: ex quibus demonstrantur conclusiones: quae triplici nomine hic no- minantur ob triplicem eorum rationem. Siquidem principia dicuntur: quia prima sunt a quibus in vnaquaq; disciplina su- mendum est exordium. Elementa vero: quia non in alia sed conclusiones in ipsa resoluntur. Dicuntur & causae: quia conuenienter se- pondeantur ad quaestiuū quare: vt interroganti quare homo est res naturalis/apta datur respoſio, quia constat ex naturis. No- tiora ad nos sunt quae sensui sunt propinquiora: vt minus cōmunia aut effectus. Minus cōmunia quidem suis magis cōmunitibus: vt q; homo componatur ex materia/& forma notius est ad nos quā q; omnis res naturalis ex materia & forma constituitur. Et effectus itidem suis causis: vt q; arbor crescat notius est ad nos quā q; sit animata. Notiora autem natura sunt quae a sensu sunt remotiora: vt vniuersaliora & causae. Vniuersaliora quidem suis minus vniuersalibus: vt omne animal sentire quā hominem sentire. Et causae suis effectibus: vt hominem habere pulmonem natura notius est quā ipsum respirare. Quare notiora ad nos sunt ignotiora simpliciter atq; natura: & diuerso notiora natura sunt: ignotiora ad nos. Incertius hic dicitur quod ignotius est. Notiora nobis/ & notiora ad nos hic pro eodem sumuntur. Confusiora in proposito sunt compositiora: vt tota res natura- lis dicitur confusior sua materia & forma.





PRIMI capituli & primi Physicorum prima conclusio. Naturalis philosophiae prius deter- minanda sunt principia doctrinalia quae conclusiones. Quemadmodum in geometria/& arith- metica primo proponuntur principia: ex quibus deinde conclusiones deducuntur. Patet. Nam ea prius in naturali philosophia determinanda sunt: ex quorum cognitione rerum na- turalium acquiritur notitia: vt ea prius in logica tradenda sunt: ex quorum cognitione argumen- tationis comparatur notitia. At ex principijs naturalis philosophiae rerum naturalium acqui- ritur notitia. Quonia in omnibus disciplinis habetibus principia/elementa/& causas habetur scientia/& intelligentia eorum quae determinantur: ex cognitione ipsorum principiorum/elementorum/ & causarum. Quare in naturali philosophia cognoscuntur conclusiones de rebus naturalibus: ex eiusdem discipline principijs. Tunc enim putant omnes aliquid cognoscere: cū ipsa principia/ & causas cognoscunt. Quandoquidem scire est causam rei cognoscere: igitur naturalis philosophiae prius determinanda sunt principia. Secūda cōclio.

Secunda conclusio. Ad ipsa philosophiae naturalis principia ab incertioribus natura procedendū est. Non quidem ad omnia: sed ea dumtaxat quae praeter terminorum cognitionem requirunt aliquantulam declarationem. Vt positiones physicae aliquantulum ob- scure: quae per inductionem ex minus communibus atq; incertioribus natura (vt dicitur haec conclusio) sunt clariores. Patet. Quia a notioribus ad nos ad minus nota ad nos procedendū est. Sed incertiora natura sunt notiora ad nos q; certiora natura. Quia non opor- tet esse eadē notiora ad nos q; notiora natura immo diuerso quae ad nos sunt notiora/ sunt minus nota natura, & quae notiora na- tura: minus nota ad nos. Compositiora enim vt totae res naturales sunt notiora ad nos: simpliciora vero vt earum partes substanti- ales posterius sunt nota. Siquidem igne sensu cognoscunt omnes, materiam autem q; formam posterius atq; solū intellectu plē- riq; cognoscunt. Ad ipsa ergo principia physicae intelligentia ab incertioribus natura procedendum est. Quandoquidem imata est nobis via ex notioribus ad nos procedere ad notiora natura. Vt a sensibilibus ad intelligibilia. Tertia conclusio. In hac disciplina ad comparandam rerum naturalium scientiam ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia vt a principijs ad conclusiones proceden- dum est. In disciplinis enim primo generalia & communia determinantur: deinde specialia. Vt in philosophia naturali primum quid sit res naturalis q; motus/generatim traditur. Deinde de rerum naturalium generibus atq; mutationum speciebus/peculiaris in sequentibus libris fit determinatio. Patet conclusio. Quia ad habendam scientiam a natura notioribus ad minus nota natura pro- cedendum est. At in disciplinis vniuersaliora sunt notiora natura minus vniuersalibus. Primo. Nam vniuersale se habet ad intelle- ctum sicut compositum sensibile ad sensum. Sicut enim compositum sensibile est totum ipsius sensus: ita vniuersale est totum ipsius intellectus: cum habeat sub se partes multas vt pote minus vniuersalia in quae diuiditur. Atqui compositum sensibile notius est sensui suis partibus: vt ignis q; sua materia & forma: ergo & vniuersale notius est intellectui suis partibus minus communibus. Secūdo. Quia vniuersalia sunt confusiora. Ipsorum enim diffinitiones distincte important & in partes diuidunt ea / quae per distincta confusa significatur. Vt homo confusa importat ea: quae sua diffinitio animal gressibile bipes intelligens/distincte im- portat. Confusiora autem sunt compositiora: igitur & vniuersaliora sunt compositiora pluraq; in sua ratione includunt. At com- positiora nobis ipsi natura sunt notiora igitur & vniuersaliora. Tertio. Quia pueri in principio aetatis omnes viros vocant patres/ & omnes mulieres matres: q; propriam patris & matris notionem necdum habeant: sed solum communem. At cum perficitur in eis cognitio atq; discretio: solummodo patrem nomine paterno nuncupant/ & matrem matrem. Signum est igitur notio- nes vniuersales prius nobis esse notas q; particulares. Vt de homine procul distante prius cognoscimus q; sit substantia q; animal: & prius idem q; animal q; homo. Igitur in hac disciplina ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia procedendum est.

Secundi capituli notae:

Diuisio/diuisa suppositio. Atomi sunt sensu impartibilia corpora: qualia in radio solis sed grossius ocula videntur. Haec homiomeria sunt: quae similes naturae sunt: totumq; similitum partium constitunt. Hippocrates quadrans circulum per lunulas ex proprijs procedebat: Geometriae principia retinens. Lunula enim est figura arcu circumferentiae circuli/ & costae quadrati con- tenta. Antiphon vero circulum quadrare volens/ Geometriae principium negabat: constituendo in circulo triangulum aequila- terū. Et deinde supra quodlibet latus trianguli: Isochelis cōstituit: quousq; vellet vltimi Isochelis latus aequale esse parti circuli ferentiae. Hippocratis figura. Figura Antiphontis.



Communis philosophiae/Metaphysica. Tantum/pluralitatis exclusiuum. Vnum/continuitate/vnum continuū. Vnum impartibile/q; diuidi nō potest. Vnum actu & potentia/vna res naturalis. Vnum actu est: cū non est alterius pars. Potestate vero vnum est: q; diu est alterius pars. Potestate/potentia. Consimiliter multa actu & potestate diffiniuntur.

Secundum cap. cōtinet duas diffinitiones. 5. cōclusiones. 2. ratios ad primam. 3. ad. 4. & remotionē dubit. Prima diuisio rerū naturalium/aut vnū est principium mobile (q; naturales dixerūt alii ignē/alii aerē/alii aquā.) Aut imobile (q; dixerūt Parmenides & Melissus) finitū/aut infinitū. Aut multa mobilia/aut imobilia/ finita aut infinita/quod dixerūt Anaxagoras & Democritus. Anaxagoras quā- dem infinitas atomos homiomerias ossis: esse principia ossis, & carnis/esse prin- cipia carnis & infinitas nerui / esse principia nerui. Democritus vero infinitas atomos eiusdem generis figura & ordine differētes: esse principia rerū. Secūda. Si principia rerū multa sint finita: aut sūt duo/aut tria/aut quodā altero certo numē- ro. Et ita de rebus naturalibus dicendū est. Prima cōclusio. Cōtra afferentes tantū esse vnū ens infinitū/ bile minime physico disputandū. Primo. Quia nullius artificis est disputare contra eius principia des- truentem, vt Geometriae disputandū non est contra destruentem Geometriae principia, qui autem affe- runt tantum esse vnum ens immobile: destrunt physicae principia. Negant enim motum esse & erunt multitudine. Si enim tantum vnum est & non multa: ipsum nullius erit principium, non autem erit B

**Principium principum.** Est enim principium alterius cuiuslibet: aut quorundam principium, contra igitur  
 ata asserentes minime interest physici disputare: sed alterius communis artificis dialectici aut metaphysici.  
**Secundo.** Non magis est physici disputare contra asserentes tantum esse unum ens: quod contra alia quatuor  
 eumque extraneam orationem, ut contra Heracliti orationem/ nullum hominem continuo esse id quod est,  
 sed manifestum est physici non interesse contra huiusmodi extraneas orationes disputare. Neque igitur sua  
 interest contra unum tantum esse ens immobile asserentes disputare. **Secunda conclusio.** Similiter phy-  
 sici non est rationes Parmenidis & Melissi solvere. **Ratio.** Quia non est physici rationes litigiosas solu-  
 vere (habet enim proprias solvere & eorum qui sua principia non negant, ut Geometre rationem Hippocra-  
 tis solvunt/non autem Antiphontis rationem). At rationes Parmenidis & Melissi litigiosae sunt, neque enim  
 syllogizant & falsum assumunt. Ratio quidem Melissi defectuosa magis est & minus apparens. Vno tamen  
 inconuenienti dato multa contingunt. Parmenidis vero ratio minus. Rationem enim ita formabat Me-  
 lissus, si quid est factum: habet principium/ igitur si non est quid factum/ non habet principium, vniuersum  
 autem non est factum: igitur non habet principium/ quare neque finem: est igitur infinitum. Et cum  
 non habeat ubi moueatur: est immobile. Parmenides vero sua sic. Quidquid est praeter ens/ non est ens,  
 quod autem non est ens/ nihil est, igitur quidquid est praeter ens/ nihil est. At ens & unum conuertuntur, igitur  
 tantum unum ens est. **Tertia conclusio.** Non inconueniens videbitur aliquid tunc contra tantum unum  
 esse ens asserentes disputare. **Nam** communis philosophia ad hanc viam habet & dialectica. **Quarta con-**  
**clusio.** Non recte dicunt Parmenides & Melissus tantum unum esse ens immobile: ille finitum/ hic vero  
 infinitum esse dicentes. **Primo.** Quia aut capsum ens ut multipliciter dicitur de substantia/ quantitate/ &  
 qualitate: quomodo si capiant siue substantia/ quantitas/ & equalitas conuenientia siue abinuenientia separata,  
 multa erunt & non tantum unum. Aut faciunt ens vniuersum. Et tunc aut solū si multa erunt & non tantum unum. Aut  
 faciunt ens vniuersum. Et tunc aut solū si significat substantiam: aut solū quantitatem/ aut qualitatem ut  
 genus aut ut species: quod si sic/ multa erunt & non tantum unum. Et genus enim & species: de pluribus  
 praedicantur. Aut significat ut indiuiduum: & tunc illud ens non erit substantia. Nam aut omnia essent  
 vnus homo/ aut vnus equus/ aut vna anima numero: quae impossibilia sunt. Neque illud ens erit unum acci-  
 dens: nam ipsum esset sine subiecto/ quod esse nequit. Nullum enim accidendum a substantia separabile est:  
 sed omnia in subiecta substantia esse necesse est. Neque erit ens illud unum ex accidente & substantia consti-  
 tutum: ut unum quantum/ unum quale. Nam multa tam essent & non tantum unum. **Secundo** Parmenides  
 dixit ipsum esse finitum: & Melissus dixit ipsum esse infinitum. Non erit igitur illud ens solum substan-  
 tia. Nam sola substantia neque finita neque infinita est. Quantitatis enim ratio finiti & infiniti congruit. Na  
 magnitudo quae transiri potest: finita est. Quae vero transiri nequit: infinita. Neque per idem erit vna quali-  
 tas: aut vna actio aut passio. Nam qualitates/ actiones & passiones finitae aut infinitae per accidens dicun-  
 tur. Neque erit illud ens finitum (ut vult Parmenides) aut infinitum (ut Melissus) solum quantitas. Nam esset  
 accidens sine subiecta substantia. Neque erit vna substantia quanta: nam si est substantia quanta: substantia est  
 & quantitas est. Quae si sunt: duo vere sunt quae sunt. Erunt igitur multa: & non tantum unum est. **Tertio.**  
 Vnum multipliciter dicitur. Primo unum continuitate. Secundo impartibilitate. Tertio ratione: quae vna  
 eandem rationem habent, ut merum & vinum. Quarto actu & potentia. Sed illud ens/ unum continuitate  
 te non erit. Nam multa essent. Est enim continuum in infinitum diuisibile. Neque unum impartibilitate.  
 Nam neque esset finitum: quod dicit Parmenides/ neque infinitum: quod dicit Melissus. Impartibile enim  
 neque finitum neque infinitum est. Neque tantum erit vnum diuisione ut tunica & vestis. Nam inconuenientia se  
 queretur ad quae prouocabat Heraclitus: quia boni & mali/ boni & non boni/ hominis & equi/ quantitas & qua-  
 litatis/ contrariorum & contradictoriorum/ disparatorum/ diuersorum generum eadem erit ratio: & de  
 eodem affirmatio & negatio, ut idem erit bonum & non erit bonum. Nam erit non bonum/ boni enim  
 & non boni eadem esset ratio/ quae impossibilia sunt. Neque erit unum actu & potentia/ nam statim multa  
 essent: & non tantum unum. **Dubitatio.** An totius partes sint ipsum totum: an multae sint & diuersae.  
**Respondet** quamlibet partem esse a toto diuersam. Nam si quaelibet pars esset toti eadem: quaelibet pars  
 cuiuslibet parti esset eadem: quaecumque enim vni & eidem sunt eadem/ illa inter se sunt eadem. Omnes tamen  
 partes simul nihil aliud quam ipsum totum sunt. **Quinta conclusio.** Posteriores inconuenienter oratio-  
 num copulas auferantur aut eas in adiectiua verba mutabant cum praedicaretur accidens: ne unum esse  
 multa concederent. Ut Licophon futus sequaces dicebant dumtaxat homo albus/ homo ambulans: &  
 non/ homo est albus: homo est ambulans. Et alii dicebant homo albus/ homo ambulans/ dicere non au-  
 dentes homo est albus: homo est ambulans. Videbatur enim eis quia verbum est subtraherent/ non mul-  
 ta esse significare sed unum simpliciter dicere. **Quod** autem id non recte faciant patet, quia unum sub-  
 iecto/ ratione multa est, ut Socrates albus & Musicus subiecto idem est/ ratione vero multa. Est enim alia  
 ratio Socratis albi & eiusdem musici. Et unum continuum est multa, neque unum & multa repugnant ut  
 credebant. Nam unum subiecto & ratione multa eodem conueniunt: & unum actu & multa potentia eodem,  
 licet unum & multa eodem modo/ ut unum actu & multa actu: bene repugnent. Non igitur oportuit eos  
 copulas auferre: & alias orationes accidentalium praedicatorum expressorum negare ne unum multa esse  
 concederent/ cum id inconueniens minime sit.

Notandum secundum capitis declaratio.

**Diuisio in principio huius capitis idem est quod diuisio suppositio: hoc est principium ex diuersis partibus diuisione comes-**  
**is constitutum.** **Atomi in greco/ latine** indiuisibilia dicuntur. Nam a particula negatiua est/ **Tomos** grece/ latine diuisio di-  
 citur. **De Atomis** homiomerijs exemplum, ut Atomi ossis inter se similes sunt naturae: & totum os similibus partibus constitu-  
 unt/ similiter Atomi carnis/ & Atomi nerui. **Hippocrates** volens quadrare circulum & constituere quadratum aequalis conti-  
 nentiae cum circulo: sic argumentabatur. Omnes lineae duae ab eodem puncto ad idem punctum sunt aequales. Sed descripto circu-  
 lo & intra ipsum constituto quadrato a b c d: arcus circumscriptionis a b c & costa quadrati a b c d egredimur ab eodem puncto ut a  
 ad idem punctum scilicet b: igitur illa circumscriptionis pars aequatur costae a b. Et eadem ratione probaretur quaelibet circumscriptionis  
 pars aequari costae sibi conterminali. quare tota circumscriptionis circuli aequatur costis quadrati. **Totus** circulus toti quadrato. Quod  
 enim termini sunt aequales: & figurae aequales erunt. Ita argumentando Hippocrates Geometriae principia retinebat quidem  
 sed male applicabat ad lineas vnae rectae: & altera curuam: cum deberet solum applicare ad rectas. Et in hac descriptione sua/ sunt  
 quattuor lunulae: id est figurae contentae parte circumscriptionis circuli & costa quadrati. sic dicitur, crescentis lunae similitudinem expri-  
 mant: ut superficies contenta intra circumscriptionis partem a b c & costam quadrati a b c d. **Antiphon** autem volens quadrare circulum  
 constituit primum in circulo triangulum trium aequalium laterum: quem Isopleurum/ aequilaterumque vocant. Super eius quod li-  
 bet latus deinde constituit triangulum duorum aequalium laterum: quem dicunt Isoscelem/ aequicrurum/ aequipedum/ siue aequi-  
 sibialem. Rursum super cuiuslibet Isosceles latus propinquius circumscriptionis alterum Isoscelem minorem constituit, quod (ut di-  
 xit Antiphon) totiens fiet: quousque nullo amplius intercepto spacio inter Isosceles latus & circumscriptionem in quo ulterius possit  
 huiusmodi triangulum formari: vltimi Isosceles latus aequatur parti circumscriptionis/ immo sit ipsa circumscriptionis pars. At hoc modo  
 arguendo negauit Geometriae principia scilicet superficiem esse diuisibilem in infinitum: cum dicit tandem inter vltimi Isosceles  
 latus & partem circumscriptionis respondentem/ nihil superficiei clausum iri, quod falsum est imo descriptis quotcumque triangulis (em-  
 per aliquid superest superficiei inter vltimo descripti trianguli latus & partem circumscriptionis: in quo alius describitur triangulus.  
 Praeterea Antiphon lineam rectam scilicet latus trianguli facit aequalem lineae curuae scilicet parti circumscriptionis: quae quantalacumque  
 semper est curua/ quod rursum est impossibile. **Metaphysica** dicitur communis philosophia: quae ceteras disciplinas inferiores sua  
 generali arte complectatur/ & principia habeat ad omnem disciplinam secundum materiam subiectam accommodanda. **Tan-**  
**tum in** positione Parmenidis & Melissi excludit pluralitatem. Ut sit sensus: tantum unum ens est/ unum ens est & non sunt plura  
 entia quae unum, & non diuersitatem siue alietatem: ut exponatur per aliud. **De vno** continuate exemplum. ut linea. De vno impar-  
 tibilitate: ut punctum/ vnitas. De vno actu & potentia id est forma & materia: ut homo/ equus. De vno actu: ut totum animal/ to-  
 ta linea/ tota albedo: quae scilicet alterius non est pars. De vno potestate: ut caput animalis/ pars lineae/ aut albedinis. Est enim eorum  
 quodlibet/ alterius pars. Sic multa actu sunt multa quorum nullum est alterius pars: ut duo homines. Multa vero potentia sunt  
 multa quae sunt alterius pars: ut manus caput & pes hominis. Et haec quattuor: unum actu/ unum potentia/ multa actu/ multa po-  
 tentia: adiuuicem sex propositionibus comparantur. **Prima.** Unum actu non est unum potentia. Patet. Quia dato opposito  
 esset alterius pars quia unum potentia: & non esset alterius pars quia unum actu. **Secunda.** Unum actu non est multa actu. Nam  
 alioquin idem esset unum totum: quia unum actu/ & non esset unum totum: quia multa actu. Id autem esse nequit. **Tertia.** Vnum  
 actu est multa potentia. Nam tota linea est unum actu per diuisionem: & est multa potentia scilicet suae partes simul sumptae.  
**Quarta.** Unum potentia non est multa actu. Nam alioquin idem esset alterius pars/ quia unum potentia: & non esset alterius  
 pars/ quia multa actu. **Quinta.** Unum potentia est multa potentia. Ut medietas lineae est unum potentia: & etiam multa potentia  
 scilicet suae partes. **Sexta.** Multa actu non sunt multa potentia. Nam alioquin eadem essent alterius partes/ quia multa potentia:  
 & non essent alterius partes/ quia multa actu.

**Secundi capitis prima diuisio.** **Rerum naturalium** aut unum est principium mobile aut immobile/ finitum aut infinitum. Aut  
 multa principia mobilia aut immobilia/ finita aut infinita. Naturales quidem sunt qui physice principia non negauerunt: posue-  
 runt unum principium mobile: alij ignem/ alij aera/ & alij aquam. Parmenides autem & Melissus unum principium immobi-  
 le. Anaxagoras vero & Democritus dixerunt infinita esse rerum naturalium principia: ut pote infinitas Atomos. Anaxagoras quid-  
 em infinitas Atomos naturae conuulsi esse principia ossis/ & Atomos carnis esse principia carnis/ & Atomos nerui esse prin-  
 cipia nerui. Democritus vero infinitas Atomos eiusdem speciei: situ ordine/ & figura abinuenientem differentes/ posuit esse principia re-  
 rum. **Secunda diuisio.** Si rerum naturalium principia sunt finita multitudinem: aut sunt duo/ aut tria/ aut quattuor aut alio numero  
 determinato. Et consimiliter diuidi possent res naturales duabus diuisionibus istis respondentibus. **Prima conclusio.** Non pertinet  
 ad physicum disputare contra asserentes tantum unum esse ens immobile: ut pote Parmenidem & Melissum. **Primo.** Quia nul-  
 lus artifex habet disputare contra negantes sua principia. Ut Geometra disputacionem suscipere non debet contra negantem Geo-  
 metriae principia/ nec arithmeticus contra negantem principia Arithmetice. Qui autem asserunt tantum unum esse ens immobile: ne-  
 gant principia physice. Nam cum dicant illud ens esse immobile/ negant motum esse: quod huius scientiae principium est. Et  
 cum dicant tantum esse unum ens/ negant multitudinem: quod idem principium est physice. Rursum si tantum unum sit ens  
 ipsum nullius erit principium/ cuius oppositum asserunt. Non enim erit alterius principium: nam tunc plura essent. Nec sui ipsius.  
 Na nihil sui ipsius est principium: sed omne principium est alterius cuiusdam aut aliorum principium. **Secundo.** Non magis perti-  
 net ad physici disputare contra asserentes tantum unum esse ens: quod disputare contra alia quacumque extraneae positione. Ut contra Heracliti pos-  
 sitione dicitur nullum hominem diuersis temporibus manere eundem/ sed continuo immutari. Contra neutros enim quibus disputet prin-  
 cipia habet. At non est physici disputare contra extraneas positiones nullo modo ad physicam pertinentes: igitur neque contra asseren-  
 tes tantum unum esse ens immobile. Nam similis est vtriusque ratio. **Secunda conclusio.** Non etiam spectat ad physicum rationes  
 Parmenidis & Melissi solvere. **Nam** vniuersusque artificis est proprias rationes solvere/ & eorum qui sua principia non ne-  
 gant. Ut Geometriae interest solvere rationem Hippocratis: ut qui Geometriae principia non negauerit/ non autem solvere

Quid Atomi  
 homiomerijs  
 Ratio Hip-  
 ocrates.  
 Eius solut  
 Ratio Anti-  
 phontis.  
 Eius solutio.  
 Vnum actu.  
 Vnum potentia.  
 Multa actu.  
 Multa potentia.  
 Anaxagoras  
 Democritus.  
 Heraclitus.  
 B 11

rationem Anitiphontis: q. Geometriae negauerit principia. Quare non est physici solvere rationes litigiosas / philosophicis; natu-  
 rali minime proprias. At rationes Parmenidis & Melissi sophisticae sunt. Neq. enim recte concludunt: quare peccant in forma &  
 falsum assumunt: quare peccant in materia. Ratio quidem Melissi magis est viciosa & minus habens apparentia: atq. efficacie  
 ad probandum. Nihilominus per eam lapsus est Melissus in errorem. Nam vno inconuenienti dato multa contingunt: & ex vno er-  
 rore facile multi surgunt. Parmenidis autem ratio minus est viciosa. Ambae vero sequenti capite dissoluentur. **¶ Tertia conclusio.**  
 Non est inconueniens contra asserentes tantum vnum esse ens aliquantulum disputare. **¶ Nam Metaphysicus & dialecticus** (qui  
 duo sunt communes artifices) habent viam & principia ad disputandum contra huiusmodi positionem asserentes. **¶ Quarta con-**  
 clusio. Non recte dicunt Parmenides & Melissus tantum esse vnum ens immobile. Parmenides quidem finitum: Melissus vero in-  
 finitum. **¶ Primo.** Quia vel capiunt ens vt equiuoce dicitur de substantia quantitate & qualitate (quo quidem modo recte capi  
 ce sumi debet / nam non eadem est substantia & accidentis ratio: vt neq. vini vultus & imaginis eius in speculo) & tunc sine substantia  
 quantitas & qualitas coniuncta sunt: vt vnum in altero sit tanq. accidens in suo subiecto: sine abinuicem separata vt vnum quodq.  
 eorum per se substantia: multa erunt entia re ipsa differentia: & non tantum vnum: quod est positionis eorum oppositum. Aut po-  
 mant ens vnum cum ad substantiam quantitatem & qualitatem. Et tunc aut significat substantiam aut qualitatem vt genus aut  
 vt species. Et si sic: multa erunt entia. Nam & genus & species de pluribus inferioribus predicari nata sunt. Aut ens significat illa  
 vt indiuiduum & singulare: & tunc illud ens non erit substantia. Alioquin omnia essent vnum homo aut vnus equus numero: quae  
 sunt impossibilia. Nam ex tam diuersis quae oculis nostris obijciuntur: nihil vnum numero constari potest. Neq. illud ens erit vnus  
 accidens. Nam cum ipsum solum esset: subsisteret sine subiecto quod impossibile est. Nullum enim accidentium a substantia separa-  
 tum subsistere natum est: sed omnia accidentia in subiecto esse necesse est. Neq. huiusmodi ens vnum erit ex accidente & substantia  
 compositum: vt substantia habens quantitatem aut qualitatem. Nam tunc multa essent, scilicet accides, & suum subiectum: quae in-  
 ter se genere differunt. **¶ Secundo.** Parmenides ponit illud ens esse finitum secundum dimensionem: & Melissus hoc modo infinitum  
 / igitur illud ens non erit solum substantia. Nam sola substantia & sine quantitate: neq. finita est neq. infinita: cum solum  
 quantitati ratio finiti & infiniti primum conueniat. Et quicquid aliud finitum aut infinitum dicitur id ratione quantitatis est. Na  
 magnitudo quae partes determinat quantitatibus sumedo absolui potest: finita est. Quae vero non potest actu infinita. Et eadem ratio  
 ne illud ens non erit vna qualitas / aut actio / aut passio. Nam tunc etiam solum esset finitum aut infinitum per accidens. Qualitates  
 enim actiones & passionis solum finite aut infinite per accidens sunt: vt pote gratia magnitudinis sui subiectis: ad cuius dimensionem  
 diuiduntur, vt albedo tanta est per accidens quantum est suum subiectum. Neq. illud ens erit solum quantitas. Nam cum quantitas  
 sit accidens / re ipsa a substantia distinctum: accidens est sine subiecto quod est impossibile. Neq. etiam illud ens erit vna substantia  
 quanta. Na tunc & substantia esset / & quantitas, quae si futiduo vere sunt entia re ipsa diuersa. Et si igitur multa entia & non tantum  
 vnum: quod est assertionis eorum oppositum. **¶ Tertio.** Vnum (vt proposito condici) dicitur quadrupliciter. Primo vnum contin-  
 uitate: vt linea. Secundo vnum impartibilitate: vt punctum. Tertio vnum ratione atq. alteri synonymum: vt merum & vinum.  
 Quarto vnum actu & potentia: vt vnus homo / vnus equus. Atqui illud ens non erit vnum continuitate: nam tunc multa essent /  
 scilicet suae partes in quas continuum sine statu diuiditur. Diffinitur enim continuum q. sit diuisibile in semper diuisibilia. Neq. illud  
 ens erit vnum impartibilitate. Na tunc neq. esset finitum quod est contra Parmenidem: neq. infinitum quod est contra Melissum. Im-  
 partibile enim neq. finitum est neq. infinitum actu (de quo modo hic solum fit sermo) cum non sit quantum. Neq. illud ens erit vnum  
 ratione. Nam tunc quattuor inconuenientia sequerentur ad quae perduxit Heraclitus. Primum q. contrariorum vt boni & mali es-  
 set eadem ratio: quare idem esset bonum & malum. Nam si vnum eorum quae eadem ratione dicuntur alicui conuenit: & alterum  
 eidem conuenit, hoc autem impossibile. Secundum q. contrariorum vt boni & non boni esset eadem ratio: quare idem erit bo-  
 num & non bonum: & de eodem verificabitur terminus finitus & suus terminus infinitus: quod esse nequit. Nam cum illud sit  
 non bonum: consequitur ipsum non esse bonum: & sic idem erit bonum & non erit bonum: quod rursum est impossibile. Tertium  
 est q. disparatorum vt hominis & equi eadem esset ratio: quare per principium prius adductum idem esset homo & equus: quod  
 etiam est impossibile. Quartum est q. diuersorum generum vt qualitatis & quantitatis esset eadem ratio: quare idem esset qualitas  
 & quantitas: quae sunt adinuicem disparata. Id autem esse nequit. Neq. illud ens erit vnum actu & potentia. Nam cum multa es-  
 sent vt pote partes eius substantiales / materia & forma. **¶ Dubitatio.** An partes totius sine substantia sine accidentis sint ipsum to-  
 tum: n. diuersae & a toto distinctae. **¶ Respondet** philosophus quamlibet totius partem esse ab ipso toto distinctam: vt materia equi  
 non est equus: neq. itidem eius forma. Nam si quaelibet pars esset eadem totius quaelibet pars cuiuslibet parti esset eadem. Quaeq. enim  
 sunt eadem vni & eidem tertio: illa inter se etiam sunt eadem. Omnes tamen partes eiusdem totius simul sumptae: nihil aliud sunt  
 vni eisdem esse q. ipsum totum: vt materia & forma equi simul sunt ipse equus. Et id in metaphysica principium est / his verbis exprimi solitum.  
 partes simul sunt eadem toti: quemadmodum Mathematicus proloquium habet. Partes quantitatis vt magnitudinis aut numeri  
 simul sumptae: equantur suo toti. **¶ Quinta conclusio.** Posteriores Parmenide & Melisso inconuenienter copulas verbales proposi-  
 tionum auferbant / aut ipsas copulas in adiectiua verba mutabant cum predicaretur accidens de subiecto: ne vnum esse multa con-  
 celecent. Vt Licophron & sui sectatores dicebant homo albus / homo ambulans ablati copula: no audentes dicere homo est albus / ho-  
 mo est ambulans: quia hoc modo loquendo videbantur debere concedere vnum esse multa ac si copula verbalis nota esset diuersita-  
 tis / cum potius sit idem tatis ac vnitatis signum. Alij vero per verba adiectiua loquentes dicebant / homo albatu / homo ambulat:  
 non audentes dicere homo est albus / homo est ambulans. Quare vnam equipotentium concedentes alteram concedere noluerunt.  
**¶ Patet conclusio.** Quia vnum subiecto & re ipsa est multa ratione. Vt idem re ipsa est fortis albus & musicus: scilicet ipse fortis:  
 sed multa ratione. Dicitur enim fortis / rationem substantiae attendendo. Dicitur autem albus quia habet albedinem / & musicus  
 quia artem musicam: quae sunt diuersae qualitatis rationes. Et vnum continuum quod est vnum actu / est suae partes simul sum-  
 pte & multa potentia. Neq. vnum & multa omnino repugnant vt credebant: cum (vt nunc ostensum est) vnum re ipsa sit multa  
 ratio: & vni actu sit multa potentia, licet vni & multa eodem modo sumpta adinuicem repugnent: vt vni actu & multa actu.

8  
9  
12  
13  
14  
15  
16  
17



**U**terum cap. continet sex conclusiones, & tres rationes ad tertiam. **¶ Prima conclusio.** Non est difficile rationes Parmenidis & Melissi solvere. **¶ Patet.** Quia statim  
 sophisticae apparent: & viciose concludentes, & falsum affirmantes, igitur Ratio tam-  
 men Melissi deterior est & minus apparet. At tamē vno inconueniente dato / multa  
 contingunt. **¶ Secunda.** Parmenidis ratio / & viciose concludit: & falsum affir-  
 mit. Arguit enim sic. quidquid est praeter ens / non est ens: quod autem non est ens /  
 nihil est, igitur quidquid est praeter ens / nihil est. Cum enim ens dicatur multiplici-  
 ter: si capit ens pro substantia / falsum est. Est enim q. illud ens substantia non sit  
 esse potest quantitas aut qualitas. Et si ens capitur pro accidente / iterum falsum est. Nam quod non fue-  
 rit accidens / substantia esse potest. Et cum ultra dicit, ens & vnum conuertuntur: esto, igitur quidquid  
 est praeter vnum / nihil est. esto. Cum vero concludit: igitur tantum vnum est / hoc non oportet. Nam si so-  
 lum essent alba: simili modo concludi non potest / quidquid est praeter album / nihil est: posita enim sunt  
 sola esse alba: igitur tantum album est, hoc non oportet. Nam cum assumptum sit verum: conse-  
 quens est falsum. Et cum ultra argumentatur: est tantum vnum igitur est immobile. (Nam nullus erit lo-  
 cus in quo moueatur) hoc non oportet: quia ipsum alterabile esse potest: & partes vt aquae: in toto motile  
 ri. **¶ Tertia conclusio.** Parmenides ens pro substantia solum capere non potest. **¶ Primo.** Quia de illo  
 ente dicitur accidens / vt album aut nigrum aut aliquid aliud. Et tamen nihil est album aut nigrum. Na  
 sola substantia est, haec autem accidens important, illud ens nihil erit. **¶ Quod si dicitur album quod vere  
 est significare: illa multa erunt.** Nam albū quod vere est: & quod ei accidit significabit. **¶ Secundo.** Quia  
 si illud ens sit substantia: non erit magnitudo neq. aliorum accidentium vllum. Nam solum erit substan-  
 tia: & quod vere est vt homo / animal / bipes. **¶ Quod autem vere est: nulli est accidens, hoc autem impos-  
 sibile est.** **¶ Tertio.** Si substantia esset / ipsum esset diffinitibile / diffinitio igitur eius diuersas partes expli-  
 cabit quae vere sunt: non enim accidentia explicabit. Nam accidentia sunt & absunt praeter subiecti cor-  
 ruptionem: diffinitio autem neq. diffinitio pars abesse potest. Vt si diffinitur homo esse animal: gres-  
 sibile bipes: neq. possibile est hominem non esse animal: neq. non esse gressibile: neq. non esse bipedem.  
**¶ Erunt igitur multa quae vere sunt / & non tantū vnum ens: etiam ipsum pro substantia capiendo.** **¶ Quarta  
 conclusio.** Parmenides non solum ens pro accidente capere potest. Nam cum esset accidens: esset eius  
 subiecta substantia. Impossibile est enim accidens sine subiecta substantia esse. Et cum esset acci-  
 dens / non esset subiecta substantia, esset igitur eadem subiecta substantia & non esset / quod est impossibi-  
 le. Non igitur ens capiet Parmenides solum pro accidente. **¶ Quinta conclusio.** Non recte soluerunt ali-  
 qui Parmenidis rationem illud vnum esse impartibile continuum volentis probare. Argumentabatur  
 enim sic Parmenides. Si illud vnum diuidi potest / illud proprie vnum non erit. Nam eius sectio in infi-  
 nitum abibit, non est igitur illud vnum impartibile. **¶ Soluebat** Xenocrates dicens illud esse ex impartibilibus  
 libus lineis. Et ne concederet vnum quodammodo esse multa (credebant enim illa esse repugnantia) dice-  
 bat quamlibet impartibilem linearum esse illud vnum. Et idem esse magnitudinem & non magnitudi-  
 nem / diuisibile & non diuisibile: in pareri errorem Parmenidis relabens. Nam inconueniens non est (vt  
 diximus) vnum esse quodammodo multa, vt vnum actu / multa potentia. Inconueniens est tamen idem  
 esse magnitudo & non magnitudo: partibile & non esse partibile. **¶ Sexta.** Ratio Melissi & viciose con-  
 cludit: & falsum affirmat. **¶ Arguit** enim sic. Si aliquid est factum / ipsum habet principium, igitur si non  
 est aliquid factum: ipsum non habet principium: hic autem viciose concludit. Nam ex destructo ante-  
 cedente: intendit perimere consequens. Et cum dicit: si aliquid est factum ipsum habet principium: cum  
 principium equiuocum sit. Si intelligit ipsum habere principium temporis: hoc non oportet / vt mo-  
 mentanea. Si autem intelligit ipsum habere principium magnitudinis: neq. hoc oportet. Sūt enim altera  
 tiones & impartibilia / quae principium magnitudinis non habent. Et rursum cum dicit. Si non est aliquid  
 factū / non habet principium. Si intelligit ipsum non habere principium tpsis esto. Si vero intelligat ipsum non ha-

bere principium magnitudinis: hoc non oportet. Nam & cœlum & sol & astra principium suę magnitudinis habent. Et cum vltra arguit. Quod non habet principium: non habet finem. Si intelligit quod non habet principium temporis/ non habet finem temporis: esto. Si vero intelligit id non habere finem magnitudinis: hoc non oportet/ quod tamen intendit & ex quo sequeretur ipsum esse infinitum. Cum vltorius arguit. Quod est infinitum non habet locum: igitur est immobile, hoc non oportet. Nam nihil prohibet partes in ipso moueri/ & ipsum alterari. Non enim vt alterabile sit: requiritur locus. Dicebant Melissium sequentes: illud vnum esse vnum specie. Sed quomodo homo & equus & quę adinutem sunt contraria/ eadem specie sunt: hæc sane per se ipsa falsa esse deprehenduntur.

Quare substantia dicitur vere esse.

**Rationes Parmenidis & Melisi in expositione litterę soluntur.** Ratio vero Melisi qua probare contendit ens non esse factum: in fine huius primi libri soluitur. **Substantia dicitur vere esse:** quia longe perfectiori & digniori existendi genere est substantia quę accidens. Hinc accidens in relatione ad substantiam dicitur non ens sue secundum quid: sicut facies hominis vere est/ & in ea verus est color. Imago autem non vere est id quod apparet: neque in ea verus est hominis color. Sunt enim accidentia vmbrae & imagines substantiarum. **De habente principium temporis, exemplum:** vt homo equus: nam incipiunt in tempore. Et eadem habent finem temporis: quia definitur in tpe. **De habente principium magnitudinis:** vt quilibet res naturalis. Nam sue magnitudinis primam habet partem determinatam. Habet inde res naturalis omnis sine magnitudinis. Nam sue magnitudinis vltimam habet determinatam partem. Et ipsorum opposita/ opposito quoque modo diffiniuntur. **Principium magnitudinis alio noie dicitur principium rei/ & vni alterius est interpretatio.**

Rationis Parmenidis solutio.

**Tertij capitis prima conclusio.** Non est difficile rationes Parmenidis & Melisi soluere. **Nam statim se produnt esse sophisticas:** & male concludentes & falsum assumentes: igitur id non est difficile. Ratio tamen Melisi plus defectus habet/ & minus apparentiæ/ quę ratio Parmenidis. Nihilominus oportet illam vt hanc soluere. Nam vno inconuenienti dato multa contingunt/ & ex vno eius errore nisi extirparetur enascerentur multi. **Secunda conclusio.** Parmenidis ratio & viciose concludit & falsum assumit. Nam eam dicit: quod non est ens nihil est: aut capit ens solum pro substantia: & tunc id falsum est. Quamuis enim illud ens non sit substantia: tamen potest esse accidens. Aut capit ens pro accidente solum. Et id iterum falsum est. Nam quis illud ens non sit accidens: tamen potest esse substantia/ & per consequens esse aliquid. Neque potest capi pro composito ex accidente & substantia: nam tunc multa essent. Vltorius conceditur ens & vnum conuertit/ & quicquid est præter vnum nihil esse. Sed ex hoc non recte concludit Parmenides tantum vnum esse. Refellitque a philosofo argumentum posita hypothese quę solum sunt corpora alba non sequitur in simili. Quicquid est præter album nihil est/ igitur tantum vnum album est. Nam ex antecedente vero insertur consequens falsum. Negatur præterea quia tantum vnum est ens/ idcirco sequi ipsum esse immobile: quę nullus esset locus in quo moueri possit. Nam huiusmodi ens & si non moueatur secundum locum/ tamen potest alterari: ad quod non indiget loco. Præterea totius partes vt guttae aquę mouentur in toto vt aqua/ & tamen non sunt in loco saltem actu ita & illius entis partes possent in suo toto moueri.

Solutam substantiam naturam esse non posse.

**Tertia conclusio.** Parmenides non potest sumere ens/ solum pro substantia. Nam cum accidens naturam sit prædicari de substantia: de illo ente prædicatur aliquid accidens vt album aut nigrum: quare album est/ aut nigrum est. At cum sola ex Parmenidis positione sit substantia: & album & nigrum importent accidens/ nihil est album aut nigrum: igitur illud ens nihil est: quod prædictis repugnat. Quod si Parmenides dicat album significare substantiam: ergo multa erunt entia. Nam album substantiam significabit/ & præterea accidens in huiusmodi substantia existens. **Secundo.** Quia si illud ens sit substantia/ & ipsum solum sit: non erit magnitudo neque albedo neque aliquid aliorum accidentium. Nam per hypothese sit solum substantia: vt posuit Parmenides. Quod autem est substantia: nulli est accidens/ igitur illud ens non est accidens. Et cum ipsum solum sit: nullum sane est accidens/ quod est impossibile & contra suppositionem Metaphysicam: quę & substantia & accidentia ponuntur esse in mundo sensibili. **Tertio.** Omnis substantia dissimilis est vt supponit logicus. Si igitur illud ens esset substantia: ipsum esset dissimile. Et diffinitio eius explicabit diuersas partes diffinitio: quę sunt substantia. Non enim explicabit illa diffinitio accidentia. Nam accidentia vere affirmantur & vere negantur de suo subiecto accepto pro eodem: vt sortes est sedens/ sortes non est sedens. Diffinitio autem de suo diffinito nunquam negatur neque etiam aliqua diffinitionis pars. Vt si animal gressibile bipes ponatur esse diffinitio hominis: neque animal de homine negari potest/ neque gressibile neque bipes. Erunt igitur multa per diffinitionis partes significata quę erunt substantia: & non tantum erit vnum ens/ etiam ipsum pro substantia capiendum. Aut huiusmodi ens non erit dissimile: quod est principij logici oppositum. **Quarta conclusio** neque potest Parmenides ens solum pro accidente sumere. **Nam** si esset accidens: esset & eius subiectum. Impossibile est enim accidens sine subiecto subsistere. Quod quidem subiectum esset substantia: nam accidens non est subiectum accidentis. Esset itaque substantia. Et cum solum esset accidens: non esset substantia. Idem enim non potest esse accidens & substantia. Esset igitur substantia & non esset substantia/ quod est impossibile. **Quinta conclusio.** Non bene soluerunt aliqui rationem Parmenidis qua voluit probare illud ens esse imparabile. Nam facta hypothese quę tantum sit vnum ens: ratio Parmenidis est efficax & recte concludit. Quare perperam soluebat eam Xenocrates dicens illud quidem ens esse partibile/ sed ex imparabilibus lineis constitutum: quarum quęlibet esset illud vnum. Et sic neque illud vnum esset multa/ neque eius diuisio in infinitum procederet. Et tamen esset partibile. Sed labitur Xenocrates in similem errorem Parmenidis erroris. Nam cum illud totum ponatur compositum ex lineis quę sunt magnitudines: igitur totum est magnitudo. Et quia est vnum solum ens: ipsum non est magnitudo. Alioquin multa essent/ scilicet partes magnitudinis in quas diuiditur. Esset igitur idem magnitudo/ & non esset magnitudo. Similiter quia illud ens ponebatur a Xenocrate compositum ex lineis imparabilibus: ipsum erit diuisibile in illas lineas. Et cum quęlibet illarum imparabilium sit illud ens: ipsum non est diuisibile/ igitur idem est diuisibile & non diuisibile. **Sexta conclusio** Melisi ratio/ & male concludit/ & falsum assumit.

Solum accidens esse non posse.

Xenocrates.

Rationis Melisi solutio.

**Male quidem concludit in principio cum sic argumentatur.** Si aliquid est factum/ ipsum habet principium: igitur si non est factum/ non habet principium. Nam in consequentia quę non conuertitur a destructione antecedentis inferens destructione consequentis: committit fallacia consequentis. Præterea cum assumit si aliquid est factum/ ipsum habet principium: si id intelligat de principio ipis: negandum est. Nam momentanea & instatanea facta sunt principium tamen temporis nulli habet. Si de principio magnitudinis: iterum falsum est. Nam altera

iones & impartibilia secundum magnitudinem facta sunt esse inceperint: & tamen non habet principium magnitudinis. Cui deinde dicitur. Si quid non est factum non habet principium. Si id intelligat de principio temporis/ admittitur. Si vero de principio magnitudinis: negatur. Nam cœlum sol & astra facta non sunt/ sed cum mundo perpetua fuerunt: & tamen principium magnitudinis habent. Et cum vltorius procedit. Quod non habet principium/ non habet finem. Si id intelligat de principio temporis & fine/ inde temporis admittitur. Si vero de principio temporis & sine magnitudinis accipiat id negatur. Nam cœlum & mundus principium temporis non habent/ & tamen habent finem magnitudinis. Quo circa non recte astruit ipsum ens esse infinitum. Cui deinceps arguit. Ipsum ens infinitum non habet locum quo moueatur: igitur ipsum est immobile/ non recte concludit. Nam nihil prohibet eius partes in ipso toto moueri sine loci officio/ nihil itidem verat ipsum alterari. Nam ad alterationem faciendam non requiritur locus. Defendentes autem partes Melisi dixerunt illud vnum esse vnum specie. Sed id absurdum est. Nam contraria vt calidum & frigidum/ similiter disparata vt homo & equus: eadem specie esse non possunt. **Quarti cap. nota.** **Segregatio/ extractio.** **Congregatio/ confusa commixtio.** Et est confusa: cum res amplius non appareant. **Ab vj que sunt actu/ magnitudinis & paruitatis determinatio sumitur.**

18  
19  
20  
21



**Vartum cap. continet sex opinioniones antiquorum: duas Anaxagorę rationes: & conclusioes tres Anaxagorę reprobando. 2. rationes ad secundam: & 4. ad tertiam.** **Sex naturaliter loquentium opinioniones.** **Prima est** ponentium ignem omnium materiale principium: & contraria raritatem & densitatem formalia. **Secunda est** ponentium aerem omnium materiale principium: & contraria superabundantiam & defectum esse principia formalia. **Tertia est** Anaximandri ponentis vnum corpus igne densius aere vero rarius/ omnium rerum esse materiam & contraria illi infinito corpori inserta esse rerum formas. **Quarta est** Platonis magnum & paruum contraria duo principia rerum naturalium ponentis: & vnam formam & efficiens tem Ideam. Et in hoc Plato ab alijs differt: quia alij vnam ponunt materiam: Plato autem plures. Alij contraria ponunt formas: Plato materias. **Quinta est** Empedoclis quattuor elementa rerum omnium materias esse ponentis: & contraria immixtas formas & duo effectiua/ item & amicitiam: & res in se inuicem esse commixtas: & mundum sæpius generari/ & sæpius corrumpi. **Sexta est** Anaxagorę infinitas similes Atoms rerum materias ponentis: & contraria immixta formas: & vnum efficiens diuinum intellectu. Et omnes res in omnibus esse adinutem commixtas & confusas: & eas generari per segregationem. Dicit enim intellectum diuinum eas segregare & eas facere apparere: quę latebant/ & eas corrumpi per congregationem/ & mundum dicit semper generari & nunquam corrumpi. Et differt Anaxagoras ab Empedocle. **Primo.** Quia Empedocles ponit tantum quattuor elementa rerum materias: Anaxagoras vero infinitas ponit rerum materias. **Secundo.** Empedocles ponit duo effectiua: Anaxagoras autem vnum. **Tertio.** Empedocles ponit mundum sæpius generari & sæpius corrumpi. Anaxagoras autem mundum ponit semper generari & nunquam corrumpi. In ceteris conueniunt. **Due ratioes Anaxagorę.** **Prima.** Quia videmus ex contrarijs contraria fieri. At impossibile est contrarium in se contrarium abire: sunt igitur contraria in contrarijs/ & omnia in omnibus. **Secunda/ omne quod fit, aut fit ex ente/ aut ex non ente/ non autem fit ex non ente.** Nam ex nihilo nihil fit. Fiet igitur ex ente. Et cum videamus ex quolibet quodlibet fieri/ erunt omnia in omnibus & quodlibet in quolibet. Hæc sunt due Anaxagorę rationes propter quas credebatur quamlibet rem esse in qualibet: & rerum generationem nihil aliud esse quam rerum a confusa commixtione segregationem/ & parentiam. Et cum interrogabatur/ cum omnia sint in omnibus/ quomodo igitur illa non videntur? Respondebat ea non videri propter nimiam eorum paruitatem. Et cum iterum: Cur potius dicendum sit id os/ id sanguis/ cum omnia sint in omnibus. Dicebat quando plus esset de ossibus dicebatur os: & quando superabundabat caro/ dicebatur caro: & quando sanguis/ id dicebatur sanguis. nihil tamen est purum aut os/ aut caro/ aut sanguis/ aut aliorum quicquam. **Prima conclusio.** Inconuenienter Anaxagoras infinita rerum naturalium assignauit principia. **Patet** quia tollebat rerum naturalium scientiam/ infinitum enim & magnitudinem & multitudinem quantum sit/ notum esse non potest. si igitur rerum naturalium infinita essent principia: ipse esset ignotus. Nam composita cognoscimus/ quando ex quibus & quot composita sunt: cognoscimus. non igitur conuenienter Anaxagoras rerum naturalium infinita assignauit principia. **Secunda conclusio.** non omnia comixta sunt in omnibus. **Primo.** quia impossibile est aial aut plantam sub quatuorlibet esse magnitudinem aut sub quatuorlibet esse paruitate: sed determinate sunt quantitates. Et totius magnitudo ex partium magnitudine resultat/ (voco enim partes/ quę a se inuicem & a toto separari possunt) Impossibile est igitur omnia in omnibus esse commixta: quomodo enim & homo in milio & equus/ & planta/ & quę & quanta eius caro esse possit infinitis alijs rebus distracta/ & quod os & qui nerui & qui arboris fructus: **Secundo:** si ex finita aqua determinate quantitates carnis segreges: & iterum tantam/ hoc totiens facere poteris/ vt tandem nihil carnis reliquum sit. Nam omne finitum per determinate quantitates ablatione tandem consumitur. quo facto relinquitur non omnia mixta esse in omnibus. **Tertia.** non quodlibet segregabile est a quolibet. **Primo.** quia caro magnitudine & paruitate determinata est. quamuis enim carnis in eo corpus est infinitam sectionem intelligas: in eo tamen quod caro esse non potest: sed tandem ex sectione desineret esse caro: ex minima igitur carnis non est segregabile aliquid corpus. nam cum omne corpus ex corporis subtractione fiat minus: esset caro/ minima carnis minor/ quod est impossibile. non

igitur quo libet a quolibet est segregabile. C. Secundo. quia si quodlibet semper esset a quolibet segregabile...

Notarum quarti capituli declaratio.

Segregatio hoc loco est rerum prius latentium extractio. Congregatio vero est rerum prius segregatarum in chaos confusa...

Que dicitur esse actu.

Que potentia

Anaximader. Plato.

Empedocles. Anaxagoras.

Primario ratio Anaxagore. Eius solutio.

Secunda eius ratio. Eius solutio.

Res naturales esse determinate quantitates.

za neq. ibi hominis caro ab alijs separata neq. os neq. nerui assignari possunt neq. iidem arboris rami frondes...

26

27

28

29



Vintu caput continet vna conclusionem & duas rationes ad ea. C. Conclusio. Rerum naturalium principia sunt contraria. C. Primo. Quia concorditer dixerunt hoc oes philosophi...

Notarum quinti capituli declaratio.

Minimam actu rem naturalis dari posse



de genere substantie nihil est logicè contrarium: ut quare substantie proprietates in predicamentis ostendit. Re tamen quæ est substantia aliquid est physice contrarium/ ut vni forme substantiali altera: cum in vnoquoq; genere physico sit vna prima contrarietas/ non quidem dicibilis/ sed rerum. Respondet Aristoteles. Si ratio precedentis capituli qua probatum est principia rerum naturalium esse contraria/ vera est: necesse est illa contraria esse substantias. Alioquin huiusmodi contraria non constituerent substantias. Cui ex non substantijs atq; accidentibus non fiat substantia. Et quod prius est non substantia atq; accidentis non postea vniq; est substantia: cum non possit idem a seipso essentia esse diuersa. Illorum autem principiorum contrarietas est idè successiue subiecti: quod prius cum vno constituit vnam rem naturalem & deinde cum altero altera. Et omnes ferme antiqui vnam posuerunt substantiam/ vtriusq; contrarietatis communè excepto Platone: qui duo posuit principia patientia scilicet magna & parua/ & vni principium a gens scilicet et idea. Velutissimi autè tria posuerunt principia rerum naturalium: scilicet subiectum superabundantia & defectu. Quarta conclusio. Transmutationis rei naturalis tria principia sufficiunt. Patet. Nam vel ponenda sunt duo subiecta & duæ contrarietates, vel duo subiecta & vna contrarietas/ vel vni subiectum & duæ contrarietates/ vel vni subiectum & vna contrarietas. Non autem ponenda est pluralitas subiecti: cum non possit idem a seipso esse diuersa. Cum cuiuslibet subiecti transmutationis sit vna contrarietas: diuersa semper specie producentur res naturales, hoc autem inconueniens. Nam vna transmutatione vna res naturalis generatur. Et si diuersa generantur res naturales/ diuersa sunt transmutationes, hic autem de vna transmutatione fit sermo. Nec secundum: quia cum vni subiectum sufficiat vicissim in se illius vnius contrarietatis formas suscipere/ alterum subiectum esse otiosum. Neq; tertium, quia cum vnum contrarium sufficiat rei naturalis transmutationem facere/ suum expellendo contrarium (quandoquidem quicquid habet contrarium a suo contrario corrumpti natum est) altera contrarietas erit otiosa & nullius usus. Non autem ponenda est pluralitas otiosa: cum natura abhorreat otiositatem sicut & vacuum. Relinquitur ergo quartum membrum/ scilicet vnum esse subiectum & vnam contrarietatem: quare sufficiunt tria transmutationis rei naturalis principia. Secundo. Cuiuslibet generis physici est vna contrarietas quæ cum subiecto est sufficiens ad faciendam transmutationem. Vt in quantitate/ qualitate/ & latitudine per seipsum est. At substantia quodlibet genus est transmutationis & physici: igitur substantia est vna contrarietas/ quæ cum subiecto transmutationis substantialis est sufficiens. At transmutatio substantialis est transmutatio rerum naturalium. igitur transmutationis rei naturalis est vna contrarietas: quæ cum subiecto: ad eam est sufficiens. Sufficiunt igitur transmutationis rerum naturalium tria principia: scilicet duo contraria & vnum subiectum/ quod est propositum. Et differunt illa principia secundum prius & posterius tempore. Nam subiectum est prius tempore contrarietatis: ut materia est prior quæ forma seminis oliuæ & etiam quæ forma oliuæ. Et contrarietatis vnum scilicet forma quæ abijcit/ prius tempore inest subiecto: alterum vero ut pote forma quæ acquiritur/ posterius inest. Non tamen illa principia genere differunt: nam & principia contraria/ substantia sunt/ & subiectum etiam substantia. Quis autem cuiuslibet generis vna sit prima contrarietas: ea tamen quæ secundum substantiam est/ vera est & principia, omnes autem alie contrarietates ut quæ sunt secundum quantitatem/ qualitatem/ & vbi/ in substantiale contrarietate tanq; potissimè & principalissimè ad reduntur. Septimi capituli nota. Modus exprimendi est simplex: quando extrema sunt incomplexa. Compositus: quando alterum complexum est. Priuatio primo/ est forma in subiecto nato carentia. Est enim carentia forme in subiecto nato: subiectum forma (quam natum est habere) carens. Secundo est forma: qua (adueniente altera) materia priuatur. Vnum numero/ vnum essentia. Sub alteratione: generatio/ corruptio/ & alij motus comprehenduntur. Dignitas. Quæ eadem ratione dicuntur/ si vnum conuenit/ & alterum conuenit re necesse est. Principia per se sunt/ quæ remanentia/ rei naturalis constitunt essentia. Principia per accidens sunt principia quæ ut fiat res naturalis requirunt: factæ tamen non constitunt essentia. Res naturalis/ hoc aliquid/ totum/ compositum/ completum/ ens in actu.

Quadruplex principiorum variatio

Quomodo principia differunt ab invicem tempore.

Septimum cap. continet duas diuisiones, quattuor conclusiones, duas rationes ad primam partem primæ, vnum correlarium/ & instantiam ad tertiam, & vni correlarium ad quartam. Prima diuisio. Duobus modis aliquid fieri exprimitur. Primo simplici, ut homo fit musicus/ ex immusico fit musicus. Secundo composito, ut in musicus homo fit musicus/ ex homine immusico fit musicus. Secunda diuisio. Duobus modis aliquid fieri modo simplici exprimitur. Primo in recto, ut homo fit musicus. Secundo in obliquo: ut ex immusico/ fit musicus. Nam cum aliquid fieri exprimitur nomine permanentis materie & forme: ut plurimum recto utimur/ ut homo fit musicus. Non tamen id semper oportet. Nam dicitur: ex cre fit statua/ & ex lignis fit domus, & non est fit statua/ & ligna fiunt domus. Cui vero nomine non permanentis materie/ habitu & priuatione/ aut nominibus contrariis transmutatione exprimitur: obliquo utimur, ut ex semine fit equus/ & ex immusico fit musicus/ & ex nigro fit albus. Et de modo exprimendi composito ita dicendum est, & hoc vniuersaliter de transmutatione intelligimus. Nam natura communia prius determinanda sunt: deinde circa propria speculandum est. Prima conclusio. In omni transmutatione aliquid subicitur: quod vnum numero est/ ratione vero duo. Prima pars patet: primo quia omne quod fit: aut fit simpliciter aut non simpliciter (fit enim aliquid simpliciter: cum acquiritur substantia. Non simpliciter vero: cum acquiritur accidens) sed cum aliquid fit simpliciter: aliquid subicitur. Nam forme quæ acquiritur subiecta est materia. Subicitur enim vicissim formis contrariis. Et etiam cum fit non simpliciter: aliquid subicitur. Nam non erit accidens quod acquiritur sine subiecto, igitur omni transmutationi aliquid subicitur. Secundo existimat omnia fieri transfiguratione/ appositione/ subtractione/ aut alteratione. Transfiguratione quidem: ut cum ex fusco cre fit statua. Appositione: ut cum quid augetur. Subtractione: ut cum quid diminuitur/ aut cum ex lapide sculpatur Mercurius aut Apollo. Alteratione: ut cum aliquid fit album. Sed in omnibus his subicitur materia ex qua fiunt, ut est transfigurationi statue/ corpus augmentationi aut diminutioni/ lapis insculptioni Mercurii/ & subiectum suum altera:



tionem, igitur in omni transmutatione aliquid subicitur. Secunda pars de transmutationis subiectum vni sit numero: ratione vero duo patet. Quod vero sit vnum numero/ superius dictum est: alias non fieret vni. Sed de ratione duo patet/ quia in omni transmutatione subiectum: forma (quam natum est habere) caret: & quam quidem facta transmutatione habet, est igitur idè & subiectum & priuatio. At alia est ratio subiecti & priuationis: sicut alia est ratio hominis & immusici. Nam factis transmutationibus quod subicitur dicitur subiectum: non autem forme (cuius prius) dicitur amplius priuatio: & homo semper dicitur homo/ non autem immusicus: igitur quod subicitur vnum numero est & ratione duo: subiectum & priuatio. Secunda conclusio. Subiectum & forma rerum naturalium: per se sunt principia. Patet. Quia illa per se rerum naturalium sunt principia: quæ intrinsece eas constituunt/ & earum substantiam compleunt & perficiunt, quamlibet autem rem naturalem subiectum & forma intrinsece constituunt/ & eius substantiam compleunt & perficiunt, sunt igitur subiectum & forma rerum naturalium per se principia. Tertia conclusio. Priuatio & contrarietatis alterum: principia sunt per accidens. Patet/ quia rei naturalis non compleunt & perficiunt essentiam, nam facta re naturali: eius priuatio & contrarietatis alterum non manent: igitur principia sunt per accidens. Correlarium. Vnde fit ut rerum naturalium principia sint ut duo: sint ut tria/ sint ut contraria. Nam duo sunt per se/ subiectum & forma: tria vero/ subiecta natura & duo contraria, esse vero contraria prius ostensum est. Instantia. Si rerum naturalium sint principia contraria: ea ad invicem non agere aut pati impossibile est, non poterit igitur consistere res naturalis. Respondet in re naturali illa contraria non manere: sed vnum cum subiecto. Sufficit enim contrarietatis alterum sua presentia: & alterius absentia cum subiecta materia: rem consistere naturalem. Quarta conclusio. Materia secundum proportionem & Analogiam cognoscibilis est. Nam sicut es se habet ad statua/ & lignum ad lectum/ & vnumquodq; talium formam habentium: ita materia ad rem naturalem & hoc aliquid. Correlarium. Vnde materia vnum est: non ut forma neq; ut hoc aliquid. Nam forma vni est ut actus: hoc aliquid vnum est ut totum. Materia vero vnum est ut subiectum, dicere autem quomodo materia & forma & hoc aliquid substantie sint: non amplius Physicis est manifestare/ sed Philosophi primis.

Notarium septimi capituli declaratio. De modo exprimendi simplici exempli: ut homo fit musicus/ ex igne fit aqua. De composito: ut ex homine immusico fit musicus. Vbi alterum extremum ex pluribus vocibus significatiuis compositum est & complexum. De priuatione primo & in prima significacione exemplum/ ut materia ligni nata in se habere formam ignis/ illam non habens: est priuatio forme ignis, nam est forma in subiecto nato carentia/ hoc est subiectum carens forma quæ natum est habere: sicut tenebræ est luminis in subiecto nato carentia. Quid priuatio id est aer carens lumine & natus habere lumen. De priuatione secundo & in secunda eius acceptione exempli. Ut cum ex ligno fit ignis: forma ligni est priuatio secundo: quia est forma qua materia priuatur adueniente altera forma scilicet ipsius ignis. Quare priuatio secundo est forma substantialis quæ corrumpitur. Sub alteratione (quæ sensui sit manifestior) ceteræ species motus minus manifeste intelliguntur in secunda ratione ad primam partem primæ conclusionis. Ex dignitate notis interposita: scilicet si vni eorum quæ eadem ratione dicuntur alicui conuenit/ & alteri eidem conuenire necesse est: ut si alicui conuenit merum/ eidem conuenit vinum: quæ merum & vinum eadem ratione dicuntur & synonyma sint/ intelligitur alia per oppositum dignitas scilicet. Si aliquorum vnum conuenit alicui & alteri simul eidem non conuenit/ illa non sunt eadem ratione, ut homo conuenit alicui scilicet sorti ambulanti/ & eidem non conuenit sedens: quare homo sedens sit ratioe diuersa. De principijs per se exempli, ut materia & forma ignis ad ignem. Nam remanent in igne in igne facta. De principijs per accidens: ut cum ex ligno fit ignis: forma ligni: est priuatio primo forme ignis. Nam remanent in igne per se facta. De principijs per accidens: ut cum ex ligno fit ignis: forma ligni: est priuatio primo forme ignis. Nam non manent in igne per se facta/ sed forma ligni prius deperditur. Et priuatio primo forme ignis non manet secundum rationem/ licet maneat sepe secundum rem: quia reipsa est ipsamet materia. Sed quia post acquisitionem ignis/ amplius non habet rationem priuationis primo ad formam ignis: idcirco dicitur non manere. Ex bis constat in omni transmutatione naturali duas requiri formas substantiales contrarias. Si enim solum sit illa quæ deperditur/ materia post corruptionem manebit sine forma: aut prius habuit duas quarum vna est deperdita & altera remanet. Quæ ambo sit impossibilia. Si vero solus sit ea quæ acquiritur: tunc materia ante generationem fuit sine forma: aut simul habet post generationem duas formas. Quorum vtriusq; magnè itidè est inconueniens & principiorum physicorum oppositum. Septimi capituli prima diuisio. Aliquid fieri duobus modis exprimitur. Primo simplici: ut homo fit musicus/ ex igne fit aqua. Secundo composito: ut ex homine immusico fit musicus. Secunda diuisio. Duobus modis aliquid fieri modo simplici exprimitur. Primo in recto quando scilicet vtrumq; extremum in nominatio ponitur: ut homo fit musicus. Secundo in obliquo: quando prius extremum in obliquo ut ablatiuo adiuncta prepositioe exponitur. Vt ex immusico fit musicus. Cum enim primæ extremum importat materiam permanentem in qua/ & subiectum denominationis: potissimum nominatio utimur/ ut homo fit musicus/ partes fit albus. Cum vero primæ extremum importat materiam ex qua permanent: utimur obliquo, ut ex cre fit statua/ ex lignis fit domus. Nullus enim recte dixerit: es fit statua/ ligna sunt domus. At quando primæ extremum importat materiam transeuntem: hoc est transmutatione facta non manentem secundum rem & nomen: ut ex semine fit equus/ ex farina fit panis. Aut quando ipsam importat habitum aut priuationem: ut ex musico fit immusicus/ ex immusico fit musicus. Aut quando motus nominibus contrariis sue contrarietatis exprimitur: ut ex nigro fit albus/ ex non albo fit albus. Et generatim quando primæ extremum importat terminum a quo: utimur obliquo ablatiuo. Prima conclusio. In omni transmutatione tam substantiali quæ accidentaria aliquid ut pote materia subicitur: quod vni est reipsa & ratione duo. Prima pars patet primo. Quia omne quod fit: aut fit simpliciter & motu substantie transmutatione scilicet generatione aut corruptione: aut fit non simpliciter/ motuq; accidentali scilicet augmentatione diminutione alteratione & mutatione secundum locum. At cum aliquid fit simpliciter: aliquid ei subicitur. Nam forme quæ acquiritur subiecti est materia & subiectum.

33

57

38

39

40

41

34

35

36

Quid priuatio primo & in prima significacione. Quid priuatio secundo.

Quæ sit priuatio primo & in prima significacione. Quæ sit priuatio secundo.

Quando transmutationes per obliquum sunt exprimentur.

Veritatis officii est vicissim subiecti formis contrariis. Similiter cum aliquid sit non simpliciter...

Quod idem scilicet materia est subiectum et privatio...

Quot sunt rerum naturalium principia...

Correlarium. Vnde rerum naturalium principia sunt duo...

Ratio quam subiungebant ad probandum non esse multa entia...



Tantum caput continet unam conclusionem: & duas divisiones. Conclufio. Soluenda est ratio...

Notarium octavi capitis declaratio.

Antiqui in ratione qua contendebant probare non esse multa entia...

42

Quod si ita formabat. Si fiat aliquid aut fiet ex ente...

43

Quomodo ex naturali fit aliquid. Quomodo ex ente aut non ente fit aliq...

44

Onum cap. continet quinque conclusiones. Prima conclusio. Non recte defendunt...

45



Secunda conclusio. Non item recte existimant si potentia vna est numero...

47

Quid simpliciter non ens.

Alteris rationibus antiquorum solutio.

Quomodo ex naturali fit aliquid.

Quomodo ex ente aut non ente fit aliq...



tre/taq; forma subsistat: priuatio tamen vt ad maleficiū plerūq; contemplantibus occurrit. Nā ab ea  
 proficiunt rerum interitus. **Quarta.** Materia rerum formas appetit. **Patet.** nam est bonū quoddā  
 diuina/optimum/summe appetibile/summa abstracta forma: a qua omnes rerum formę proficiunt  
 tur, hic autem diuino bono optimo vnaqueq; res q̄ tum potest: q̄ simillima fieri natura appetit, & ei ad  
 hoc summa illa prouidentia naturale indidit desiderium. At materia formas a bono optimo/omniū ab  
 soluta forma manātes recipiendo/ei q̄ tum conceditur bono optimo fit q̄ simillima, appetit igitur ma-  
 teria rerum formas. Appetit enim materia rerum formas vt scilicet esse virum: & vt turpe honestum: hō  
 quidem quia per se turpis sit: sed per accidens / & perfectionis carentiam. Et forma seipsam non appe-  
 tit: quia nihil seipso eget. Neq; formam contrariam appetit: quia nihil sup̄ius appetit corruptionem, ea  
 vero a suo contrario corrumpitur, neq; materiam: quia prius q̄ sit in materia/non est. **Quinta.** Materia  
 per se neq; generatur neq; corrumpitur: generatur autem & corrumpitur per accidens. **Primum patet.**  
 quia quotcumq; per se generatur aut corrumpitur: ei subicit aliquid oportet, quod autē ei subicitur/mas-  
 teria est. Vocamus enim materiam subiectum vnicuiq; primum: ex quo fit aliquid cum insit non secun-  
 dum accidens: quod si corrumpatur/in hoc absit vltimum. Igitur si per se generaretur: esset anteq̄ ge-  
 neraretur/ & si corrumpetur/ corrupta erit anteq̄ corrumpatur, est igitur per se ingenua atq; incorru-  
 ptibilis. **Secundum q̄ per accidens patet,** quia dicitur generari aut corrumpi ad corruptionē eius quod  
 in ea est: hoc autem est per alterum & per accidens, igitur. **Quod vero formę multiples sint:** an vna sit  
 a qua formę procedunt omnes: primi philosophi est, & in illud tempus id querendum differatur. De for-  
 mis autē physicis & corruptibilib; in his libris intēdimus: & primū quot naturę: & q̄ & quot nūero rerū  
 cause/ determinādū est. **Et in hoc claudis primus physicorū liber.** **Notarum noni capitis declaratio.**  
**Appetere hoc in loco est ad absens natura inclinari atq; ordinari. Absens autē dicitur id q̄ ab aliquo nō habetur. Vt anima scien-**  
 tiarum/ virtutumq; expers/ appetit natura scientias & virtutes. Et graue cum est sursum / appetit esse deorsū. Appetitus autē est  
 rei absentis naturale desiderium/ ad eamq; inclinatio atq; instinctus. Quo circa hic de appetitū consequente apprehensione/ sensus/ qui  
 appetitus animalis (scilicet sensitius dici solet) minime fit sermo. **In quinta huius capitis conclusione generari est terminatiue gene-**  
 rari/ q̄ vt forma que per generationem acquiritur. Similiter corrumpi/ est terminatiue corrumpi/ & vt forma que deperditur.  
**Noni capitis prima conclusio.** Non bene defendunt aliqui/ simpliciter aliquid fieri atq; generari: approbantēs simul dicitū  
 Parmenidis. Quicquid est prater ens/ nihil est. **Nā cum concedant huiusmodi Parmenidis dictum (quod de ente cōpleto/**  
 totaq; substantia intelligunt) credantq; quod non est completū/ nihil omnino esse. Et vterius dicant ex ente cōpleto nihil fieri sim-  
 pliciter. Et tamē secundū eos aliquid fit simpliciter/ consequens est id ipsū quod fit simpliciter fieri ex omnino non ente: quod est phy-  
 sici principij/ ex nihilo nihil fit/ oppositū. Præterea cum ex materia fiat aliquid simpliciter: eo guntur itidē concedere materiā omni-  
 no non esse ens: quod etiā est inconueniens. **Secunda conclusio.** Non bene defendunt aliqui/ si materia sit vna numero/ q̄ idcirco non  
 sit ratione multa. **Nā septimo capite dictum est materiā q̄ priuationē primo/ esse idem numero & reipsa illa tamen multū inter  
 se ratione differre. Nam materia rei naturalis principij est per se/ & rem naturale constituendo remanens in ipsa perfecte acquisita.**  
**Priuationis dif-** Priuatio vero primo eiusdē principij est per accidens. Nam transmutatione facta non manet secundū rationē in re naturali. Præter-  
**ferentia.** rea materia est vt per se ens. Nā manet in re facta/ & est prope substantiā: quia remanens/ substantiæ/ rei; naturalis constituit essen-  
 tiam. Priuatio autē neq; est ens per se/ neq; prope substantiā: cum remanens non constituat rei naturalis essentiā. Rei enim naturali  
 (q̄dū saluatur) sua materia semper adest: vt q̄dū est ignis/ est & materia ignis. Eius autem priuatio rei naturali nunq; adest. Vt nō  
 est priuatio forme ignis simul cū igne. **Tertia conclusio.** Non eodē modo Plato assignauit tria principia quo prius assignata sunt.  
**Nam Plato tria posuit principia scilicet magnū q̄ parū materias/ q̄ ideam formā: priuationē omitens. Si igitur nomina: ma-**  
 gnū & parū eandē specie materiam intelligebat: erat solū nominū trinitas q̄ non rerū. Nam secundū ipsū erant solū duo princi-  
 pia reipsa distincta/ q̄ ratione tria. Si vero diuersas specie intelligebat materias: tunc principiorū trinitatē sine priuatione ponebat:  
 quam non debuit omittere. **Quis enim omnis res naturalis ex materia/ formas omnes suo gremio vt mater filiū complectente res-**  
 cipientes/ & ex sua forma vt principij per se subsistat: contēplantibus tamen rerū naturalijū principia priuatio plerūq; occurrit  
 vt ad maleficiā q̄ corruptionē. Ex ratione enim priuationis res naturales cognoscuntur corruptibiles/ cū earū materia sit priuatio  
 Ex priuatio- & nata habere in se formā quā non habet: quare non est nata perpetuo manere sub eadē forma. Et cū hæc materie inclinatio non sit  
 nerum cor- octosa neq; frustra ipsa cognoscitur non semper permanens sub eadē forma sed eam quam habet deperditura/ & alterā habitura:  
 ruptionē pro- hinc a priuatione pendit rerū interitus. **Quarta conclusio.** Materia rerū naturalijū formas substantiales appetit. **Patet.** Nā est  
 uenire. bonū quoddā diuinū immo summa rerū bonitas/ summe appetibilis/ & summa abstracta forma: quā nō est coniuncta potentia neq;  
 Oia ad sum- indiget esse in altero/ vt ceteræ formę rerū quę ab ipsa proficiuntur q̄ eius sunt simulachra. Huius autē summo bono vnaqueq; res  
 me boni assi- quantum potest q̄ simillima fieri natura appetit. Nam in eius assimilatione & imitatione rerū perfectio cōsistit: vt que magis ei assimi-  
 lationem milantur perfectiora sunt: q̄ minus/ imperfectiora. Et summa ipsa prouidentia vnicuiq; rei naturale indidit desiderij vt ei quantum  
 conari. potest assimilatur suūq; imitetur parentē. Materia autē recipiendo in se formas ab optimo bono/ manantes: ei quantum conceditur/ fit q̄  
 simillima. Et id solū materie datū est in quo huiusmodi sumū bonū imitetur: igitur materia rerū formas appetit: haud aliter q̄ for-  
 mina que minorē habet perfectionē appetit viri perfectionē/ q̄ turpe/ carensq; perfectiōe quā natū est habere vt ignoras q̄ virtu-  
 tis expertus appetit honestū scilicet sciētia/ q̄ virtutē qua perficiatur. Ita sane materia suapte natura imperfecta immo substantiā imo  
 perfectissima q̄ infima/ appetit rerū formas. Forma autē substantialis seipsa non appetit. Nam appetere est ad absens quod quid ino-  
 diget inclinari. Modo forma non est sibi absens neq; seipsa indiget. Neq; forma appetit formā contrariā a qua corrumpitur. Quia  
 hic suipsius appeteret corruptionē. Neq; forma appetit materiā/ quia quicquid appetit: ipsū est forma aut anteq̄ est in materia/ nō est.  
 Et cū est in materia/ eam habet/ quare q̄ tunc eā non appetit. **Quinta conclusio.** Materia per se non generatur/ vt prius nō fuerit  
 & postea

Quid hic ap-  
 petere.  
 Quid appeti-  
 tus.

Materie &  
 priuationis dif-  
 ferentia.

Ex priuatio-  
 nerum cor-  
 ruptionē pro-  
 uenire.  
 Oia ad sum-  
 me boni assi-  
 lationem  
 conari.

Et postea naturaliter fuerit neq; per se corrumpitur/ vt prius fuerit & postea non amplius fuerit sed generatur & corrumpitur  
 per accidens/ ad generationem scilicet & corruptionem eius quod in eo est. **Primum patet.** Quia quicquid per se generatur/ sub  
 iecti aliquid debet quod sit anteq̄ illud generetur. Et illi quod per se corrumpitur etiam aliquid subicitur quod manet postq̄ illud cor-  
 ruptum est. Alioquin ex nihilo aliquid fieret/ q̄ aliquid in nihilum corrumpetur quod est impossibile. Quod autem generationi  
 & corruptioni subicitur materia est. Est enim materia subiectum primum vnicuiq; transmutationi: ex quo quidem subiecto fit alia  
 quid vt pote res naturalis/ cum ipsum subiectum illi insit vt pars totū. Quod quidem aliquid si corrumpatur/ absit in hoc vltimū  
 subiectum. Nam cum res naturalis corrumpitur: nihil manet substantiæ que prius fuerit in ipsa re naturali nisi materia, quare res  
 naturalis cum corrumpitur: vltimo in materiam resoluitur. Itaq; si materia generaretur per se/ generaretur in aliquo subiecto præ-  
 existente/ & illud subiectum præexistens est materia: igitur materia esset anteq̄ generaretur. Similiter si materia corrumpetur per  
 se/ corrumpetur in aliquo subiecto manente post corruptionem/ q̄ huiusmodi subiectum corruptione facta manens est materia: ergo  
 materia esset postq̄ fuisset corrupta. **Secundum patet.** Quia forma substantialis per se generatur & corrumpitur/ & illa est  
 in materia: igitur materia generatur corrumpitur per accidens & ratione alterius.

**Commentarij in primum librum Physicorum finis.**  
**Primi capitis secundū Physicorum notæ.**  
**Ens habens naturam/ ens naturale.** **Secundum se que conuenire natura sunt.** **Accidunt/ accidentia sunt.**  
**Propter/ per.** **Priuatio/ priuatio secundo.**



**Secundus liber Physicorum continet nouem capita.** Primum continet vnam di-  
 uisionem/ vnam differentiam/ tres definitiones/ tres conclusiones/ quattuor ra-  
 tiones ad tertiam. **Diuisio.** Eorum que sunt/ que dam sunt a natura/ que dam ve-  
 ro per alias causas. A natura sunt elementa ignis/ aer/ aqua/ terra/ animalia/ & insilla  
 lium partes/ plantę & similia. Per alias causas: domus/ lectus/ indumentum per ar-  
 tem: thesauri inuentio per fortunam. **Differentia.** Differunt ea que sunt a natu-  
 ra ab aliis: quia ea que sunt a natura habent a sua forma principium sui motus &  
 quietis: augmentationis/ diminutionis/ alterationis / & secundum locum muta-  
 tionis. Ea vero que sunt per alias causas vt per artem domus/ lectus/ indumen-  
 tum: a forma artis non habent principium sui motus & quietis: sed secundum q̄ ipsa lapidea/ lignea/ aut  
 terrea sunt. **Prima definitio.** Ex his nature diffinitio nota esse potest quæ est: Natura est principium &  
 causa mouendi & quiescendi eius in quo est: primum/ per se/ & non secundum accidens. Non secundum  
 accidens dico. Nam medicus eger in se habet suę sanationis principium medicinam: non tamen est natū-  
 ra. Nam non est in eo primum & per se/ sed secundum accidens: & accidit ipsum esse medicum & sanari.  
 Similiter domus/ lectus/ & alia arte facta/ artificiales formas in se habent: que non sunt cause que primū  
 & per se insint sed secundum accidens, quapropter hæc dicit nequeunt naturę. **Secunda.** Ens habens na-  
 turam est substantia ex naturis cōstans. Est enim naturarum vna semper subiectum: altera vero semper in  
 subiecto est. **Tertia.** Secundum naturam sunt hæc/ & que secundum se his accidunt/ vt ignis motus sui  
 finis: neq; natura est neq; naturam habet: sed secundum naturam est. Secundum naturam & a natura idem.  
**Prima cōclusio.** Ridiculus est conari demonstrare naturā esse. **Patet:** quia ridiculum est conari ma-  
 nifesta per inmanifesta nota facere: & non potens iudicare quid propter se notum: & quid propter altē  
 notum esse debebat. qui autem conabitur demonstrare naturam esse: hæc ei accidit. Nam qui ea que  
 per se manifesta sunt non intelligit syllogisum querens: accidit ei que egeo nato de coloribus syllogi-  
 zanti accidunt: voces ipsas audire & nihil de rebus ipsis intelligere. Non igitur demonstrandum est natu-  
 ram esse: sed vt per se notum capiendum est. **Secunda conclusio.** Prima vnicuiq; subiecta materia habet  
 bentium in seipsis motus principium: natura est. **Patet.** Nam antiqui solum id credebant esse naturam:  
 quod facta transmutatione & facta corruptione semper manet, vt Antiphoni quia putrescente lecto (si vltimū  
 germinandi accepisset) remanebat lignum/ & non remanebat lectus: ideo lignum dicebat naturam lecti  
 & non eius formam. Et qui crediderunt omnium materiam esse ignem qui factis inesset/ & qui idem cor-  
 ruptis remaneret: solum ignem vocabant naturam. Et qui aerem/ aerem. Et qui aquam/ aquam. Et qui ter-  
 ram/ terram. Et qui plures posuerunt materias: plures posuerunt naturas: Et eam solum crede-  
 bant perpetuam: & ortus & interitus immunem. Cetera autem vocabant qualitates/ habitus/  
 dispositiones/ passiones: quas credebant infinites fieri & infinites corrumpi. Sed quod vere: facta  
 transmutatione & facta corruptione semper manet: est prima vnicuiq; subiecta materia habentium in se  
 ipsis motus principium, igitur ipsa est natura. **Tertia conclusio.** Forma rerum naturalium etiam natu-  
 ra est. **Primo.** Quia sicut se habet forma artis ad artificiale: ita & ipsa forma ad ens a natura. Si-  
 cut enim lignum priusq; artis formam accipiat non lectus actu est/ sed sola potentia: habita vero for-  
 ma/ actu simul lectus est & res artificialis: ita priusq; materia formam ossis aut carnis accipiat: non actu  
 est os aut caro/ sed solum potentia: sed simul atq; forma ossis aut carnis est: ipsum os aut caro est. At  
 a forma artis: res denominatur artificialis, igitur & a sua forma denominabitur ens a natura, est igitur ip-  
 sa forma natura. **Secundo.** Quod ex materia & forma existit vt elementum/ animal/ planta: non na-  
 tura sed a natura esse dicitur: sed magis a forma q̄ materia esse videtur. Nam simul cum forma & est/ &  
 suum nomen recipit neq; prius. Tunc enim sunt singula & dicuntur/ cum actu ipso sunt. Est igitur for-  
 & postea

G

ma / illius (cuius est) natura. **Tertio**. Antiphon dicebat lignum esse naturam quod putrescens regerminat lignum; & non formam artis esse naturam quod non regerminat lectum. Sed lignum potius a forma regerminat lignum quam a materia, ut homo a forma generat hominem; & bos bouem, igitur forma est natura / imo & magis ipsa materia. **Quarto**. Formam artis non ponimus naturam: quia non sit principium motus & quietis. At eorum quae sunt a natura: forma est principium motus & quietis / generatio / corruptio / & reliquarum mutationum. Et vnaqueque res quae fit / nomen sumit potius ab eo quo pergit: & non ab eo unde venit / ut a fabro dicitur fieri scannum non lignum, & cum aqua vertitur in aerem: dicitur fieri aer non aqua, & denominatur ens a natura non sicut medicatio a medico: sed sicut sanatio quae est ad sanitatem. Est igitur forma eius (cuius est) natura: & potius natura ipsa materia. Et quia forma dicitur quodammodo & de forma principio per se: & de eius priuatione. (Nam eius priuatio & contrarium: quodammodo species est) ideo naturam etiam quodammodo dicitur de priuatione. Sed quomodo circa generationem erit forma & eius contraria priuatio: postea determinandum est.

**Notarum primi capitis secundi Physicorum declaratio.**

**Ens habens naturam / ens naturale / res naturalis idem sunt:** sicut ens habens albedinem / ens album. **Secundum se accidunt:** quae rei naturali conuenire nata accidentia sunt, ut caliditas / siccitas / ignis / frigiditas / humiditas aquae. **Propter se notum / per se notum / propter aliud notum / per aliud notum.** **Priuatio in littera / pro priuatione secundo / forma quae abijcitur sumenda est.**

**Primi capitis secundi physicorum diuisio.** **Eorum quae sunt quaedam sunt a natura:** ut ignis / aer / aqua / terra / & caetera res naturales / quae a forma substantiali transmutationum effectrice producuntur. **Quaedam vero per alias causas aut per artem aut per fortunam.** Per artem quidem: ut domus lectus / & caetera res artificiales quae arte conficiuntur. Per fortunam vero: ut thesauri praeter spem inuentio / imperata debitoris repetitio. **Differentia.** Differunt ea quae sunt a natura ab alijs ut artificialibus: quia quae sunt a natura: habent a sua forma substantiali principium sui motus & quietis. Nempe eorum forma est ipsorum motus & quietis praecipuum efficiens. Ut equus a sua forma substantiali habet augmentationem & diminutionem. Aqua a sua forma alterationem de calido in frigidum / & motum secundum locum deorsum: similiter praedarum mutationum quietem habet a forma. Res autem artificiales non habent a forma artis figuram per artem inductam principium sui motus & quietis. Nam forma artis non est effectrix motus & quietis rerum artificialium, ut lignum ex quo factus est lectus si plantetur in terram & regerminat: illa regerminatio non est a figura lecti sed forma substantiali ligni. Et si statua aerea mouetur deorsum in figura artificiali non facit illum motum (quoduis enim non inesse huiusmodi figura: nihilominus adhuc moueretur deorsum) sed forma substantialis lapidis.

**Eandem rem esse naturalem et artificialem.** **Figura distinctiua rei a re figurata.** **Nature distinctiua materiae & formae conueniunt:**


**Nam a forma substantiali quae in rebus artificialibus est rerum artificialium transmutatio est quies proficiat: est mouentur quiescentem ut secundum quod ipsa lapidea lignea aut terrea sunt. Nihil enim incommode est eandem esse rem naturalem & artificialem: ut annulus reipsa non est aliud quam aurum / & statua lapidea reipsa est lapis, rationes tamen sunt longe diuersae. Nam dicuntur naturales a forma substantiali / artificiales vero a figura artificiali ab opifice inducta per artem: quae est distinctiua rei a re figurata. Et cum quantitas aliud sit quam substantia quantitas consequens est figuram aliud esse quam rem figuratam. Ratio autem quantitatis & figurae est alia & alia: quare ad quantitatem ponit philosophus esse motum / ad figuram vero minime: cum figurae ratio motui non competat, hic autem rationum diuersitas non rerum attenditur. Et in disciplinis quae ratione abnuicem differunt licet eadem sint reipsa: nihilominus differre dicuntur. **Prima distinctio.** Et si formae principaliori naturae insignis conueniant nihilominus & materiae congruit. Est enim forma principium & causa efficiens mouendi & quiescendi eius entis naturalis in quo est ut in toto. Materia vero principium est subiectum & causa materialis in qua mouendi & quiescendi eius entis naturalis in quo est ut pars substantialis in toto. Vtrumque autem principium / primum est. Forma quidem primum & praecipuum efficiens transmutationum & quietis. Materia vero primum vnicuique subiectum. Vtrumque itidem per se remanens rei naturalis constituit essentiali & ergo non secundum accidens siue accidentale sed substantiale principium est. Quo fit ut medicina egroti medici seipsum sanantis / non sit natura. Nam licet in eo sit ut affectio quaedam: non tamen est primum & per se. Nam medicina non constituit medici substantiam / neque substantia est. Sed est in eo secundum accidens: cum sit dumtaxat efficiens accidentale. Eadem ratione formae artificiales rerum non sunt naturae. Nam tamen sunt in rebus artificialibus: non tamen primum & per se in sunt: cum rerum artificialium substantiam non constituent: sed per accidens & accidentariae formae sunt. **Secunda distinctio.** Ens habens naturam est substantia naturalis consistens: ut ignis / tota substantia est consistens ex duabus naturis scilicet materia & ignis & forma ignis. Est enim naturarum vna scilicet materia semper subiectum formarum & substantialium & accidentalium. Alia vero ut pote forma semper in subiecto subsistens. **Tertia distinctio.** Entia secundum naturam sunt haec (de quibus modo habitus est sermo) entia habentia naturam: & quae secundum se bis accidunt, hoc est / accidentia quae entibus habentibus naturam conuenire nata sunt. Ut ignis est ens secundum naturam per primam distinctiouis particulam. Raritas autem ignis & leuitas: entia sunt secundum naturam per secundam distinctiouis particulam. Et motus ignis sursum neque natura est: cum neque sit materia neque forma substantialis. Neque habens naturam: quia non est ens naturale sed secundum naturam. Entia secundum naturam / & entia a natura idem sunt. **Prima conclusio.** Absurdum est conari demonstrare naturam esse. Id enim principium est per se notum & suppositio: sicut lineam esse / triangulum esse / in Geometria. Vnitatem esse & numerum esse in Arithmetica. **Patet** quia qui conatur manifesta per non manifesta nota facere: ridiculus est neque potest indicare quid per se notum & quid per alterum notum est. At qui conatur demonstrare naturam esse: conatur manifesta per non manifesta declarare. Cui enim eorum quae per se manifesta sunt rationem querit: similis est caeco nato de coloribus disputanti & voces quidem ipsas audienti nihil autem de rebus intelligenti. Ita principiorum quae entem demonstrationem / auctu quidem ea percipit sed non intellectu: igitur absurdum est conari demonstrare naturam esse. **Secunda conclusio.** materia subiecta vnicuique entis naturalis habentium in seipsis sui motus principium est natura. Hoc est materia quae est subiectum primum vni-**

cuque rerum naturalium. (Ille enim in seipsis habent sui motus principium: ut partem in toto) est natura. **Patet.** Quia antiqui philosophi id putarunt esse naturam quod facta transmutatione manet: ut quia post putrefactionem lecti manebat lignum. Antiphon dixit lignum esse naturam lecti: formam autem lecti quia non manebat post putrefactionem non concedebat esse naturam lecti. Et ipsam solam corruptionem factam manentem naturam crediderunt esse perpetuam / ingenerabilem / & incorruptibilem. Id autem quod facta corruptione manet est rerum naturalium materia / igitur ipsa est natura. **Tertia conclusio.** Rerum naturalium forma substantialis itidem natura est. Patet quia sicut se habet forma artis ad re artificialem ita forma substantialis ad re naturalem. Sicut enim ante formam artis adhuc non est res artificialis actu sed esse potest: inducta vero forma artis / res artificialis actu est. Ita ante formam substantialis susceptionem non est res naturalis: sed cum prima forma substantialis est res naturalis est. Sed a forma artificialis denotat artificialis: ergo a forma substantiali, res vocat naturalis: igitur forma est natura. **Secundo.** Quia substantia tota ex materia & forma consistens non natura sed a natura esse dicitur. Ipsa autem res naturalis potius a forma quam a materia existit, ut equus a forma equi non a materia / & homo ab aial rationali non a materia. Neque ante formam aduenit in materia neque res naturalis est neque nomen habet: sed cum fuerit forma materiae coniuncta: & est / & nomen suum recipit. Tunc enim singulae res naturales singulae sunt completae & denominantur esse: cum ad eum ipso sunt id est cum forma substantiali completa in materia acquisita: subsistunt: igitur forma est natura. **Tertio.** Id potius natura est quod vim agendi habet & a quo res naturalis vim habet effectivam: quam illud a quo huiusmodi vim non habet. Dixit enim Antiphon lignum esse naturam quia putrescens regerminat lignum: formam autem lecti non esse naturam quia non regerminat lectum. At a forma substantiali res naturalis vim habet effectivam & non a materia: ut homo a forma generat hominem & ignis ignem, igitur forma est natura immo magis natura quam ipsa materia. **Quarto.** Quia forma artis non est principium motus & quietis eius in quo est: igitur per definitionem non est natura. Rerum autem naturalium forma substantialis est principium motus & quietis primum / per se & non secundum accidens: igitur ipsa per definitionem est natura. Et vnaqueque res quae transmutatur potius denominatur ab eo quo pergit & termino ad quem / quam ab eo unde venit & termino a quo: ut si ex aere fiat ignis: genus tum dicitur in ignis non aer. Si quo etiam a paruo fiat magnam nomen accipit a magno. Et si ex frigido fiat calidum: nomen sortitur a calido. Et si quid a loco deorsum mouetur in locum sursum: dicitur moueri sursum / nomen accipiens ab eo quo vadit. Et de nominatur res naturalis a natura: non ab eo unde proficitur & causa efficiente sicut medicatio a medico: sed ab eo quo pergit & causa formali sicut sanatio a sanitate ad quam tendit. Ergo forma est rei naturalis natura: & potius / perfectius / quam materia. Et cum forma dicatur & de ea forma quae est principium per se & substantiam constituendo remanens: & de eius priuatione / formaque desinente per transmutationem. Est enim priuatio formae & contrarium / etiam aliquo modo forma: ideo natura etiam dicitur quodam modo scilicet per accidens / de priuatione. Est enim priuatio naturae per accidens & non remanens.

**Rem naturalem a forma potissimum existere.**  
**A forma principium agendi vim pendere.**

**Secundi capitis nota.**

**Mathematicus qui quadratum consecutus est.** **Quadratum:** Musica / Arithmetica / Geometria / Astronomia. **Longitudines:** plana / solida / lineae / superficies / corpora. **Magnitudines figuratae & similia:** cogitatione & intellectu a re naturali / materia & motu abstrahere: est a re naturali materia & motum non considerando / considerare: curamque an rei sint naturalis: an sint in subiecta materia: an cum motu sint nec / relinquere. **Poeta / Homerus.** **Abstrahere / abijcere / separare.** **Architectonica / artis principalis.** **Gubernator / auriga.**



**Secundum caput continet duas conuenientias, tres differentias, vnam quaestio-** nem, vnam conclusionem, & quinque rationes ad illam. **Duae conuenientiae.** **Primo** conueniunt Physicus & Mathematicus: quia uterque puncta / longitudines / plana / solida considerant. **Secundo** conueniunt Physicus & Mathematicus: quia Astrologus: qui propius ad physicam accedere videtur, quia Astrologus de his quae mouentur considerat / de magnitudine & figura / ut quod terra / coelum sol / mundus sphaerica sint: quae considerat & Physicus. **Tres differentiae.** Differunt primo, quia Physicus & Mathematicus haec eodem modo non considerant. Nam Physicus magnitudines & figuras considerat ut termini sunt rei naturalis & coniuncta materiae: & intentio eius est omnia ad motum referre: Mathematicus autem ea a re naturali / materia & motu cogitatione & intellectu abstrahit. Neque idcirco abstrahendum est abstrahendum esse in eadem. Nam quibus magnitudines & figurae & caetera accidentia / a materia & subiecta substantia reipsa separati non possunt: cogitatione tamen & intellectu possunt, & haec latuerunt Platoni ideas introducentem: quas non modo cogitatione & intellectu sed re ipsa a materia se iungebat / faciebat enim Physicam magis Mathematicam abstractam: cum ea minus abstracta sit. **Secundo.** Quia Physicus & Mathematicus non eodem modo differunt. Nam Physicus differunt sumendo nomina materiam formam & motum importantia, ut os quod materiam & formam ossis habeat / & caro / & homo. & ut differunt sumunt eum dicitur / est nasi cavititas. Nam nasi / eius materiam / cavititas vero / eius formam explicat. Sed Mathematicus cum diffinit partem / impar lineam / figuram / curuum rectum: & reliqua huiusmodi quae considerant: non sumit nomina materiam & motum importantia. Abstrahit enim ab his cogitatione & intellectu. **Tertio.** Quia Physicus & Mathematicus ut Musicus / Perspectiuus / Astrologus (qui propius ad physicam accedere videntur) non eodem modo demonstrant, quia Musicus / Perspectiuus / & Astrologus demonstrationes ab Arithmetica & Geometria accipiunt. Physicus vero non: sed a materia / motu & his quae re naturalem consequuntur: non tamen omnino eodem modo Musica / Perspectiva & Astrologia: ut Arithmetica & Geometria demonstrant. Nam Geometria de linea ut Mathematica est demonstrat. Perspectiva vero de linea Mathematica non ut Mathematica (nam cogitatione atque intellectu)

**Natura esse in physica supponi debere.**

Aut a motu eam non separat: sed ut Physica (mutuat enim Physica motum) ex Geometria demonstrat. **¶** Quæstio. Quoniam consideratio Physica est ut de simo: & natura de duobus dicatur ut de materia & de forma. An utriusque sit Physica consideratio? **¶** Conclusio. Utriusque nature & materie & forme est Physica consideratio. **¶** Prima ratio. Si ad antiquos respicias ut Democritum & Empedoclem: inuenies eos de materia amplissimam fecisse determinationem: hic de quattuor elementis/ille vero de Atomis: & de forma in parte determinasse, ut Democritus de figuris & Empedocles de lite & amicitia. **¶** Secunda. Ars nature imitatrix est & emula. Ars autem materiam & formam ad aliquem finem considerat, ut Medicus choleram & flegma & cæteros humores: in quorum cõtemperamento & suarum qualitatum proportione consistit sanitas. Et edificator ligna & lateres (quæ sunt materia domus) & domus formam considerat. Igitur est physici utramque naturam considerare. **¶** Tertia. Eiusdem scientiæ est finem & media in finem ordinata considerare. Forma autem materie finis est. Nam cum continue mota sit: formam (ut id gratia cuius mouebatur) assecuta: quiescit, & forma (ut dictum est) est maxime natura, igitur cuius est considerare formam: eiusdem est & considerare materiam. Est enim forma vltimum quoddam & id gratia cuius est materia, & derisorie Poeta mortem (quia vltimum sit) finem & gratia cuius orti sumus appellat: volens non omne vltimum esse finem: sed vltimum & præstantius. **¶** Quarta. Artium factiuarum quædam suam materiam simpliciter faciunt: ut ars laterum factiua. Alia disponit: ut quæ dolando aut partes distrahendo formam inducit. Alia rebus factis vtitur (nos enim quodam modo sumus omnium finis: sed finis ut in morali philosophia dictum est) duplex est) quæ ideo vltimis & Architectonica nominatur. Et hæc est cognoscitiua & aliis præceptiua, cognoscit enim gubernator qualis forme temo esse debeat: & præcipit alii qui formam temonis habet inducere: ut qui (quo ligno & quali temo formandus sit) cognoscit, igitur Physicus materiam & formam habet considerare: ut enim factiue ad operandum se habent: ita speculatiue ad cognoscendum se habere videntur. **¶** Quinta. Materia ad aliquod refertur / ad formam: est enim forme materia, igitur eiusdem est materiam & formam considerare. Qui enim eorum quæ adinuicem referuntur vnum considerat: & alterum considerabit. **¶** Et si quærat: ut quo Physicus rerum formas considerat? Vt quo materie cõiuncte generant / corrumpunt / augmentant / minuunt. Ex materia enim homo & sol hominem generant. Quæ vero separatæ & a materia seuncte forme sunt: non Physici sed Philosophiæ primæ consideratio est. **¶** Notarum secundi capitis declaratio. **¶** Mathematicus est qui disciplinas mathematicas Musicam / Arithmeticam / Geometriam / Astronomiam callet. Qui & quadrinium consecutus dicitur: quattuor disciplinis ut vijs quibusdam in quantitate cognitionem peruenit. Longitudines / lineæ idem. Plana superficies idem. Solida / corpora idem. **¶** Mathematicus magnitudines & figuras cogitatione & intellectu a re naturali / a materia / a motu abstractit: quia magnitudines & figuras considerat non considerando rem naturalem in qua sunt: neque materiam cui adsunt: neque motum cui coniunguntur. Neque curat an sint rei naturalis / an in materia ut subiecto / an cum motu vel non. Non tamen ea intelligit esse sine subiecto: quia huiusmodi intelligentia falsa est: sed ea intelligit non cointelligendo subiectum. Physicus autem dimensiones considerat: ut materie sensibili addicte sunt. **¶** Poeta nomine in littera Homerus denotatur: & gubernatoris nomine: auriga qui currum moderatur. **¶** Temo lignum est oblongum in anteriori curru parte prominens cui in gum alligatur.

**¶** Secundi capitis prima conuenientia. **¶** Conueniunt physicus & mathematicus: quia uterque magnitudines / magnitudinumque terminos considerat. **¶** Secunda. Conueniunt Physicus & Astronomus qui maiorem cæteris cum Physico habet conuenientiam: eo quod a Philosophia naturali motum localem mutatur / & complura in philosophia naturali dicta supponit, quia sicut Physicus considerat de his quæ mouentur / de figura & magnitudine cœli / terræ / solis / & munditatis & Astronomus de motu cœli / de figura terræ / sphericæ / de cœli rotunditate considerat. **¶** Tres differentie. Differunt primo physicus & mathematicus: quia physicus magnitudines ut sunt termini / formeque accidentales rerum naturalium a quibus res dicuntur magnæ / considerat: & pro quanto sunt coniunctæ subiectæ materie / utque secundum eas sunt motus / augmentatio & diminutio. Mathematicus autem abstractit eas re naturali / materia / & motu: quia non attendit neque inquirat an sint in re naturali / aut materia nec ne. Neque tamen huiusmodi mathematicorum abstracta consideratio / falsa est. Nam quis dimensiones reipsa a materia separari non possunt neque seorsum a subiecto subsistere, cum sint accidentia quæ a subiecto separari impossibile est: tamen cogitatione & intellectu possunt abstracti: cum possumus magnitudines intelligere non simul eorum subiectum considerando / sed eius considerationem omitendo. Plato autem in physica de Ideis tractauit sua sententia & reipsa & cogitatione abstractis: posuitque physicam magis abstractam quæ mathematicam: cum tamen physica minus sit abstracta. Nam physica est de coniunctis & re & cogitatione. Mathematica autem est de coniunctis reipsa sed cogitatione abstractis. Metaphysica vero de abstractis & re & cogitatione. **¶** Secunda differentia. Quia physicus in suis definitionibus ponit nomina / materiam aut formam / aut motum importantia. Ut materia est subiectum vnicuique primum ex quo fit aliquid. Natura est principium & causa mouendi & quiescendi eius in quo est. Sicut enim finitas diffinitur quæ est nisi curuitas. Vbi nisi materiam importat / curuitas vero: formam, ita physicus ignem diffinit quæ est elementum ex materia & forma ignea cõstans. Mathematicus autem non diffinit per nomina / materiam aut formam aut motum importantia, ut linea est longitudo sine latitudine cuius extremitates sunt puncta. Numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata. In his & cæteris mathematicis diffinitionibus nullum ponitur nomen importans subiectum & materiam. Et quis pleraque vocabula in huiusmodi diffinitionibus posita motum importare videatur, ut Circulus est figura plana vna linea contenta: in cuius medio est punctus a quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ sunt æquales. Numerus par est numerus in duo æqua diuisibilis. Ibi tamen vocabula ductæ & diuisibilis / motum non important: neque rationem motus habent. **¶** Tertia. Quia Musicus per seipsum & Astronomus demonstrationes & principia ex Geometria & Arithmetica accipiunt, Musica quidem Arithmetica subaltero

Quid Mathematicus.

Quid Temo.

Quomodo abstractit Mathematicus.

Quæ differentie diffiniunt Physicus & Mathematicus.

Quæ scientiæ subalternatur Geometria & quæ Arithmetica.

natur: & ergo eius vltur principijs & ex principio cognitis. **¶** Per seipsum autem & astronomia subalteratur Geometriæ: cuius principia & ex principio cognita accipiunt: & ergo istæ tres sunt scientiæ mathematicæ. Physicus autem non accipit suas demonstrationes a Geometria & Arithmetica: cum ipsis non subalteretur: sed propria habet principia & proprias demonstrationes. Id tamen inter Geometriam & Arithmetica ex vna parte: & inter per seipsum a musicam & astronomiam ex altera parte interest: quæ Geometria de linea ut mathematica: id est cogitatione & intellectu a materia & motu abstracta considerat. Per seipsum vero de monstrat de linea non ut cogitatione & intellectu a motu separata: sed ut physica & coniuncta motui. Mutuatque a physica motum / & ea quæ in secundo libro de anima differuntur de visu & alteratione eius per speciem coloris. Sic musica demonstrat de numero non abstracto & mathematico sed cõiuncto motui. Mutuatque a physica motum: & ea quæ physicus de auditu in secundo libro de anima tractat. Astronomia denique de magnitudine demonstrat non ut mathematica sed coniuncta potetie & motui. Mutuatque a physica motum circumlarem & ea quæ in libro de cœlo traduntur. **¶** Quæstio. Cum determinatio physica sit de his quæ materiam & formam habeat: quæ admodum simus materiam / nam / & formam: cuius importat, utrum ad physica pertineat de utraque natura & materia & forma determinare. **¶** Conclusio. Ad physicum spectat de utraque natura / materia & forma determinare. **¶** Primo. Quia antiqui Democritus & Empedocles de materia & forma determinauerunt. Democritus quidem de Atomis & figuris / Empedocles vero de quattuor elementis lite & amicitia, igitur ad physicum spectat de utraque natura determinare. **¶** Secundo. Quia ars naturam vicinque potest imitari: ut vestigijs veritatem / & imago exemplar. Ars autem materiam & formam considerat: ut medicus quattuor humores / materiam / & proportionem qualitatum / sanitatemque formam. Et edificator ligna & lapides materiam dominat considerat / & figuram domus formam / igitur & naturalis philosophus a fortiori utramque naturam debet considerare. **¶** Tercio. Ad eandem scientiam spectat considerare finem & media in illum finem ordinata. Forma autem substantialis finis est / materia vero medium ordinatum in finem. Nam postquam materia continue mota fuerit: formam completam assecuta / a transmutatione quiescit: quoniam gratia forme consequenda mouebatur, ut cum totam ignis formam materia ligni per generationem habuerit / a transmutatione quiescit: perinde atque viator ambulando metam vice pertingens: sicut ambulationem, igitur physici (cuius est considerare formam) eius est considerare & materiam. Homerus autem derisorie solum vocauit mortem finem humanum: volens illius inuenire oppositum: ut pote mortem (quis vltimum sit & terminus humane vite) non tamen esse id gratia cuius orti sumus: neque finem vite / causamque finalem. Ex hoc volens concludere: quod non omne vltimum est finis sine causa finalis: sed vltimum est præstantius / digniusque his quæ sunt ad finem. **¶** Quarto. Artium quædam materiam suam faciunt: ut pistoria ex farina & aqua conficit materiam panis in quam inducat formam / vitaria ex silice suam materiam vitris conflandis parat: & laterum factiua ex aqua & terra lutum facit in quod formam lateris inducat. Alia vero factam materiam disponit ad formam: ut ars sartoria in panem inducit formam tunice / ars sutoria in corium formam calcei / ars factiua armorum in ferrum inducit figuram armorum. Alia vero neque materiam parat neque figuram artis inducit / sed rebus factis vtitur: ut ars militaris utitur freno / sella / phaleris: & cæteris id genus armis. Nos enim homines / omnium artificialium sumus finis: & omnia arte facta ad vsum ordinantur humanum. Nec artificialium modot: verum etiam omnium rerum naturalium & sensibilium sumus finis: neque ipsi finem habemus substantiale gratia cuius ordinemur in hoc mundo. Sed finis est duplex / ut in ethicis dictum est: scilicet præcipuus & vltimus qui vltimus ad alterum non ordinatur / & minus præcipuus sine non vltimus / qui consequenter ad aliud ordinatur. Hæc autem fertia ars: Architectonica: id est præcipua nominatur: & duabus cæteris præstantior est: cognoscitque quæ materia aptanda est rei / & quæ forma artis inducenda & præcipit talem parari materiam / talemque formam induci. Ut currus gubernator recte cognoscit ex quo ligno & cuius forme temo sciendus est: & præcipit in huiusmodi materia formam artis aptari. Similiter rei militaris peritus cognoscit ex qua materia & cuiusmodi forme arma fabricanda sunt: & præcipit artificibus inferioribus eo illa parari. Sic & physicus quæ cõplatiõis rerum naturalium architectonicus est: & materia & forma habet considerare. Nam ut artes factiue architectonicæ se habent ad agendum ita cõtæ latine artes se habent ad cognoscendum. **¶** Quinto. Materia & forma dicuntur adinuicem relative. Est enim materia forme materialis & forme materie forme. Qui autem considerat vnum relativum: et alterum considerare debet: igitur physici est materia & forma considerare. **¶** Quæ si gratia rerum formas physicus considerat. **¶** Respondet eas quæ cõiunctæ materie sunt / obnoxie motui & transmutationi: effectiue generatiõis / corruptiõis / augmentatiõis / diminutiõis / alteratiõis & mutatiõis secundum locum: cuiusmodi sunt forme rerum naturalium. Ex materia enim hoc cõpularis: & sol (quo omnes causæ vniuersales denotant) hominem generat. Formas autem a materia & motu separatas: non physica sed metaphysica considerat. **¶** Tercij capitis nota. **¶** Modi causarum / generatiõis / corruptiõis / augmentatiõis / diminutiõis / alteratiõis / mutatiõis. **¶** Vniuersales causas sunt / quas vniuersalibus nominibus exprimimus. **¶** Particulares / quas particularibus. Ita & vniuersales effectus: quos vniuersalibus nominibus exprimimus, & particulares: quos particularibus. **¶** Ratio diffinitio.

**¶** Tertium caput continet quinque conclusiones: quattuor modos causarum post primam tres diffinitiones post quintam: vnam differentiam & duo documenta. **¶** Prima conclusio, determinandum est de causis. **¶** Nam hæc disciplina sciendi gratia instituta est. Scire autem maxime arbitrariur vniuersaliter cum causam primam propter quam res est cognoscimus, determinandæ sunt igitur causæ rerum naturalium / generatiõis / corruptiõis / & cæterarum physicarum mutationum: ut eas cognoscamus. **¶** Quattuor modi causarum. Primo modo causa est ex qua fit aliquid cum insit: & materia dicitur, ut es materia est status / & argentum materia fiale: & metallum & eorū genera. **¶** Secundo. Causa est forma aut ratio (ut diapason est qui ex dupla proportione ut diaton ad vnum nascitur cõceter) rōis partes & genera. **¶** Tercio est aliquid fit: & dicitur efficiens, ut principium a quo motus & quietis, & qui dat consilium / & pater filii, facies facti / & cõmutas cõmutati: cause sunt efficiens. **¶** Quarto est gratia cuius aliquid fit / & dicitur finis: ut ambulationis finis est sanitas. Cuius enim quæritur gratia cuius

Quæ scientiæ Mathematicæ ad physicam propius accedunt.

Forma materie suæ esse.

Artium mechanicarum diuersitas.

Diuisio finis.

Quas formas considerat physicus.

13  
14





34 Primo. Quia videmus animalia & plantas a determinata causa procedere: vt hominē ex homine & ex femine oliuū oliuū / & vnāquāq; reliquarū plantarū ex suo determinato semine & non esse a fortuna, manus igitur erit & celum / & eius motus / & diuina illa superiora corpora quę semper eodē tenore constantissime perseuerant / a fortuna. 35 36 Secundo. Quia in inferioribus pleraq; a fortuna fieri comploramus: in celo vero nunq; quicq; aut casu aut fortuna fieri conspiciuntur: sed certo tenore immutabili ordine constantissime omnia illis perseuerare videntur, male igitur fortune sedem celum posuerunt: cum plura deberent percipi in celo fieri a fortuna q̄ stant in his inferioribus, at potius fortunam in inferioribus locare debuissent. 37 Tertia opinio est dicentium fortunam esse quā diuinum & felicissimum supra humanā mentē: & cuius humanus intellectus non sit capax / quā plurimi inortalium vt nomen coluerūt. 38 Hanc opinionem hoc in loco non reprobant Aristoteles. 39 Notarum quarti capitis declaratio. 40 Causa determinata est que in aliquē effectū ordinatur: aut natura / vt ignis ad comburendū: aut arte / vt nauis ad nauigandū: aut proposito / vt fossio ad plantandum vineam. Ex opposito causa indeterminata est que in effectum respectu cuius causa indeterminata dicitur / non ordinatur neq; natura neq; arte neq; proposito: vt fossio ad inuentionem thesauri inopinatam / ambulatio ad forum causa est indeterminata inuentionis debitoris non intentē.

Primera tionis solutio.

35 36 Varii capitis conclusio. Ad physicū spectat determinare de casu & fortuna. Patet quia ad physicū spectat de causis determinatis: vt paulo ante ostensum est. Casus autē & fortuna sunt cause: a quibus multi effectus contingunt, igitur. Prima opinio est eorum qui dicunt nihil a casu & fortuna fieri. Quod duabus rationibus probant. Prima. Omnia effectus cause determinate sunt. Casus autē & fortuna esse cause indeterminatē: igitur nihil fit a casu aut fortuna. Que quidem diluē distinguendo id quod primo loco assumunt scilicet omnium effectus causas determinatas esse. Vel determinatas in quoscuq; effectus quorū sunt cause siue per se siue per accidens, hoc negandū est. Nam fossio a gri causa est inuentionis in sperata thesauri non tamē est determinata in illū effectū / immo illius effectus nulla est causa determinata. Vel determinatas in effectus quorū sunt cause per se & id conceditur. Vt fossio terre est causa determinata in plantationē vineę intentam. Sic cum quis petens forū negociandi inuenit debitorem pręter expectationē: voluntas veniendi in forū debitoris & reperitoris est causa determinata negotioris: cū vt ergo ad negociandū venire positus sit / sed non est causa determinata inuentionis debitoris / cū nēter ad id suam ambitionē ordinauerit. Cū subiungunt. Casus autē & fortuna esse cause indeterminatē. Id admittitur in comparationē ad effectus suos casuales & fortuitos. Negatur quod concludunt. Secunda. Antiqui inter rerum naturalium causas non inemerunt casus & fortune, igitur casus & fortuna vtilis sunt, quare nihil concedendum est fieri a casu aut fortuna. In qua quod primo assumunt falsum est cum vtriusq; Empedocles meminert. Pręterea perperam concludunt. Nam infirmus est locus ab auctoritate negatiuis. Solutio philosophi concedens illas causas esse determinatas ad aliquos effectus quorū non sunt casus & fortune easdem tamē esse indeterminatas ad ea que sunt a casu & fortuna. Et id inconueniens non est: eandem causam vnus esse causā per se aliterius autem effectus / causam per accidens vt eundē esse patrem & filiū. Subdit antiquos non omnino prętermississe casus & fortune determinationem. Nam Empedocles dixit in generatione mundi elementa casu incidisse in loca que obtinent: & in alternis generationibus ipsa aliter ordinarit: partes etiā integras animalium & arborū solū a casu & fortuna disponit. Secunda opinio est dicentium omnia fieri a casu & fortuna: fortunamq; celum mouere / & rerum inferiorū seriem eo motu disponere. Sed inconuenienter hæc dicere videntur. Primo. Quia celum & superiora corpora constanter sunt ordinata: q̄ hæc inferiora & mundi sensibilia. At in inferioribus res naturales a causis determinatis procedunt: vt homo fit ex homine / & oliuū ex semine oliuę / & non a casu & fortuna: igitur a fortiori neq; celū & celestia corpora sunt a casu & fortuna. Secundo. Quia in hoc mundo constat aliqua a casu & fortuna fieri. In celo vero nihil: sed omnia certo tenore determinatisq; legibus perdurant: vt reuolutiones ceolorum / ortus & occasus siderum / eclipssis lune. Non igitur in celo fortuna sedem ponerē debuissent sed potius in terra: vbi eius regnum manifestis indicijis esse cognoscitur. Tertia opinio est dicentium fortunam esse diuinum numen supra humane mentis perspicacitate. Quā mortales teplo & aris dignati sunt: vt deā coluerūt. Quinti cap. notē. Ea q̄ sunt a casu aut a fortuna: effectus casuales aut fortuiti. Offendit / inuenit. Infinita numero indeterminata. Sicut boni consecutio: ita & mali fuga / bona dicitur, & sicut incommodi consecutio / mala: ita boni habitū perditio / aut quasi ad manum presentis frustratio: mala.

Secunde for luto.

37 38 39 40 Intū cap. continet quinque diuisiones, duas diffinitiones & tres conclusiones post quartam, vnum correlatiū ad secundam diffinitionē, vnum ad primā conclusionē, & vnum ad secundā. Prima diuisio. Eorū quę fiunt quedam semper cōsimiliter fiunt / alia frequenter / alia vero raro: que neq; semper neq; frequēter fiūt. In his quę semper cōsimiliter fiunt: nullus fortuna locat. Neq; in his quę frequēter. At in quę raro contingere esse omnia. Et hięc quę raro eueniant omnia: dicere solent a fortuna, & ipsi vt & nos fortunam esse aliquid (a quo pleraq; fieri cognoscimus) supponūt. Secunda diuisio. Eorum quę fiunt quedā fiunt propter hoc: alia vero nō. Hęc enim sunt propter hoc: quę cū a natura / intellectu aut voluntate facta: vt prosequantur / fugianturue digna sunt. Tertia. Eorum quę fiunt: quedam fiunt ab agente secundū propositū quę tādā vero non. Quarta. Causarum quedam est per se vt domus causa per se ars edificatiua. Alia vero per accidens vt album & musicum. Et causam per accidens oportet esse fortunam. Nam causa per se / finita & determinata est: per accidens vero / incerta & indeterminata. Fortuna autē causa est incerta & indeterminata. & vni infinita accidere possunt. Prima diffinitio. Hęc sunt a casu aut fortuna: que raro & per accidens fiunt / & q̄ propter hoc fiunt. Et quando a casu / & quando a fortuna: horū differentia postea determinabitur, vt venit quis in villam nō quidē vt debitore inueniat: debitore offendit / debita pecuniam



41 42 43 44 45 reporat: reportatio huiusmodi pecunie / a casu aut fortuna fit. Nam taliter raro euenit: & per accidens, nō enim reportandi gratia in villam terat: & est eorum quę propter hoc fiunt. Si enim frequenter fieret huiusmodi reportatio: aut reportandi intentione locā adisset: hæc neq; a casu neq; a fortuna facta fuisset. Secunda diffinitio. Fortuna est causa per accidens secundū propositū / extra semper & frequenter / & eorum quę propter hoc fiunt. Correlatiū / quapropter circa idem & intellectus & fortuna fiunt. Nam propositum sine intellectu non est. Prima conclusio. Infinitę cause esse possunt a quibus quod fit a fortuna fiat. Nam infinita fiunt que ad idem accidere possunt. Pecunie enim reportatio accidere potest: aut quia quis amici videndi gratia aliquē locū adeat: aut quia prosequatur fugientem / aut fugiat prosequentem / aut quia spectacula videre desiderat: & sic de innumeris aliis. Correlatiū. Vnde merito fortuna infinita esse videtur: & homini immanifesta. Nam infinitis ex causis accidere potest: que ad rei (que a fortuna fit) non ordinatur exitum. Secunda conclusio. Quodāmodo recte videtur nihil a fortuna fieri: & quodāmodo a fortuna aliquid fieri etiā recte videtur. Nam per se, nihil fit a fortuna. Si enim solum essent cause per se (vt domifactor per se causa est domus) nihil fieret a fortuna. At vero per accidens recte videtur aliquid a fortuna fieri: causas autem per accidens dictū est numero esse infinitas. Correlatiū. Quapropter quodāmodo recte dici videtur fortunā careere ratione. Nam ratio solū eorū esse que semper aut frequenter fiunt, fortuna autē non eorum est sed quę raro. Tertia conclusio. Fortunarū altera causa est per accidens propinquior: altera vero remotior. Nam sicut aliarum causarum efficiētium alia est propinquior vt Polycletus statuę & alia remotior vt homo, ita & fortunarum esse videtur: sunt enim efficientes cause: vt cum egroto sanitatis cause sunt: tonsio / ventus / & estus / & nihil horū sanitatis gratia suscipit: propinquior causa estus / & deinde ventus / & remotior est tonsio. Quia tamē infinitę huiusmodi per accidens cause esse possunt: si assignandę sunt que propinquiores / & que remotiores: statudę aliquod figendę sunt: alioquin que priores & que remotiores assignare nō possis. Quarta diuisio. Fortunarū quedam est bona: qua bonū aliquid contingit. Alia vero mala: qua aliquid contingit in modū. Quę quidem fortuna si circa bona excellentem magnitudinem habentia contingit: eufortunium & fors fortuna dicitur. Si vero circa excellentia mala: diffortunium / vt si quis debuisset magnum bonum accipere: vt & quod ad manus erat / quod non accipit sed quo frustratur: male ei contingit ac si bonum iam habitum perdidisset. Nam id quod prope est: nihil distare videtur. Vnde eufortunium & diffortunium: incertans & incertum est. Nam omnis fortuna: incertans & incerta / vt que nunq; semper & frequenter: sed que raro & inopinatē contingat. Notarum quinti capitis declaratio. Ea que sunt a casu effectus casuales. Ea que sunt a fortuna: effectus fortuiti idē. Sicut boni vt thesauri consecutio / bona dicitur: ita mali vt naufragij / precipitationis / occisionis fuga: itidē bona dicitur. Et vt mali a consecutio mala dicitur: ita boni iamā p̄sentis frustratio / mala dicitur.

46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 Vinu capitis prima diuisio. Eorum que sunt que ad eam semper cōsimiliter fiunt: vt motus orbū celestium / ortus & occasus siderum. Alia frequenter cōsimiliter fiunt / vt hominē nasci cū quinq; digitis in vna manu / pluriā hyeme fieri. Alia vero neq; semper neq; frequenter cōsimiliter fiunt sed raro: vt hominē prętereuntem a lapide temere iactō interficī / hominē cadentem de equo frangere brachiū. Et huiusmodi raro contingit etiam omnia: dicunt euenire a fortuna: quod non oportet. Raro enim contingit cometa / impressio, drachonis igniti: minime tamen a fortuna / sed a causis determinatis euenit. Contra tamen quę cūq; a fortuna contingunt / raro contingunt. Nam in his quę semper aut cōsimiliter fiunt: nullus fortuna locauerit. Secunda diuisio. Eorū que fiunt: quedam fiunt propter hoc, que si pręcognoscatur: digna sunt vt prosequantur / si gianturue, vt ex fossione / thesauri inopinata inuentione. Nam si quis pręcognoscere ab his / si dignū vtiq; fuisset illud prosequi. Ita subita re pentinaq; ex casu mors. Alia vero non sunt propter hoc: que non sunt tanti momenti & poderis vt cognita digna sint prosequi aut refugij, vt casus capilli de capite / offensus pedis ad lapillū. Tertia diuisio. Eorum que fiunt: quedam fiunt ab agente secundū propositum: id est intellectu / rationem / & voluntatem: vt que fiunt ab homine. Quędam vero fiunt non ab agente secundū propositum: vt que fiunt a brutis & ceteris rebus naturalibus voluntatis expertibus. Quarta diuisio. Causarū quę adā est per se, vt edificator domus, quę adā est per accidens: vt album aut musicū causa est per accidens ipsius domus. Fortuna autē oportet esse causa per accidens. Nam causa per se finita & determinata est ad suū effectū. Fortuna autē: incerta & indeterminata. Nam vnus effectus fortuitus non solū vnā habere causā per accidens potest: immo infinitas & numero incertas / ex quarū quilibet effectus ille contingere potest: igitur fortuna non est causa per se. Est igitur causa per accidens. Prima diffinitio. Ea sunt a casu aut fortuna: que raro & per accidens fiunt / & que sunt propter hoc. Que si sunt agentū secundū propositū: sunt a fortuna. Sin minus sunt: sunt a casu solū. Vt si quis in villam venerit intentione visitandi amicū / & pręter spem debitorem inuenit / debitu perfoluere paratū: huiusmodi inuentione debitoris fit a fortuna. Nā sit per accidens & p̄ter intentionē inuentionis / & raro. Nam rarissime admodū fortuna huiusmodi debitoris non q̄siti / inuentione contingit. Et est propter hoc. Nam si pręcognoscatur: est dignū prosequi aut fugi. Secunda diffinitio. Fortuna est causa per accidens agentū secundū propositū extra semper & frequenter / & eorū que propter hoc fiunt, vt in dato exemplo videns ad villā causa negociandi est fortuna. Nam causa est per accidens (est in tale effectū scilicet inuentionē debitoris minime ordinatur) agentū secundū propositū. (Ex deliberatione enim & proposito profectus est in villā vt ibidē negociatur.) Extra semper & frequenter (quadoquidē raro contingit huiusmodi debitoris inuentione.) Et eorū q̄ propter hoc fiunt. Est enim id dignum vt eligatur / fugiatur ve cognitū. Correlatiū. Quapropter circa idem fiunt intellectus & fortuna: non quidē circa eundem effectū sed circa idē subiectū. Nā quę cūq; causa fortuna est: habet intellectū. Patet. Nam propositū sine intellectu nō est: cum propositū sit ipsa voluntas: aut ordinatio voluntatis aliquid agendū eligentis: que per intellectum actiū / consultatiūq; fit. Nempe per intellectū sit rationis inquisitio / & de re futura consultatio. Deinde a voluntate vnus partis electio / & vltimo operis exēcū

46 Quę dicunt fieri propter hoc.

47 Quę dicunt esse non propter hoc.

48 Quid discriminis habent ea que sunt a casu & que a fortuna.

49 Quid propositum.

no. Neq. vñ intellectus a proposito neq. propositum a voluntate separatur. Fortuna autem non est sine proposito: cum sit causa per accidens a gentium secundum propositum igitur fortuna non est sine intellectu: quare circa idem sunt intellectus & fortuna. ¶ Prima conclusio. In finita causa & quocumq. datis plures aliæq. esse possunt a quibus effectus fortuitus fiat. ¶ Nam infinita & incerta numero causa vñ effectus per accidens accidere possunt. ¶ Idem effectus ex indeterminatis & semper alijs causis per accidens contingere potest. Vt debitoris inuentio non solum ex ambulatione ad forum aut profectione in villam negociandi gratia accidere potest; verum etiam ex eo q. quis amici videndi gratia locum aliquem accedat/aut quia templum adcat/aut ad spectacula videnda proficiscatur/aut quia fugiat prosequens/aut quia prosequatur fugientem: & quocumq. datis aliæ præter eas ad eundem effectum contingere possunt. Sic inuentio thesauri accidere potest aut ex fossione causa plantandi vinea/ aut collocandi fundamenti: aut ex demolitione parietis ad instaurandū edificium, aut ex effossione lapidum a terra/ & ita de ceteris. In causis autem per se determinatio est: neq. indifferenter quælibet ad quemlibet effectum concurrunt. ¶ Correlarium. Merito igitur fortuna infinita esse videtur & homini inmanifesta. ¶ Nemini enim constare potest/ ex quot causis effectus fortuitus accidat/ neq. ipsa fortuna ad suū effectum determinata est. sed nos latet tantisper ex huiusmodi causa effectum illum per accidens futurum esse: quousq. eum contigisse viderimus, quare tamen si fortuna sit ipse homo & voluntas eius; homini tamen inmanifesta dicitur. ¶ Secunda conclusio. Vno modo recte videtur nihil a fortuna fieri. Alio autem modo contra videtur aliquid a fortuna fieri. ¶ Nam per se nihil a fortuna fit. Si enim solum essent cause per se/ & omnium effectuum cause in ipsos determinate: vt contederunt primæ opinionis defensores/ nihil fieret a fortuna. Per accidens autem pleraq. a fortuna fiunt. Recte igitur dictum est: nihil a fortuna fieri: & aliqd a fortuna fieri. ¶ Correlarium. Quo fit vt fortuna bene dicatur carere ratione. ¶ Quia intellectus solum ea ratione inquirat: que semper aut frequenter sunt & futura prævidentur. Et autem que sunt a fortunæ neq. semper neq. consimiliter sunt neq. prævidentur futura/ sed latent tantisper dum euenerint: & tunc demum cognoscimus effectum illum ex huiusmodi causa contigisse. Quare effectus fortune nulla sit consultatio: neq. per rationem inquisitio quomodo eueniet. Hinc fortuna cæca dicitur & depingitur: & illius effectus animo non prævidemus neq. deliberatione inquirimus. ¶ Tertia conclusio. Fortunarum quedam est propinquior/ quedam vero remotior. ¶ Vt enim est in causis per se ita & in causis per accidens. At causarum per se quedam est propinquior: vt medicamentum medicus est causa propinquior. Alia vero remotior: vt artifex. Similiter causarum per accidens neutrarum quedam propinquior: vt Polytelus/ statua, quedam remotior: vt homo. Ita igitur erit & in fortuna. Vt si quis patiatur catarrum vel pituitam; qui ex osu nimiam capillorum multitudine illos abradat non intendens sanitatem/ deinde nudo capite exponat se vento & deinceps æstu solis non tamen intendens salutem morbi: ventoq. claudente poros & æstu discicacit desillantem humorem; sanus fiat. Illius sanitatis per accidens comparate æstus est causa propinquior: cum inter ea & effectum nullæ interiacent causæ/ deinde ventus coadiuuat ad eam curationem. Nam calor cum vento vehementer desiccatur. Postremo vero tonsio. Tonsione enim capillorum effectum est vt ventus poros facilius clausur: omnes tamen ille cause sunt per accidens: cum nulla in huiusmodi effectum a natura aut intentione ordineatur. ¶ Quinta diuisio. Quedam est bona fortuna/ qua quis bonum aliquod consequitur: vt qui fodiendo in agro inuenit thesaurū. Alia autem mala qua malum inopinatum quisq. incidit/ vt patriam repetens si a latronibus captus spoliatur & vulneretur. Cum autem ingens fuerit grauisimumq. malum/ vt cuiusq. a latronibus enecatio aut boni iamiam præsentis frustratio: infortunium siue infortunium dicitur. Quo fit vt infortunium & infortunium sit inconstans & incertum. Vtrunq. enim fortuna est: que inconstans/ inconstans in determinata esse prius dicta est. ¶ Sexti capitis notæ. ¶ Actio/ hominis secundum electionem operatio. ¶ Actio/ praxis. ¶ Eupraxia bona hominis secundum electionem operatio. ¶ Triplex/ trium pedum/ sedes. ¶ Priora/ra/ principaliora/ ad suos effectus perfectiora. ¶ Frustra/ in casum/ inuanum/ temere. ¶ Casus/ per se vanum.

Extum cap. continet quinque conclusiones, duas rationes & vnum correlatum ad secundam, duas rationes ad tertiam/ & vnum correlatum ad quintam. ¶ Prima conclusio. Casus & fortuna differunt. ¶ Nam casus in plus est: fortuna vero in minus. Quidquid enim fortuna fit/ casus fit: non autem omne quod casus fit/ fit & fortuna. ¶ Secunda. Fortuna solum est eorum circa que est actio. ¶ Primo. Quia fortuna est eorum que voluntate & consilio reguntur. ¶ Nam agentium secundum propositum, hæc autem sunt circa que versatur actio. ¶ Secundo. Quia fortunatos dicere solemus felices: & fortuna prope felicitatem esse videtur, felicitas autem solum est eorum circa que est actio. Est enim bona secundum electionem operatio, signum est igitur & fortunam solum circa ea versari: circa que est actio. ¶ Correlariū. Vnde de fit vt inanimata/ beluæ/ ac infantes nihil a fortuna faciant: neq. fortunata/ aut infortunata nisi secundum similitudine dicantur. ¶ Nam hæc omnia: nulla consilio & electione agunt. Similitudine autem dicuntur & fortunata & infortunata: que ad modū Protarcus lapides eos fortunatos dicebat: quos extruendū aptant/ qui colunt & venerantur. Infortunatos autem/ qui illis iunctissimi humi strati pedibus concalcantur, possunt & hæc a fortuna multa pati. ¶ Tertia. Casus & inanimatis & animalibus ratione expertibus conuenire potest. ¶ Primo. Quia si tripes aptus ad sedendum cadat: id casus fit. Non enim vt apta sedes fieret cecidit: sed vt in loco quiesceret. Et si equus furto sublatu bibendi desiderio fontem petat: & in manus domini incidat/ a casu saluatus est, casus igitur & inanimatis & animalibus ratione expertibus conuenire potest. ¶ Secundo. Fieri frustra est tam inanimatorum q̄ animatorum/ & rationis expertium. Fit enim alia quid frustra: cum ad finem ordinatur/ quem non consequitur, vt si quis cibi in fundum stomachi descendendi gratia ambulat/ & cibus non descendat: hæc ambulatio frustra fit & vana est. Si enim quis diceret se frustra balneasse: quia sol non defecit/ ridendus esset, non enim ideo se (vt sol deficeret) balneabat, igitur



signū est casū esse inanimatorū & animatorum & rōis expertū. Videntur em̄ frustra & casus solū in hoc differre: quia quod frustra fit (ad quem ordinatur) non consequitur effectum, casus autem consequitur: sed non ad quem ordinatur, vt si ceciderit lapis & cadendo ledit prætereuntem/ id casus fit, non enim eius gratia ceciderat. ¶ Quarta conclusio. Fortuna & casus in genus efficientis cause reducuntur. ¶ Nam natura & voluntati accommodantur: que cause sunt efficientes, vt natura cecidit lapis/ qui casu vulnerat prætereuntem, & voluntate fodiens. Socrates reperit thesaurum, reducuntur igitur casus & fortuna in causas efficientes, huiusmodi tamen causarum multitudo indeterminata est. ¶ Quinta. Casus & fortuna cause posteriores sunt natura & voluntate. ¶ Nam natura & voluntas cause sunt per se: casus vero/ & fortuna per accidens. At vero semper priora sunt ea que per se sunt/ his que per accidens dicuntur. Sunt igitur natura & voluntas cause priores: casus vero & fortuna posteriores. ¶ Correlarium. Quare non continenter fortunam causam cœli assignauerunt. ¶ Nam cum causa esset: esset per accidens, esset igitur causa cœli/ natura & voluntate & similibus posterior: quod statim per se absurdum esse deprehenditur.

¶ Notarum sexti capitis declaratio.

In operatione hominis secundum virtutem & prudentiam/ tria ordine quodam se consequuntur. ¶ Primo est consultatio: que est rei a nobis agende per rationis circumstantias inquisitio. Et hanc facit intellectus actiuus sue consultatiuus per habitum prudentie. ¶ Secundo electio: que est rei agende/ que antecedente consilio potior visa fuerit/ a voluntate proposita & intentio. Et hæc interior est voluntatis operatio. ¶ Tercio est rei propositæ executio/ electioni conformis & respondens. Et hæc interdum exteriori nonnunquam interior est voluntatis operatio. Et hoc in loco actio dicitur & praxis/ diffiniturq. q. sit hominis secundum electionem operatio. Est enim secundum electionem: quando quod animo institutum fuerit vt intendimus opere exequimur. Huiusmodi autem operatio, est enim secundum electionem: quando quod animo institutum fuerit vt intendimus opere exequimur. Huiusmodi autem operatio, est enim secundum electionem: quando quod animo institutum fuerit vt intendimus opere exequimur. Huiusmodi autem operatio, est enim secundum electionem: quando quod animo institutum fuerit vt intendimus opere exequimur. Huiusmodi autem operatio, est enim secundum electionem: quando quod animo institutum fuerit vt intendimus opere exequimur.

¶ Sexti cap. prima conclusio. Casus & fortuna ab inuicem differunt. ¶ Nam casus/ communius est fortuna vero minus commune. ¶ Quia enim fortuna est casus, sed non e contra. Sic quidquid fortuna fit/ casus fit/ sed non e contra. Nam si duorum relatiuum vnum commune est altero: communior correlatiuum alterius correlatiuum est commune. ¶ Secundam conclusio. Fortuna est solum eorum circa que est actio: id est fortuna solum est hominū quibus conuenit actio. ¶ Nam est agentium secundū propositum, & homines qui consilio queq. agunt/ & ex proposito dicuntur fortuna. ¶ Patet primo. Quia solum ea que consilio & voluntate reguntur: sunt fortuna, hæc autem sunt quorum vt efficientium est actio, igitur. ¶ Secundo. Quia fortunatos dicere solent felices. Felicitas autem solum est eorum quibus conuenit actio, igitur & fortuna. ¶ Correlarium. Vnde liquet inanimata/ beluas & infantes nihil a fortuna agere. ¶ Nam non agunt secundū propositum. Inanimata enim non delibent neq. beluæ: sed solū sequuntur appetitū. Infantes itidem licet intellectum habeant/ non tamen ad huc ipso operantur & consultant: sicut catulus ante nonā dentem non videt: quis videndi habeat potentiam. Per quandam tamen similitudinem dicuntur illa fortunata & infortunata. Vt aurum fortunatum ex quo regius cibus conficitur: & equus fortunatus/ qui regis deputatur obsequio. Ista tamen tria prædicta si non agunt a fortuna/ possunt tamen ab ea multa pati, vt si puer solus a matre relictus euorsus a catulo ludente canabulis vulneretur, illius mater est fortuna/ a qua puer vulnerationem per accidens patitur. ¶ Tertia conclusio. Casus etiam inanimatis & animalibus irrationabilibus conuenire potest. ¶ Primo quia tripes deorsū cadens vt aptus ad sedendum sit casus: cum illius effectus causa sit per accidens & est inanimatus. Similiter equus furto ablatu & bibendi gratia fontem petens si in manus domini illam inuentio nem non intendens incidat/ est casus, cum talis effectus sit causa per accidens: & est animal irrationale. Respectu tamen eiusdem inuentiois ipse dominus est fortuna: nec id incommodum est. ¶ Secundo quia frustra fieri tam inanimatis q̄ animalibus irrationabilibus conuenit, vt si ignis conetur sursum moueri & ab aere corrumpatur: frustratur suo fine. Et si lupus veniens ad stabulum vt oues rapiat inueniat ipsum clausū & sibi negatū introitum/ frustratur suo appetitiu ergo & casus conuenit inanimatis & animalibus irrationabilibus. Nam frustra & casus solū ratione differunt. Frustra enim dicitur quia non consequitur effectum quem intendit. Vt quis ambulans gratia sanitatis habendæ: quā asequitur. Casus autem dicitur quia consequitur effectum quem non intendit: vt si idem ambulans spina ledat pedē. Quare idem respectu diuersorum effectuum est frustra & casus, vt quis vadens ad forum gratia emendi pisces non inueniat eos in foro venales sed reperiat debitorem: respectu emptiois piscium est frustra & respectu inuentiois debitoris est casus. ¶ Quarta conclusio. Casus & fortuna sunt cause efficientes. ¶ Nam natura & voluntas sunt cause efficientes. At casus nature accommodatur. Nam reipsa est natura. Et fortuna accommodatur voluntati: immo est ipsamet voluntas secundum rem: vt forma substantialis lapidis efficiens motum deorsum/ respectu læsionis prætereuntes est casus. Et voluntas Socratis fodientis agrū est fortuna/ respectu inuentiois thesauri: igitur casus & fortuna sunt cause efficientes. ¶ Quinta conclusio. Casus & fortuna sunt cause posteriores imperfectione q̄ natura & voluntas. Patet. Nam cause per se priores sunt cause autem per accidens/ posteriores. At natura & voluntas sunt cause per se: vt natura lapidis causa per se motus deorsum/ & voluntas ferendi agrum causa per se fossionis agri. Casus autem & fortuna sunt cause per accidens, igitur natura & voluntas sunt cause priores & digniores. ¶ Correlarium. Quo fit vt inuenienter fortuna causa cœli a plerisque assignata fuerit. Nam cum fortuna sit causa per accidens, causa cœli esset causa per se. At vero causa per accidens posterior est causis per se, igitur causa cœli esset posterior causis istorū inferiorū. Id autem est impossibile: cœli sit istorū inferiorum causa/ ergo & id ex quo sequitur: scilicet fortunam esse causam cœli. ¶ Septimi capitis notæ. ¶ Mouens agens. ¶ Prima mouentia Physica mota sunt terminatiue & per accidens, primum autem mouens Metaphysicum: omnino non.

¶ Quot in operatione secundum virtutem requiruntur.

¶ Quid eupraxia.

¶ Quid cœca praxia.

¶ Fortunam solis hominibus conuenire.

¶ Casus & brutis & inanimatis conuenire.

¶ Quid fieri frustra.

¶ Fortunam cœli causam esse non posse.



Optimum caput continet duas conclusiones & tres rationes ad primam partem...

49

plum spoliaverunt: causam efficientem respondes. Si ultra queras cuius gratia Perfarum rex...

50

Quae sunt prima moventia physica sunt formae substantiales rerum naturalium...

Septimi capituli prima conclusio. Sufficiens assignata sunt quattuor causarum genera...

49

50

Finis est materia ut superiora declarant: Quare cuiuslibet rei naturalis forma substantialis est...

Formam rei naturalis/formae efficientis finis ratio nem obtinere. Moventium divisio.

Trifida philosophiae divisio.

Quomodo ex causis concluduntur effectus.



Optimum caput continet duas conclusiones, tria Empedoclesis dicta ad primam, sex rationes ad secundam, tres instantias cum earum solutionibus...

51

52

nam non aliter quam nunc ab arte extracta est: eam faceret, & si ars efficeret animal: non aliter ipsum faceret quam nunc ipsum natura factum est. Ars enim antecedentiā propter sequentiā & finem faceret: igitur & natura. Eadem enim in arte & natura antecedentem & sequentem. **Quarto.** Ars aliquando perficit: & quæ antecedit sequentium gratia facit, igitur & natura (quam ars adiuuat aut imitatur) quæ antecedit propter sequentiā & finem agit. **Quinto.** Quædam animalia (quæ neque arte neque consilio reguntur) alicuius gratia agere cognoscimus manifestissimè: vt araneas texere telas / & formicas grana congregare / & frundines nidios ponere / & plantas fructuum gratia / folia producere / & radices deorsum alimenti attrahendi gratia porrigere: agit igitur natura propter finem. **Sexto.** Duplex est natura: materia atque forma, materiam autem finis est forma, est igitur natura alicuius gratia. **Prima instantia.** Si natura propter finem ageret: nunquam deberet peccatum committere: vt producere monstrum. At videmus eam plerumque edere monstrum, non igitur gratia alicuius agit. **Respondet.** Quis natura aliqua peccata vt monstrum committat: non tamen idcirco sequitur eam non propter finem agere. Nam & ars quæ alicuius gratia agit: interdum peccata committit, vt Grammaticus non recte scribit / & Medicus non recte potionem ministrat, & sicut in artibus finis intenditur / & quod non attingitur: peccatum est in fine: ita & in naturatibus finis intenditur: & cum monstrum edatur: peccatum in finem committitur. Nam natura neque monstrum producere intendit: neque illius gratia agit, impedita tamen a suo fine monstrum edat. **Secunda.** Si natura alicuius gratia ageret: non videretur unquam bouigenas (vt vult Empedocles) producere: quorum priora sunt viri & posteriora bouis, non enim ad aliquem finem videtur eos natura producere, non agit igitur natura alicuius gratia. **Respondet primo.** Si talia monstrum ederentur: natura esset impedita: & aliquod principium eius (vt semen) corruptum. Nam animalia non statim fiunt: sed oportet mollesse priminum disponi, quod si corruptum / deficiens aut exuberans fuerit: plerumque contingere solet monstrum. **Secundo.** Empedocles bouigenas confinxit: debuisset enim potius in plantis huiusmodi portentosa confingere: vt vitigenas oliuiperias. Nam plantæ minus propter finem quam animalia agere videntur, quæ tamen auctus confingere non est, quæ si fierent: fierent (vt dictum est) quemadmodum cetera monstrum: aut semine deficiente / aut exuberante / aut corrupto. **Tertio.** Empedocles reliquit nomen naturæ / dicendo aliquid a natura fieri. Fiant enim a natura, quæcumque ab intrinseco principio continue mota / in aliquem finem tendunt: quem semper eundem non impedita attingunt, & non moventur indifferenter a quolibet / neque indifferenter in quodlibet tendunt, tamen cum causa aut fortuna aut ea fieri: tollit ea a natura fieri. Fieri enim nequit: vt casus & fortuna / quæ neque determinata sunt sed infinitorum: neque ad determinata sed infinita: simul cum natura conueniant: quæ & determinati est / & ad determinandum semper (nisi impedita fuerit) procedit. Hæc vero cum sint / & in determinatorum: & ad indeterminata / non semper / neque frequenter / sed per raro procedant. **Tertia instantia.** Natura non deliberat: non igitur agit propter finem. **Respondet non oportere si non deliberet: ipsam non agere propter finem.** Nam & artifex semper alicuius gratia agit: non autem semper deliberat, ad agendum igitur alicuius gratia non requiritur deliberatio, & sicut ars semper propter finem agit: ita & natura eius exemplar & quam ars imitatur: semper propter finem agit. Inter artem tamen & naturam hoc interesse videtur: quod ars extra opus est / natura vero intra. Intelligitur igitur manufacturam in ligno: & naturam efficere, eodem modo ars hæc: sicut natura operaretur & huic quæ simillima est natura. Similiter cum medicus seipsum sanat / hæc ars naturæ est quæ simillima: & vt hæc: eodem modo natura operatur.

**Notarum octauæ capitis declaratio.**

**Par cum verbo substantiuo nullo casu consequente: est decens & rationale.** Natura agit alicuius gratia: id est propter aliquem finem. **Id natura intendere dicitur: quod non impedita produceret, vt natura oliuæ si non esset impedita produceret oliuam: & ergo intendit oliuam.** Natura itidem ignis non impedita consequeretur locum sursum: quo habito a motu secundum locum qui esseret / ergo illius loci sursum gratia agere / & leuitatem producere dicitur. **Monstrum est natura: quod scilicet natura impedita quidem produxit / sed non impedita aliter produxisset, vt cum nascitur homo claudus: natura impedita eum produxit (mancum) / sed si non fuisset impedita: eum aliter vt rectum produxisset: ergo homo claudus est monstrum.** **Cauma / calor.** **Canis / sydus est coeleste exoriens cum cancro / ad quod cum peruenerit sol: duplicatur æstus & vehementior est solis feruor. Inde dies caniculares dicti sunt: quibus sol Cani coniungitur.**

Quid monstrum,  
Quid cauma,  
Quid canis.

Empedocles  
& Anaxagora  
re sententia.

**Octauæ capitis prima conclusio.** Congruum est ostendere naturam agere alicuius gratia: & vnde in rebus naturalibus provenit necessitas. **Nam in precedenti capite suppositum est natura alicuius agere gratia: quod tamen plerique antiquorum negauerunt.** Nam calidum & frigidum rerum naturalium principia ponentes: dixerunt in rebus necessitatem dumtaxat a materia provenire: & materiam idem esse posuerunt quod necessitatem. Empedocles autem & Anaxagoras primo dixerunt res non alicuius gratia fieri sed solum a casu: sicut pluuia (inquiunt) descendit in terram / non vt crescat triticum in aruo / aut putrescat in area: sed si descendente pluuia crescat vberius triticum in agro: id accidit. **Realsum est autem res omnes a casu euenire: & pluiam a casu tritico incrementum ministrare.** Diuina enim providentia id fit: vt pluuia terram humectans triticum vegetare faciat. **Secundo dixerunt de necessitate materiae fieri quod pluuia sursum ascenderet: ibique condenseretur in nubem / quam rursum dixerunt de materiae necessitate resolui in aquam: & eam deorsum cadere: & non alicuius boni gratia, sicut dentes animalium anteriores acutos esse: & posteriores lateros posuerunt: non ad cibum commodius aptiusque contundendum & diuidendum / sed solum ex materiae necessitate. Et quod in dentibus anterioribus minus materiae & in posterioribus plus materiae fuerit: similiter quod alie animalium para-**

51

52

ies eo ordine dispositæ sunt / vt ad opera animalium peragenda apte sint: vt oculus ad videndum: & auris ad audiendum: dixerunt hoc a casu euenire. **Tertio dicit Empedocles: si animalia debent parium situm non habeant ad sua officia peragenda: quod ipsa interuent & moriuntur vt laphite & boni generis.** **Secunda conclusio.** Quæ a natura eueniunt / non a casu (vt dicit Empedocles) contingunt: sed alicuius gratia. **Primo.** Quia quæcumque a natura eueniunt: semper eodem modo aut frequenter fiunt. Quæ aut a casu eueniunt: non semper eodem modo aut frequenter contingunt: vt in hieme frequenter fit pluuia: & ideo id natura fit, in hieme itidem raro fit vehemens æstus: & ideo id a casu euenit. Similiter post Canis ortum sepe fit calor: ideo id natura contingit, raro vero eo tempore pluit: & ideo id a casu fit: igitur quæ a natura eueniunt: non a casu eueniunt. **Vltra res quæ sunt a natura / aut sunt a casu / aut sunt propter aliquid, vt & ipsi concedunt.** At ipse non eueniunt a casu vt nunc ostensum est, igitur sunt propter aliquid quod & alicuius gratia. **Secunda ratio.** Quorumcumque est finis: ipso habito quiescunt, vt medicationis finis est sanitas: & habita sanitate medicus cessat a medicatione: & edificationis finis est consummata domus: ipsa itaque domo perfecta desinit edificatio. Et quæ finem antecedunt gratia finis facta sunt: & media in fine ordinata dicuntur. Vt potio & lotio egri præcedunt sanitatem: & gratia sanitatis instauranda sunt. Sic lapidum & lignorum aptatio / præcedunt domus consummationem: & gratia domus instruendæ sunt. Res autem naturales semper moventur: quousque (vt nate sunt fieri) factæ sunt, et cum fuerint factæ: vt fieri nate sunt: quiescunt, vt si ponatur semen oliuæ in terrâ apta: & tempore conuenienti: natura illud fouebit quousque surrexerit oliua: quam enutrit / vegetabit / & auget paulatim / quo ad primam frondes inde flores & fructum produxerit: neque cessabit donec oliua sua nacta fuerit incrementum. Vnumquodque enim sicut natura agit: sic natum esse, vt natura terra mouetur deorsum: & natura aqua frigescit: quia nata esse frigida. Et cetera vnumquodque, sicut natum esse sic agit, vt arbores nate sunt adueniente vere frondescere & florescere: & ergo & frondescunt & florescunt in vere. Nate sunt itidem post flores afferre fructum: sic etiam id ipsum fit, ergo quæ antecedunt id quo res naturales sunt vt nate sunt esse: sunt illius gratia, quare natura agit propter finem. **Tertia ratio.** Tanta est inter artem & naturam ad consummationem operandam conuenientia: vt si natura opus artis faceret: haud aliter quod ab arte sit ipsum faceret, & si ars faceret opus naturæ: perinde atque natura facit ipsum faceret. Ars autem in suo opere facit antecedentiā propter consequentiā: & finis: vt dolat ligna / excidit lapides ad extruendam domum: ergo a fortiori & natura facit præcedentiā propter sequentiā. Est enim ars vt imago & vestigium. Natura autem exemplar & veritas: & minus ordinata sunt opera artis quæ naturæ. **Quarta ratio.** Aliqua ars adiuuat naturam, vt cum natura succumbit grauiori morbo: medicina sanitate perficit: quam sola natura non potest inducere. Alia autem ars imitatur naturam: vt ars pictoria & statuaria quæ effingit imaginem propemodum naturæ operi similis. Ars autem / quæ præcedunt sequentiæ gratia facit: vt medicus potionem propter purgationem: & vitæ quæ propter sanitatem, igitur & natura facit præcedentiā propter finem. **Quinto.** Animalia bruta vt araneæ / formice / irundines: omnium confessione nec arte nec consilio dirigiuntur: cum intellectus sint expertia: & multo minus plantæ, sensus expertes. Illa tamen alicuius gratia agere manifeste demonstrantur. Vt araneæ texunt telas ducendo fila in orbem secundum certam proportionem magnitudinis: & distantie: vt quæ centro propinquiora sunt: minorâ sunt / minusque distant, quæ vero remotiora: maioris ambitus & distantie. Formica etiam excavat sibi domum in terram quam æstat graua congerit quibus hieme vitet / in maiori quoque molis pondus quæ ipsa se defert: eo tamen ingenio vt in ingrediens egressi viam non præpediat. Et sane in hoc tam exiguo animali magnam esse diuinam prouidentiam vestigiâ. Irundines etiâ in locis inaccessis nidum componunt ex luto quod durat vix humana industria dissolui potest: quorapacia animalia arcent prohibentque a pullorum suorum descriptione. Arbores itidem quæ sunt in inferiori gradu, folia producant / fructuum protegendorum a pluuia & æstu gratia. Triticum & cetera id genus frumenta folliculos habent quibus suâ includunt seminâ. Insuper arbores fructices & herbarum radices in terra habent: vt alimentum a terra sumant, igitur natura agit propter finem. **Sexto.** Duplex est natura (vt superius dicta ostendunt) scilicet materia & forma. Materia autem est gratia forme: & vt formas (quæ diuina sunt simulacra) in se recipiat, igitur natura est alicuius gratia. Rursum forma est totius compositi gratia, & quascumque facit operationes: eas efficit ad totius compositi conseruationem: quare natura effectrix operationum agit alicuius gratia. Cui autem materia sit gratia forme: & forma gratia totius compositi: & materia est gratia totius compositi. Quicquid enim est causa causæ: se esse causa causati: quare natura est alicuius gratia. **Prima instantia.** Si natura ageret propter finem: nunquam deberet peccatum committere: vt producere monstrum. At natura plerumque videtur edere monstrum: igitur natura non agit propter finem. **Pro qua diluenda quod primo assumitur negandum est.** Non enim repugnant agere propter finem & peccatum in fine committere: cum potissimum interuenit impedimentum a fine consequendo præpediens, vt in arte manifeste videmus scriptorē alicuius gratia agere: & quia membra viciata est ipsa a suo fine impediri & frustrari, sic fabrum lignarium apprimè expertum propter materiae viciâ constat interduam a suo fine deficere. Et cum pro minore subiungitur. At videmus naturam interdum edere monstrum. Id distinguendum est. Vel impeditam a suo fine producere monstrum quæ non intendit: & hoc admittitur, vt producat homo cæcus aut gibbosus quia natura impedita fuit ne perfectum in omnibus membris hominē ederet: quare suo frustrata sine edat imperfectum. Vel non impeditam producere monstrum quæ intendit: & hoc negandum est, quemadmodum artifex secundum optimam artis suæ industriam operans & non impeditus: non committit in suo opere vicium. Cum inferitur, ergo natura non agit propter finem. Negandum est: & de arte resellendâ, cum natura monstrum non intendat: ex quo si non fuisset impedita / aliter produxisset. Natura enim semper quod optimum potest effectum producit & quod perfectissimum: similisque est optimo artifice & expertissimo / qui optime secundum suam artem & sine errore operatur: nisi extrinsecus intercesserit obstraculum. **Secunda instantia.** Si natura ageret propter finem: non deberet bouigenas producere. Atqui natura producit bouigenas vt vult Empedocles: ergo non agit propter finem. **Cuius primum assumptum / conceditur si natura non esset impedita, si autem produceret: esset impedita & aliquod eius principium viciatum.** Sicut enim cum semine florum in terram iacitur non statim enascitur flos: sed prius in terra semen ad vegetabilis formam suscipiendam disponitur. Ita animalia non statim formantur: sed primo ipsorum materia vt forme animalis suscipiendæ apta fit / disponitur. Quod enim est terra ad gignenda vegetabilia: hoc est verus ad gignenda animalia. Sicut etiam cum in terra semina confunduntur: gignuntur flores montrosi & gemini, ita cum animalis semen corrumpitur / confunditur / aut spargitur: nascuntur homines bicipites aut sex digitorum

Pulchra natura  
& ordinatio,  
Natura et artis  
affinitas in  
operando.

Araneæ  
Formicæ

Irundinæ

Prima obiectio.  
Eius solutio.

Secunda obiectio.  
Eius solutio.



in vna manu. Si senior est deficiens nascuntur nani, si vero fuerit exuberans nascuntur gigantes proceri. Vbi autem in minore subsumitur naturam bouigenas produceret: id ne gatur sunt enim huiusmodi mostra ab Empedocle conficta: non naturae maleficio aut vicio producta, quae potius debuisset in plantis congerere, haec minus propter finem agere videntur quam animalia. At in plantis Empedocles monstra non posuit, igitur neque in animalibus debuit ponere. Immo Empedocles per quantia dicit ponendo aliquam naturam a casu fieri. Nam illa a natura sunt: quae a principio intrinseco puta forma substantiali continue mouetur ad frigiditatem. Et semper eundem finem tendunt, ut si aqua sit calida ipsa a forma substantiali aquae intrinseca continue mouetur ad frigiditatem. Et terra existens sursum a sua forma substantiali mouetur in locum deorsum: quem quidem locum semper eundem non impedita attingit. Et quae sunt a natura non mouentur indifferenter a quolibet neque indifferenter mouentur in quodlibet, ut oliua non indifferenter a quolibet gignitur neque in quodlibet corrumpitur. Verum a determinato mouentur / & in determinatum. Quae autem a casu sunt neque a determinato mouentur neque ad determinatum tendunt: sed infinitorum sunt: & ad infinita procedunt. Non ergo respectu eiusdem possunt conuenire casus & forma.

**Tertia obiecta** simul cum natura: ut dixit Empedocles. Tertia in instantia. Natura non deliberat neque consultat de his quae agit: igitur ipsa non agit propter finem. Quae quidem soluitur concedendo naturam non deliberare nam non inquirat ratione quid faciendum est neque suum opus cognoscit ut homo. Negandum est tamen quod ergo non agit propter finem. Nam artifex non semper deliberat ut absque consilio furor facit calceos: & sartor tunicam / nihilominus tamen agit propter finem. Ad agendum enim alicuius gratia non requiritur de liberato, alioquin solus homo propter finem ageret cum ipse solus rei agende consilium caperet & agat cum electione. Haec tamen inter artem & naturam est differentia: quod ars est extra opus arte factum, ut ars edificandi extra domum: & ars faciendi statnam extra statnam. Natura vero est intra illud in quo id quod per naturam fit / est, ut forma oliuae intra oliuam quae augetur: & forma aquae intra aquam quae frigescit. Et hoc verum est de operationibus naturae intrinsecis: & quae sunt a forma in propria materia. In operationibus autem extrinsecis naturae id non oportet, ut forma ignis est extra aquam quam calefacit. Si itaque intelligatur ars naturalis alicui esse in ligno & construere nauem: illa ars operaretur ut principium intrinsecum / & in propriam materiam: eodem modo sicut natura intrinsecum est statum operationum principium. Consimiliter si medicus eger seipsum sanet: ars medicandi est principium sanationis intrinsecum & intra suum opus: eodem modo natura operatur in propria materia.

**¶ Noni capituli nota.** Necessitatem simpliciter ab aliquo esse intelligimus: quo existente alia sint necesse est. Necessitas autem ex suppositione ab aliquo est: quod esse altero existente necesse est. **¶ Fastigium / summitas.** **¶ Intrinsum / cementum.** **¶ Praemissis existentibus praemissis veris.** **¶ Conclusio sit / conclusio sit vera.**



**N**onum cap. continet tres conclusiones / & duo correlaria. **¶ Prima conclusio.** Videndum est unde in rebus naturalibus pendat necessitas: & an ea simpliciter / an ex suppositione sit. **¶ Nam antiqui existimauerunt totam in rebus naturalibus necessitate ex materia & motibus materiae provenire: quemadmodum si existimares parietum lapides necessario deorsum esse: quia grauioribus, & lateres supra necessario: quia leuioribus, & ligna necessario tenere fastigium: quia leuissima, videndum igitur est an ne sit ita: aut alium de pendat.** **¶ Secunda.** In rebus naturalibus necessitas simpliciter non ex materia provenit: sed ex suppositione. **¶ Nam non propterea quod materia est / rem naturalem statim esse necesse est: sed cum quae res sit naturalis / materia ut sit necesse est. Si enim queras propter quid oporteat aliquam rem naturalem ut ignem esse: non sane responderes quia materia est. At vero si queras propter quid ut sit materia necesse est: bene responderes quia ignis est, & haec necessitas confirmatur in artificialibus sese habet, ut si sint intrinsum ligna / & lapides: non propterea statim est domus. At si domus est / saluat / & protegit: ut sit intrinsum ligna / & lapides / necesse est. Et si sit ferrum / aut quod vsu ferri obtineat: non propterea necesse est esse ferram. At ferrum / aut quod ferri vsum obtineat / quod ferrum sit / statim ut sit necesse est. Si enim queras propter quid esse ferram necesse est: non bene propterea quod ferrum aut quod ferri vsum obtineat sit: responderes, e contra tamen optime respondeas / ferrum aut quod eius vsum obtineat / propterea quod ferrum sit / necesse sit esse.** **¶ Tertia.** Necessitas simpliciter in rebus naturalibus a forma & fine est. **¶ Nam forma & fine existente (est enim forma in rebus naturalibus finis) materia & motus materiae ut sint aut fuerint necesse est, materia autem existente & eius motibus: non protinus ut sit res naturalis necesse est. Et haec necessitas similitudinem quandam habet ad necessarium in disciplinis: quia sicut si forma sit / & eius dispositiones esse necesse est. At e contra existentibus: non oportet ut ea forma sit. Ita in disciplinis praemissis existentibus (ut quae demonstrant triangulum tres duobus rectis equalibus habere) ut sit conclusio necesse est, & praemissis necessariis: ut conclusio necessaria sit oportet, sed conclusione existente: non propterea praemissas esse necesse est: nec conclusione necessaria / praemissas esse necessariae oportet. **¶ Hoc tamen in rebus & disciplinis primo interest: quod haec necessitates eductio sumuntur. Nam in rebus / posterioribus existentibus: praecedentia ut sint necesse est: non autem e contra. In disciplinis vero / prioribus existentibus: posteriora esse necesse est. Nam praemissis existentibus est conclusio: non autem e contra oportet. **¶ Secundo.** Quia in rebus haec necessitates priora & posteriora sunt actionis. In disciplinis vero: ratiocinationis. Et sicut necessitas in rebus naturalibus a forma est: ita & in artificialibus est a fine, ut si sit domus: protinus ut sint intrinsum ligna / & lapides necesse est, at non e contra oportet, & si sit a pluuiis niuibus & ventis defensio: & domus / ligna / & lapides sunt, quae sint: non idcirco talem defensio nem esse oportet. Et si sit ferrum aut ligni sectio: & ferrum aut quod eius vsum obtineat protinus est, at e contra non oportet, quare manifestum est in naturalibus & artificialibus necessitate simpliciter a fine esse quendam.****

¶ Primum

**¶ Primum correlarium.** Quare cum utraq; natura a Physico sit consideranda: magis tamen forma & finis. Nam ab ea in rebus naturalibus pendet omnis necessitas, & similiter in artificialibus forma & finis maxime spectanda sunt, sic tamen ut materia (quae ut talis forma & finis consequantur: necessaria est) non negligatur. **¶ Secundum correlarium.** Quapropter & Physicus & Artifex a forma & fine potissimum suas definitiones ducunt. Ducunt enim ab his quae sunt considerationis praecipua sunt. Et si artifex finem diffinit & materiam non exprimat: eam facile intelligimus, ut quid opus domus defensio a pluuiis niuibus & ventis, statim intelligas ligna & lapides in edificio erecta: quae (si sit huiusmodi defensio) ut sint necesse est. **¶ Quid medicinae opus?** Sanitatis introductio, protinus intelligas medicamenta quae (si sit introducta sanitas) ut sint aut praecesserint necesse est. **¶ Quid opus ferrum ligni sectio, statim intelligas ferrum & dentes, quae (si sit ligni sectio) ut sint necesse est. Idcirco si opus ferrum ita diffinitas: est ligni sectio quae ferro dentato / aut quod eius obtineat officium completur: completam operis ferre exprimit diffinitionem / & finem & materia aperte ponis.** **¶ Et in hoc finit secundum Physicorum.** **¶ Notandum noni capituli declaratio.** **¶ Ab eo est necessitas simpliciter: quo existente aliud esse necesse est, ut existente forma ignis necesse est esse ignem: & existente figura statuae necesse est esse statuam, quare a forma ignis est necessitas ignis simpliciter: & a figura statuae necessitas statuae simpliciter.** **¶ Ab illo vero est necessitas ex suppositione: quod esse altero existente est necesse, ut materiam ignis esse si sit ignis necesse est: & esse statuam vere existente est necesse, quare a materia ignis pendet necessitas ignis ex suppositione: & ab ea pendet necessitas ex suppositione statuam vere esse.** **¶ Praemissae hic dicuntur existere: quando sunt verae: & conclusio est / cum ipsa est vera, ut existere & esse / logice & non physice sumantur.** **¶ Fastigium domus / est summitas ipsius.** **¶ Intrinsum / est cementum quo iunguntur lapides in muro.** **¶ Quae necessitas simpliciter.** **¶ Nam multi antiquorum dixerunt omnem necessitatem provenire ex materia & eius conditionibus: sicut si quis putaret lapides in imo & fundamento locari: quia grauioribus sunt lateres autem sursum: quia leuioribus: & ligna necessario in summate domus disponi quia sunt leuissima. Et hi sunt qui posuerunt prius naturam non agere propter finem.** **¶ Secunda conclusio.** In rebus naturalibus necessitas simpliciter non pendet ex materia: sed ex ea provenit necessitas ex suppositione. **¶ Primum patet.** Nam materia alicuius rei ut ignis existente non est necesse rem naturalem ut ignem esse, cum eadem materia posset in se habere formam ligni / aut per generationem in se igneam formam suscipere: & tamen nondum erit ignis. Sic existente materia oliuae & quae nata sit in se suscipere formam oliuae: non protinus oportet oliuam esse. Manifestum est igitur quod in rebus naturalibus necessitas simpliciter non provenit ex materia. **¶ Secundum patet.** Quia re naturali ut igni existente: materia ignis provenit esse necesse est, & existente oliua: materiam oliuae esse necesse est. Est enim materia pars essentialis rei naturalis: igitur per diffinitionem a materia in rebus naturalibus pendet necessitas ex suppositione. Sic & in rebus artificialibus necessitas simpliciter non pendet a materia: ut non oportet si sint ligna & lapides / idcirco esse domum, aut si sit ferrum: esse ferram ferream. Sed a materia artificiali pendet rerum artificialium necessitas ex suppositione: ut domo existente / necesse est ligna aut lapides esse / & ferra ferrea existente: necesse est ferrum esse. **¶ Tertia conclusio.** In rebus naturalibus necessitas simpliciter a forma & fine est. **¶ Patet.** Quia forma existente materia esse necesse est: & motus ipsius materiae / immo & totam rem naturalem: ut forma ignis existente: necesse est materiam ignis esse / & motus igni conuenientis & totam ignem, ergo a forma sumitur necessitas simpliciter in rebus naturalibus. Forma autem ut recipit esse finis: quare & a fine rerum naturalium necessitas simpliciter sumenda est. Materia autem ut seminis oliuae aut oui existente: eius motibus: ut pote alterationibus praecedentibus inductionem formae oliuae aut pulli: non est necesse formam substantiali oliuae aut pulli esse: quare respectu materiae & motuum eius non sumitur necessitas ex suppositione a forma & fine. **¶ Et haec necessitas analogiam habet ad necessitatem in disciplinis, quia sicut existente forma: materiae / eius dispositiones esse necesse est. Illis autem existentibus non est necesse formam esse, ita praemissis existentibus necessitas simpliciter sicut a forma: & a conclusione necessitas ex suppositione sicut ex materia.** **¶ Inter necessitatem tamen in rebus & in disciplinis differentia.** **¶ Nam primo hoc interest, quod in rebus / posterioribus existentibus sicut formis: priora ut materiam eiusque dispositiones (quae tempore formae praecedunt) esse necesse est. In disciplinis autem prioribus existentibus ut pote praemissis a quibus conclusiones suae cognitionis principium sumunt: posteriora sicut conclusiones quae a praemissis suam habent cognitionem esse necesse est. Secundo.** Quia in rebus sumuntur priora & posteriora actionis / transmutationisque physicae. In disciplinis autem priora & posteriora argumentationis & doctrinalis ratiocinationis. **¶ Et sicut in rebus naturalibus necessitas simpliciter est a forma & fine: ita in rebus artificialibus est a figura artificiali & fine: ut si sit figura domus aut pluuiis & ventis defensio: & ligna & lapides esse necesse est. Et si forma ferrea aut ligni sectio: & ferrum esse oportet: non autem contra.** **¶ Quare in rebus tam naturalibus quam artificialibus necessitas simpliciter a fine est.** **¶ Primum correlarium.** Quis utraq; natura & materia & forma a Physico consideranda sunt: magis tamen forma & finis. **¶ Patet.** Quia a forma pendet in rebus naturalibus necessitas ex suppositione: cum re naturali existente formam esse necesse sit: & necessitas simpliciter / cum forma existente & rem naturalem esse necesse est: quare ab ea omnis sumitur necessitas. A materia autem solum sumitur necessitas ex suppositione. Potior etiam est necessitas simpliciter quae sumitur a forma: quae ex suppositione quae sumitur a materia, nam illa dat alijs existendi necessitatem. Illa vero ab alijs accipit eam. Quia tamen consideratur forma materiae iuncta / materia non omnino praetermittenda est. **¶ Secundum correlarium.** Quo fit ut Physicus & artifex potissimum per formam & finem diffiniant: Nam per ea diffiniant: quae praecipua considerant: Forma autem & finis suae considerationis summius diffinitionis praecipua sunt: igitur per ea diffiniant. Quod si artifex diffinendo materiam non explicat eam facile intelligit. Et cum intellectus sit Physicus: exprimit completam assignat diffinitionem: ut si opus ferrum diffiniatur per finem quod est ligni sectio: intelligit ferrum & dentes ad huiusmodi sectione necessarios. Quod si exprimeo omnia dicat: opus ferrum est ligni sectio quae ferro dentato aut eius officium obtinet.

D

mente completur perfecta diffinit, apte finem ponens scilicet sectio ligni / & materiam scilicet ferro / & formam artificialem scilicet dentato. Ita in phisicis diffinitionibus cum materia non explicatur intelligenda est, ea vero expressa: perfecta & plena est diffinitia.

Commentarij in secundum librum Phisicorum finis.

Primi capituli tertij Phisicorum notae.

Hec sunt actus quae presentaliter existunt. Hec vero potentia; quae nondum presentaliter sunt. Hae sunt adaliquid; quae in comparatione ad aliud consideramus, ut actus/potentia/motus/mobile, sunt enim ad hoc sua indita nomina. Excessus/acquisitio. Defectus/depeditio. Commune/commune vniuocum. Priuatio/priuatio secundo.



ERTUS liber Phisicorum continet octo cap. Primum continet duas conclusiones, duas rationes ad secundam, & quinque diuisiones, vnum correlarium ad vltimam. Prima conclusio. Oportet Phisicu/motu non ignorare. Nam Phisica de natura scientia est, at natura vt diffinita est (ignorato motu) ignorare necesse est, diffinita est enim esse principium motus & quietis eius in quo est per se & non secundum accidens, oportet igitur Phisicu/motu non ignorare. Secunda conclusio. Eodem modo de consequentibus motum vt infinito/loco/vacuo/ & tempore ad Phisicu/motu incumbit determinatio. Primo. Nam motus primo occurrit esse cotinuu: cotinuu autem infinito diffinitus. Dicimus enim id esse cotinuu: quod in infinito diuisibile est, & nullum contingit sine loco/ & (vt existimauerunt) vacuo/ & tempore esse motum. Ad Phisicu/motu igitur infinito/loco/vacuo/ & temporis incumbit determinatio. Secundo. Dicitur est que omnibus erit communia prius determinanda esse: deinde propria. Est em de propriis speculatio ea (que de comunibus est) determinanda posterior. At motus/infiniu/locus/ & (vt putant) vacuu/ & tempus: omnibus rebus naturalibus comunia sunt, ea igitur in libris Phisicis determinanda sunt. Prima diuisio. Quodam sunt actu/ quaedam vero sunt potentia. Secunda. Eorum que sunt actu quoddam est substantia/ quodda qtu/ quoddam adaliquid/ quoddam quale: & ita de ceteris pdicamentis. Tertia. Eorum que sunt adaliquid quodam dicuntur secundum excessum/ quodam vero secundum defectum/ quodda secundum motu & mobile. Est enim motuum mobilis motuum: & mobile a motuo mobile. Quarta. Eorum que mutant qda mutant secundu substantia/ qda secundu qtitate/ qdam secundu qualitate & qda secundu locu. Vnde fit vt totidem sint motus quod sunt res secundum quas fit motus: quibus non est res commune nomen/ sicut neq decem pdicamentis. Non enim erit motus prter res ad quas fit motus/ & ea que dicta sunt: extra que nihil est. Quinta. In vnoquoq horu quida est motus perfectior/ alius vero imperfectior. In substantia: forma & priuatio. In qtitate qtitas pfecta/ & imperfecta. In qualitate: albedo/nigredo. In loci mutatione: sursum/deorsum. Correlarium. Quare motus tot sunt species: quot & entis, diuisio enim secundum vnumquodq genus.

Que dicuntur hic adaliquid. Res dicuntur esse adaliquid (nam de dicibilibus hic non est sermo) que in comparatione ad aliud considerantur. Ut actus: id est forma que in subiecto consideratur in comparatione ad potentiam id est subiectum forme susceptiuum: & contra potentia ad actum. Sic motus consideratur in comparatione ad mobile: & ediuerso mobile ad motum. Et nomina ipsi imposta sunt vt signifi- cant vniuersi rei ad alteram acquisitionem. Excessus in proposito est acquisitio siue motus acquisitiuus. Ita defectus est depeditio siue motus depeditiuus. Commune hoc in loco idem est quod commune vniuocum: quod scilicet secundum idem nomen & eandem rationem de pluribus dicitur. Priuatio hic in secunda significatione sumitur scilicet pro forma substantiiali que depeditur: Quia in secunda diuisione ponuntur decem membra eorum que diueras habent rationes pdicamentales: & in quarta diuisione ne dicitur dumtaxat quattuor esse genera rerum: opereprecium est cognoscere quomodo illa decem ratione distincta ad quattuor res rerum genera reducuntur. Substantia quidem primum genus a ceteris & re & ratione differt. Quantitas itidem tam continua q discreta a ceteris omnino differt: & similiter quantitas continua a discreta. Adaliquid ab alijs ratione sola differt & non re, nam aliquod ad aliquid est substantia: vt res naturalis sibippsi eadem & ab alia diuersa. Quoddam est quantitas: vt linea pedalis comparata ad lineam pedalem/ cui est equalis. Quoddam est qualitas: at albedo ad albedinem comparata cui est similis. Quoddam vero adaliquid est latio & motus secundum locum: vt motus sursum comparatus ad motum deorsum ei contrarium. Quare ad aliquid quid ambit omnia entium genera. Qualitatis (quod tertium est genus rerum) prima species complectitur res ab alijs reipsa distinctas: scilicet habitus & dispositiones. Secundae autem qualitatis species si sint naturales potentiae substantiales vt intellectus/ voluntas/ memoria: distingunt reipsa a substantia. Si vero sint accidentales vt naturalis potentia ad virtute/ aut naturalis im- potentia ad viciu/ aut ignorantia: sunt vera animi accidentia/ pinde atq bona aut mala dispositio oculi in oculo. Tertiae speciei qtitates reipsa ab alijs discrepat. Quarta vero speciei qualitates reipsa sunt qtitates, vt figure sunt qtitates cotinue scilicet magnitudi- nes: sola ratione ab illis distantes. Forme vero & numerorum proprietates sunt quantitates discrete: solamq habent qualitatis ra- tionem. Actio ratione quida a ceteris differt/ re autem conuenit. Nam aliqua actio est substantia: vt forma substantialis que produ- citur a generante. Aliqua est quantitas: vt maior quantitas que producitur ab agente. Aliqua est qualitas: vt caliditas cum produ- citur a calefaciente. Deniq aliqua actio est latio: vt motus sursum qui fit a mouente. Sic passio ambit quattuor entium genera. Nemo- pe aliqua passio est substantia: vt forma substantialis q producit in materia. Aliqua est qtitas: vt maior exteio q acquirit in eo qd au- getur. Aliqua vero est qualitas: vt caliditas q acquiritur in aqua. Et aliqua est motus secundu locu: vt motus sursum qui fit in subie- cto. Ipsum autem quando reducitur ad tempus: quod reipsa est motus secundu locu: vt pote motus circularis primi mobilis: licet tempus habeat rationem quantitatis continue. Vbi autem siue motus secundum locum (quam lationem seu successionem dia- cernit) est quartum genus entium a ceteris distinctum. Situs vero reipsa est qtitas continue: ratione cuius est ordo/ propinquus

res, & distantia partium totius ad totum/ & ad locum. Vnde manente eadem quantitate continua: diuersa partium ad totum & ad locum ordinatio variatur, vt cum idem homo stat & sedet. Demum habitus reipsa est substantia: vt pote res artificialis habitus. adiacens circa corpus: vt tunica calcens/ ratione tamen a substantia differt. Constat itaq inductione omnia genera entium sub alio quo pdictorum quattuor contineri/ & decem rationum genera ad quattuor genera rerum reduci.

Primi capituli tertij Phisicorum prima conclusio. Ad Phisicu/motu spectat determinare de motu. Nam scientia phisica est de natura: vt secundo capite precedentis libri dictum est. Diffinitionem autem nature prius datam intelligere non possumus nisi quid sit motus cognoscamus. Diffinita est enim natura per motum. Et si quid in diffinitione positum ignotum fuerit/ & tota dif- finitio ignota erit: quare & diffinitum. Secunda conclusio. Ad phisicu/motu etiam spectat determinare de his que consequuntur motum: vel secundum veritatem: vt infinitum quinto modo/ locus/ & tempus. Vel secundum opinionem: vt vacuu/ in quo pone- bant antiqui res moueri. Primo. Nam motus in sua ratione includit cotinuu. Est enim motus cum quid cotinue acquiritur aut depeditur. At cotinuu quid sit cognosci non potest: nisi cognoscatur quid infinitum. Diffinitur enim cotinuu per infinitu- tum: q sit illud quod in infinito est diuisibile: vt sextus Phisicorum apertius ostendit. Igitur motus non potest cognosci nisi infini- tum ipsum consequens cognoscatur. Et nullus potest fieri motus sine loco & tempore: neq etiam secundum opinionem antiquo- rum sine vacuo: igitur de infinito/ loco/ vacuo/ & tempore ad phisicu/motu spectat determinatio. Secundo. Prius determinandum est de communibus: & deinde de propriis vniuersi rei naturali. Sed infinitum/ locus/ & tempus omnibus rebus naturalibus com- muniunt. Omnis enim res naturalis ratione sue dimensionis est infinita quinto modo. Omnis itidem res naturalis est in loco/ & tempore. Et secundum antiquos vacuu etiam omnibus rebus naturalibus est commune: igitur de his quattuor a phisico/ subie- cto est determinatio. Prima diuisio. Quaedam sunt actu & impraesentiarum existunt. Quaedam vero potentia: que cum nunc no- sint/ esse tamen possunt. Et sub his duobus membris simplicibus intelligitur membrum compositum: q quaedam sunt partim actu que sunt actu & partim potentia, vt res naturales cum acquiruntur aut depediuntur. Secunda. Eorum que sunt actu quoddam est substantia que potentia/ quoddam quantum/ & ita de reliquis pdicamentis. Et huiusce diuisionis membra non reipsa a semicem saltem omnia dis- tinguntur/ sed aliqua ratione sola: vt ante monstratum est. Tertia diuisio. Eorum que sunt adaliquid quaedam dicuntur secundum excessum/ quaedam secundum defectum/ alia secundum motuum & mobile. Illa quidem dicuntur secundum excessum quod secundum excessum acquiruntur/ & referuntur ad mouens actu: vt quod generatur ad generans. Illa vero secundum defectum: que depediuntur/ & cessum referuntur etiam ad mouens actu, vt quod corumpitur ad corrupens. Illa dicuntur secundum motuum: que sunt ipsius motus que secunda causa efficiens potentia. Secundum mobile vero/ que sunt ipsius motus effectus potentia. Vt quemadmodum actus actus ita potens defectum. Tia potentia respondeat vt generans ad id quod generatur/ & generatiuum ad generabile. Quarta diuisio. Eorum que mutantur quatuor sunt genera: quaedam dicuntur secundum substantiam: vt que generantur & corumpuntur, quaedam secundum quantitate: vt que au- ctes motus, vt quaedam mutantur secundum substantiam: vt que generantur/ & generatiuum ad generabile. Quinta diuisio. Eorum que mutantur quatuor sunt genera: quaedam dicuntur secundum substantiam: vt que generantur & corumpuntur, quaedam secundum quantitate: vt que au- ctes motus, vt quaedam mutantur secundum substantiam: vt que generantur/ & generatiuum ad generabile. Sexta diuisio. Eorum que mutantur quatuor sunt genera: quaedam dicuntur secundum substantiam: vt que generantur & corumpuntur, quaedam secundum quantitate: vt que au- ctes motus, vt quaedam mutantur secundum substantiam: vt que generantur/ & generatiuum ad generabile. Septima diuisio. Eorum que mutantur quatuor sunt genera: quaedam dicuntur secundum substantiam: vt que generantur & corumpuntur, quaedam secundum quantitate: vt que au- ctes motus, vt quaedam mutantur secundum substantiam: vt que generantur/ & generatiuum ad generabile. Octa diuisio. Eorum que mutantur quatuor sunt genera: quaedam dicuntur secundum substantiam: vt que generantur & corumpuntur, quaedam secundum quantitate: vt que au- ctes motus, vt quaedam mutantur secundum substantiam: vt que generantur/ & generatiuum ad generabile. Nona diuisio. Eorum que mutantur quatuor sunt genera: quaedam dicuntur secundum substantiam: vt que generantur & corumpuntur, quaedam secundum quantitate: vt que au- ctes motus, vt quaedam mutantur secundum substantiam: vt que generantur/ & generatiuum ad generabile. Decima diuisio. Eorum que mutantur quatuor sunt genera: quaedam dicuntur secundum substantiam: vt que generantur & corumpuntur, quaedam secundum quantitate: vt que au- ctes motus, vt quaedam mutantur secundum substantiam: vt que generantur/ & generatiuum ad generabile.

Coordinationes Pythagore sunt hee: Coordinatione postiuorum.

|            |             |           |                      |
|------------|-------------|-----------|----------------------|
| Impar      | Rectum      | Par       | Curuum               |
| Finitum    | Quadratum   | Infinitum | Altera parte longius |
| Dextrum    | Intellectus | Sinistrum | Opinio               |
| Masculinum | Vnum        | Femininum | Multa                |
| Ocyctum    | Lumen       | Matum     | Tenebrae             |

Mouens/mouens completum. Quiescere/est non moueri quando & vbi quid moueri natum est. Quies/ priuatio motus in subiecto/ quando & vbi moueri natum est. In subiecto quando & vbi moueri natum est in subiecto nato.

L



Secundum caput continet vnam definitionem, vnam instantiam, quattuor conclusiones, vnum correlatum ad primam, vnum ad tertiam, duas rationes & vnu correlatum ad quartam. **¶ Diffinitio.** Motus est actus entis in potentia secundum quod huiusmodi, vt generatio actus est generabilis in quantum generabile: & corruptio actus corruptibilis in quantum corruptibile: & augmentatio actus augmentabilis in quantum augmentabile: & diminutio diminutibilis in quantum diminutibile. Et augmentatiōi & diminutiōi non est nomen commune impositum, & alteratio actus est alterabilis in quantum alterabile: & loci mutatio actus loco mutabilis vt est loco mutabile. Et dixi huiusmodi actum entis in potentia vt in potentia est esse motum. Nam cum edificabile mouetur: actu edificatur / & aliquid edificationis potentia relinquatur: & hic motus edificatio dicitur, & ita cum aliquid mouetur: in singulis est percipere actum incompletum: aliquid semper potestatis habentem. Sicut cum est doctrinatio / medicatio / volutatio / saltatio / adolefcentia / senectus: aliquid eorum actus est / & aliquid potentia remanet. **¶ Instantia.** Si motus esset actus entis in potentia (vt dictum est) idem simul esset actu & in potentia: quod videtur in conueniens. **¶ Respondet idem non esse simul in actu & potentia secundum idem:** licet bene secundum diuersa / nec hoc est inconueniens, vt idem non simul est actu calidum & potentia calidum: sed simul bene est actu calidum & potentia frigidum. Sicut multae res naturales adiuuicem agunt & patiuntur: sed non simul aut non secundum idem. Nec inconueniens est omne mouens physicum simul mouere & moueri: agere & pati secundum idem. Et crediderunt aliquid omne mouens moueri: quod verum non est: est enim quoddam mouentium immobile, licet hoc concedi possit de istis mouentibus quae potentiam & formam in se habent. Sed de istis alias quid verum sit fiet manifestum. **¶ Prima conclusio.** Secundum quod huiusmodi res ferri debet non ad id quod habetur: sed ad id quod nondum habetur sed adhuc habendum est. **¶ Nam statum factio non dicitur actus eris secundum quod est. Iam enim est actu habetur: sed dicitur actus eris secundum quod in potentia ad statum: quae quidem nondum habetur sed adhuc remanet habenda.** **¶ Correlarium.** Quapropter / quibus es & es in potentia statua: vnum numero sunt: ratione tamen sunt diuersa. **¶ Nam si eadem ratione essent: actus eris in quantum es / esset motus eris: quemadmodum actus eris vt in potentia statua / est motus aeris, quod dictum est esse falsum, neque idcirco quia es & es in potentia statua idem sunt: credendum est ea non esse diuersa, nam potens sanari & potens egrotare subiecto idem sunt: quae tamen late ratione differunt. Nam si diuersas non haberent rationes: idem & sanum & egrum simul esse posset: quae contraria sunt / quorum enim potentiae nulla ratione differunt: neque eorum actus differunt. Similiter idem est & color & visibile: color tamen & visibile ratione differunt atque diuersas habent rationes: ita & similiter es & potentia statua. **¶ Secunda conclusio.** Cum res solum in potentia est / aut solum in actu: non mouetur. **¶ Nam res tunc mouetur cum in ea est actus entis in potentia vt dictum est: neque prius neque posterius. At cum res solum sit in potentia: in ea nondum est huiusmodi actus: nec similiter cum solum sit in actu. Solet enim vnum quodque mobile interdum moueri / & interdum non moueri: vt domesticabile (cum nondum ligna / lapides & cetera talia ab artifice mota sunt) non mouetur. Cum vero actu operatur / & eius operatiōis aliquid in potentia relinquatur: domesticabile mouetur: & talis motus domesticatio nuncupatur. Cum vero est completus actus & est domus: ipsum vt huiusmodi non amplius mouetur: & ita in singulis, cum igitur solum sit in potentia / aut solum in actu: non mouetur. **¶ Tertia.** Non recte diffiniuntur motum Pythagorici: dicentes motum esse alteritatem / inaequalitatem / & non ens. **¶ Nam si sit alteritas aut inaequalitas: non plus idcirco oportet esse motum quod ex suis oppositis. Similiter si quid non est ens: non propterea sequitur esse motum, non possunt igitur per hoc recte motum diffinire. Et certe aliter quod dictum est difficile est motum diffinire. Et ponebant motum esse non ens: quia videbatur eis motum esse aliquid indeterminate, & ponebant ipsum in coordinatione priuatiuorum: quorum nullum est (vt dicebant) vt hoc aliquid / vt quantum / aut aliquid aliorum predicamentorum. Nos vero dicimus motum esse quid indeterminate: non quia sit pura priuatio, nam non omne dicimus actu determinatum & completum: aut puram potentiam & priuationem: sed est aliquid quod est partim actu & partim potentia: quomodo dicitur motum esse quid indeterminate, videtur enim omnis motus esse actus imperfectus. **¶ Correlarium.** Quapropter nimirum si quid sit motus / difficile fuerit inuenire. Nam neque simpliciter est actus neque simpliciter potentia: sed vt dictum est / eorum est quae partim sunt actus / & partim potentia, qui quibus sit vt diffinitus est: difficile est tamen ipsum videre. **¶ Quarta.** Omne ens naturale mouens: mobile est, & eius immobilitas quies est. **¶ Primo.** Quia quicquid potestatem habet vt moueatur / mobile est: & eius immobilitas quies est, quibuscumque enim inest motus quociens non mouetur: quiescere dicitur, omne ens autem naturale mouens: potestatem habet vt moueatur. Est enim ex actu & potentia. Ex actu enim agere: potentia autem patiatur, igitur omne ens naturale mouens: mobile est / & eius immobilitas quies est. **¶ Secundo.** Res naturales actu agunt: agendo igitur simul & patiuntur. Erit igitur omnis res naturalis mouens / mobilis / & eius immobilitas / quies. **¶ Correlarium.** Vnde fit vt iterum recte diffiniantur motus vt sit actus mobilis in quantum mobile est, vt cum res naturales actu agant: est intelligenda vna species vt substantia / quae sit aut quies / actus cōtinue effectiua in eo quod mouetur (sicut homo actu ex potentia facit hominem) qui quidem actus quod diu continue acquiritur: actus est mobilis in quantum mobile & motus.******

¶ Notarum secundae capituli declaratio:

**¶ Vt generabile in potentia cōtinua generationis.** Id autem est in potentia cōtinua generationis: cuius aliquid generatum est / & aliquid generatum / quod continue generatur. Similiter vt corruptibile id est vt in potentia cōtinua corruptionis. Id autem est in potentia cōtinua corruptionis: cuius aliquid corruptum est / & aliquid corruptum / quod continue corrumpitur: ita de ceteris. **¶ Secundum quod huiusmodi / secundum quod in potentia idem sunt:** id est pro quantum aliquid superest aut acquirendum aut deperendum. Nam haec definitiones vt in quantum secundum quod ea ratione quae in disciplinis proprias rationes denotant, vt homo quatenus animal sentit: **¶ Pythagoras duas constituit coordinationes:** ad denarium vsque progredientes. Vnam positiuorum / & entium: in qua ponebat ea quae perfectione insistant / entibus supramundanis conuenientia. Alteram vero priuatiuorum / & non entium: in qua collocabat illorum positiuorum opposita imperfectione designantia: & quae rebus inferioribus conueniunt. Vtraque, in notis litterae prefixis collocatur. **¶ Moues hoc loco pro mouente completo sumitur:** id est pro re naturali quae mouet gratia formae substantialis. Ipsa autem forma est mouens incompletum: quia est pars substantialis suae nature mouens. Ita res naturalis: mobile est completum / & materia incompletum. **¶ Secundum caput primo continet definitionem motus quae est.** **¶ Motus est actus entis in potentia secundum quod huiusmodi.** Cuius quidem haec est intelligentia: quod motus est actus: id est forma: siue substantialis siue accidentalis / entis in potentia: id est ipsius mobilis existentis in potentia ad aliquid suscipiendum quod continue suscipitur / aut deperendum quod continue deperdit. Secundum quod huiusmodi: id est pro quantum aliquid est acquirendum aut deperendum: quod continue acquiritur aut deperditur. Et declaratur haec diffinitio in littera primum inducliuo. **¶ Vt generatio est actus generabilis in quantum est generabile: & corruptio est actus corruptibilis in quantum corruptibile.** Et ita de ceteris speciebus. Et augmentatiōi & diminutiōi non est nomen commune impositum: nomen inquam simplex / quod vtrumque motum in sua ratione includat: quemadmodum motui ad qualitatem: alteratio / & mutatiōi secundum locum: latitudo. Et ergo nomen eius circumloquimur per nomen generis / & predicamenti ad quod fit: hoc pacto / motus ad quantitatem. Deinde declaratur eadem diffinitio motus in artificialibus. **¶ Vt cum edificabile mouetur (id est cum materia ad edificium aptanda: pro domo costruenda disponitur) actu est edificatio / & aliquid edificationis peragenda superest huiusmodi artificialis compositio / edificatio dicitur / & motus qui similis est: qui actus est incompletus: cuius aliquid habetur. Et aliquid non sed potestate habendum relinquatur. Ita cum est doctrinatio / medicatio / volutatio / saltatio / adolefcentia / senectus: aliquid eorum ad quae actu habetur: aliquid habendum remanet. **¶ Instantia contra diffinitionem motus.** Si motus esset actus entis in potentia secundum quod in potentia idem simul esset in actu & in potentia, sed hoc est inconueniens: ergo / & illud ex quo sequitur. **¶ Solutio.** Philosophus ex ratione motus sequi idem esse in actu & in potentia secundum diuersa: vt motus esse in actu: respiciendo partem acquisite / sitam aut non deperditam: & in potentia: respiciendo partem acquirendam aut deperditam: & illud non est inconueniens. Non tamen ex eadem diffinitione sequitur idem esse in actu & in potentia secundum idem. Nam id esse inconueniens. Vt idem non est actu calidum & potentia calidum. Nam ipsum simul esset calidum & non esset calidum. Sed idem (vt aqua calefacta) bene est actu calidum et potentia frigidum. Sicut multae res naturales adiuuicem agunt & patiuntur: non quod simul se succedunt: qui si simul non scdm idem. Vt aqua calida infusa aquae frigidae agit secundum caliditatem / & patitur scdm frigiditatem: & frigida educta. Nec inconueniens est omne mouens physicum completum simul mouere & moueri secundum diuersa: scilicet mouere atque agere secundum formam: moueri vero atque pati scdm materiam. Et crediderunt nonnulli omne mouens siue completum siue incompletum moueri: quod sane non est verum. Nam quoddam est mouens immobile: scilicet mouens incompletum / formamque substantialis: quae nullius motus est susceptiva. Licet hoc scilicet omne mouens moueri: concedi posset de his mouentibus quae materiam & formam in se vt in suas partes habent. **¶ Prima conclusio.** Patet tunc secundum quod huiusmodi in diffinitione motus posita / non debet referri ad id quod habetur / & est acquisite: sed ad id quod nondum habetur / restans acquirendum. **¶ Nam statum factio non dicitur actus eris secundum quod est:** id est in ordine ad formam substantialem eris: quia iam est actu est in idem / & eris tota forma. Nullus autem motus fit ad id quod omnino actu habetur. Sed statum factio dicitur actus eris / secundum quod est potest habere figuram statu: quare referitur ad id quod nondum complete habetur / sed remanet habendum. **¶ Correlarium.** Quare es & es in potentia / statu licet idem sint re ipsa: tamen ratione duo sunt. Nam respiciunt eadem ratione: actus eris in quantum es / est completum / habensque formam substantialem eris / esset motus eris: sicut actus eris in quantum est in potentia ad formam statu / est motus eris. Nempe quae cumque eadem ratione dicuntur: si vnum conuenit / & alterum conuenire est necesse. Sed falsum est quod actus eris in quantum est es / & motus eris quia iam es actu habetur: neque ad ipsum est motus: igitur / & falsum est illa duo esse eadem ratione. **¶ Neque ex eo quod es & es in potentia statua sunt idem re ipsa / sequitur ea non esse diuersa ratione.** Nam vnum / & idem animal est potens sanari / & potens egrotare: quare sunt idem re ipsa / & tamen sunt diuersa ratione. Dicitur enim animal potens sanari: quia potest sanitatem consequi / & potens egrotare: quia potest morbo laborare. Quod si re ipsa / & diuersa non essent diuersa ratione: tunc neque sanum / & egrum eorum actus ratione differrent. Si enim potentiae sunt eadem ratione: & eorum actus idem erunt idem ratione. (Per potentias intelligendo res nomine potentiarum explicatas: vt potens ambulare / & per actus: respicias nomine actuum expressas vt ambulans) quare idem esset sanum / & egrum: quod est impossibile. Similiter idem re ipsa / est color / & visibile: & tamen sunt diuersa ratione. Nam color dicitur / & secundum ipsum aliquid est coloratum: visibile vero quia potest visu percipi. Et huius quidem ratio relativa est illius autem absoluta: igitur es & es in potentia statua tene sunt idem re ipsa / & diuersa ratione. **¶ Secunda conclusio.** Cum res solum est in potentia / & nihil eius est acquisite / non mouetur. Similiter cum res solum est in actu / & nihil eius restat habendum / etiam non mouetur. **¶ Patet.** Quia tunc res dicitur moueri: cum in ea est actus entis in potentia / per diffinitionem motus. Sed cum res solum est in potentia: in ea non est talis actus in potentia / cum nondum habeat actu. Similiter cum res solum est in actu: in ea non est etiā talis actus in potentia / quia non est amplius in potentia: igitur cum res solum est in potentia: vt cum nihil adhuc caliditatis est acquisite / aut cum solum est in actu / vt cum tota caliditas est acquisite: ipsa non mouetur. Solet enim Naturae motus vnum quodque mobile physicum aliquo tpe moueri / & aliquid non moueri. Vt domesticabile (id est materia artificialis) quae ad domum extruendam per artis operari potest: cuiusmodi sunt ligna et lapides / non mouet / adhuc quae artifex non iam coeperit dispoere illa: ga solum est in potentia. Cum autem artifex operationem operari coeperit / aliquid operis adhuc restat agendum: illa artificialis operatio / edificatio dicitur / & motus. Cui vero domus praefata est hinc explicatio.**

Duae coordinationes Pythagorae


Diffinitionis motus / intelligentiae

Contra diffinitionem motus instantia. Eius solutio.

Aliqua idem iurisdictione.



fit in patiente & passio in agente. Nam cum actio esset in patiente omne patiens ageret. Et cum passio esset in agente omne agens pateretur; quod inconueniens est. Nam contra omne agens agit & omne patiens patitur / aut nominum significationibus perceptoram & improprie uteremur. Ergo actio & passio non sunt diuersi actus sed unus & eundem numero: a quo agens dicitur agere & patiens pati qui est in solo patiente. **Prima instantia contra ultimam conclusionem.** Ipsi actus & passiones sunt diuersi effectus. Nam effectus actionis est actus; effectus passionis est passio; ergo actio & passio sunt diuersi actus & non unus. **Solutio.** Conceditur ipsius actionis & passionis effectus esse ratione diuersos; non tamen reipsa. Nam id quod per motum acquisitum est / si comparetur ad agens a quo est; dicitur actum. Si vero comparetur ad subiectum in quo est; dicitur passum. Est tamen unum & idem numero. Præterea non recte concluditur hæc ratio. Nam inconueniens non est unus & eiusdem cause diuersos esse effectus; ut ab igne esse calefactionem & rarefactionem. **Secunda instantia.** Inconueniens est duorum specie differentium esse unum & eundem actum. Sed agens & patiens differunt specie & igitur eorum non est idem actus: quare actio & passio minime sunt unus & idem actus. **Solutio.** Concedendum est duorum specie differentium non esse unum & eundem actum eodem modo; non tamen inconueniens est illorum esse unum actu numero diuerso modo; quemadmodum agentis & patientis est idem actus. Agens quidem ut ab hoc & in genere cause efficientis. Patientis vero ut in hoc & in genere cause materialis in qua. Quare illius actus ratio non est una; sicut est ratio tunice & vestis quæ sunt synonyma / sed diuersa, quemadmodum via de Thebis ad Athenas & de Athenis ad Thebas (quod idem est numero spacium) diuersa est ratio. **Tertia instantia.** Si actio & passio essent idem actus: doctio & disciplina essent idem. Hoc autem est inconueniens. Nam primo sequeretur ad hoc qd omne discens doceret: cum haberet in se doctionem. Secundo doctio doceret discere: sicut doctio docet disciplina. Hæc autem sunt inconuenientia. **Solutio.** Concedendum est doctionem esse disciplinam & actionem esse passionem. Nam eo gnatio alicuius prius ignoti pro quanto traditur a docente dicitur doctio: & ut recipitur in discente dicitur disciplina. Neq; ex hoc sequitur qd omne discens doceat. Nam non dicitur quis docere: eo qd in se doctionem habeat; sed quia ab eo est doctio. Ergo doctio denominat docentem in quo non est / denominatione extrinseca. Ita quis patiens in se habeat actionem: non tamen sequitur patientem agere. Non enim dicitur quid agere quia in eo sit actio; sed quia ab ipso est actio. Non tamen propria & apta locutione quis dixerit: actio est eadem passio; vel actio est in patiente; sicut neq; recte dicitur: album esse idem dulci / vel albedo est in dulci, sed proprie dicendum est qd actio & passio sunt unus actus; qui quidem actus quia est passionis ut in hoc: & actionis ut ab hoc; ratione diuersus est. Præterea ex eo qd doctio & disciplina sunt idem: non sequitur qd docere sit discere. Nam illic argumentum constituitur ab abstractis accidentaliter coniectis ad concreta accidentaliter etiam coniecta: cum hoc argumentationis genus solimodo fieri debeat in pdicationibus essentialibus. Quæ admodum si eadem sit distantia de Thebis ad Athenas / & de Athenis ad Thebas: non proximus sequitur qd distare de Thebis ad Athenas sit distare de Athenis ad Thebas. Et si idem sit spacium ascensus & descensus: non idcirco descendens est ascendens / aut ascendens est descendens. **Quarta capituli nota.** Numerus quadratus est / qui descriptus quattuor latera habet equalia. Et idem est qui ex ductu alicuius numeri in se ipsum resultat. **Arithmeticus Gnomone** est numerus qui numero quadrati circumpositus: quadratum relinquit. **Quadrati totales.**



nota parorum quadratorum. Nota circumpositorum Gnomonum. 1. 4. 9. 16. parui quadrati. 3. 5. 7. 9. circumpositi Gnomones / qui paruis quadratis additi magnos constituunt quadratos. **Sēibile/res naturalis.** Magnitudo sēibilis/rei naturalis magnitudo. Varium cap. continet unam conclusionem, duas rationes ad eam, quinque infinitum ponentium antiquorum opiniones, sex quas ipsi assignabant infiniti proprietates, sex rationes infinitum esse probantes: & quinque modos infiniti. **Conclusio,** de infinito Physica determinatio est. **Primo.** Quia de magnitudine / in motu & tempore Physica determinatio est: quæ aut finita aut infinita necesse est esse, non tamen omne quod est finitum aut infinitum est: ut punctum & qualitates / quæ neq; finita neq; infinita sunt, igitur de infinito Physica determinatio est. **Secundo.** Quia qui de naturalibus scientiam tradere curauerunt: Pythagoras / Plato / Anaximander / Democritus / Anaxagoras / & plurimi aliorum: omnes de infinito mentionem fecerunt, signum est igitur de infinito Physicam determinationem esse. **Quinque antiquorum opiniones.** Prima est Pythagoræ infinitum principium per se ponentis ut subiectum / solum parem numerum. **Primo.** Quod in equalia semper sectionem recipit non autem impar: sed cum primum sit impar: clauditur & terminatur ut huiusmodi sectionem recipere non possit. **Secundo.** Quia par numerus numero ut quadrato additis / aliquando mutat numeri speciem: quadratis vero suis cōsequenter adiuncti impares / nunq; mutant speciem: sed semper quadratos relinquunt. Hac de causa impares eorum Gnomonas vocant: quod solum in rebus sensibilibus infra cœlum & terram ponebant. **Secunda** est Platonis infinitum principium per se ut subiectum ponentis: & numerum parem & imparem / magnum & paruum / & sensibilem & intelligibilem: & nihil extra cœlum ponebat / neq; corpus / neq; ideam. Ideas enim nusq; ponebat. Et differta Pythagora. Pri-



mo. **Quod** ponit infinitum esse imparē numerum. **Secundo.** Quod in rebus intelligibilibus. **Tertio.** Quod nihil sit extra cœlum: quorum opposita dicebat Pythagoras. **Tertia** est Anaximandri & aliorum aliorum: infinitum ut accidens ponentū. Aliqui esse in igne / ut in subiecto. Aliqui in aere. Anaximander vero in corpore densiori igne: subtiliori vero aere / posuit. **Quarta** est Democriti infinitas Atomos ponentis, ex quibus admittit se iunctis infinitū magnitudine conflatur: ex quo omnia fierent, neq; posuit quodamlibet fieri ex quolibet. Nam primas Atomos & prima rerum principia ex se uicem fieri nō posse dixit. **Quinta** est Anaxagoræ infinitas similes Atomos ponentis: & omnia esse in omnibus / & omnia fieri ex omnibus diuino intellectu omni ab omnibus segregante. **Qui** vero principia rerum naturalium & numero & magnitudine finita posuerunt: nullum locum infinito in rebus sensibilibus relinquerunt. Non enim in principiis reliquerunt. Nam ea & numero & magnitudine finita faciunt. Neq; in eis quæ ex principiis sunt. Nam quidquid ex eis (quæ numero magnitudine finita sunt) consistit: finitum esse necessesse est. **Sex** infiniti quas antiqui ipsi attribuebant proprietates. **Quod** esset principium, ingentium, incorruptibile, omnia continens, omnia gubernans, & quoddam diuinum (ut dicebat Anaximander) & numerum immortale. **Quæ** rationabiliter statuto infinito dicere videtur. Nam quidquid est: aut principium aut ex principio est, infinitum autem non est principium: cum ipsum ponendum esset infinitum, & cum non haberet a quo generari posset neq; corrumpi (nam haberet principium) ipsum esset incorruptibile atq; ingentium, extra quod cum nihil esse posset: contineret omnia, quod cum esset principium / ingentium / incorruptibile: omnia continens: iure videtur gubernare debere genita: corruptibilia & ex eo principia, esset igitur diuinum quoddam & ut numerum (ut dicebat Anaximander) habendum: **Sex** rationes qd infinitum sit. **Prima.** Tempus est, igitur & infinitum: Nam tempus immensum est: & quod percurrere nequit. **Secunda.** Magnitudo est, igitur & infinitum. Nam magnitudo infinita partitionem (ut ponit Arithmeticus) recipit. **Tertia.** Perpetue sunt generationes: & hoc esse nequit nisi infinita sit quædam materia: ex qua quælibet generatio partem suam accipiat: alioquin aliquando casuræ cessarent rerum generationes; est igitur infinitum. **Quarta.** Omne corpus finitum semper ad aliud corpus terminatum est, necesse est igitur esse infinitum. Nam corpora claudendo non erit pertere ad finem & terminum. **Quinta.** Intellectus numerum intelligit infinitum & magnitudinem infinitam. Intelligit enim extra cœlum esse spacium infinitum: quod infinitum corpus & infinitos mundos recipere potest, quod si potest: iam recipit. Nam cum sit supra tempus: esse æternum. Modos in æternis simul sunt esse & posse esse. Et cur etiam potius illic qd hic esset vacuum: est igitur infinitum. Nam intellectus intelligendo non deficit. **Sexta.** Eos qui non ponunt infinitum / multa incommoda sequuntur. Nam disciplinæ Mathematicæ tolluntur / infinita numerorum progressio / & infinita magnitudinum & temporum diminutio, ponendum est igitur infinitum. His argumentis statuerent volunt infinitum, & quis concedentes infinitum grauissimè sequuntur questionem: an videlicet ipsam sit infinitum: an substantia sit / an accidens? **Physici** tamen quæstio est / an sit magnitudo sensibilibus infinita: ad quod rite cognoscendum ponendi sunt modi infiniti. **Quinque** modi infiniti. **Infinitum primo** est quod non potest pertransiri: quemadmodum vox dicitur inuisibilis quia nō sit nata uideri. **Secundo.** Infinitum est quantum transitum habens: sed inconsummabilem. **Tertio.** Transitum habens nondum totum pertransitum. **Quarto.** Transitum habens / sed transitu difficilem. **Quinto.** Est cui semper additio / subtractio uel aut utrumq; fieri potest. **Notarum quarti capitis declaratio.** **De numero quadrato exemplum:** ut quaternarius. Nā est numerus qui per suas unitates descriptus quattuor latera habet equalia. Quid numerus in eorum quolibet habens binarium. Idem etiam numerus ex ductu alicuius numeri ut pote binarij in se ipsum / resultat atq; productus ducitur. Nam bis duo sunt quattuor. **De Arithmetico Gnomone exemplum:** ut in primo loco ternarius unitati primo quide quadrato circumpositus ad latus superius atq; dextrum / quadratum totalem ut pote quaternarium relinquit. Et secundo loco quaternarius: circumpositus per unitates suas explicatas quadrato minori scilicet quaternario: relinquit quadratum totalem ut pote nonenarium. Et in descripta formula huiusmodi punctum minusculum: / est nota & signum parorum quadratorum. Maior autem spherula / est nota & signum circumpositorum Gnomonum. Numeri 1 / 4 / 9 / 16: alternatis locis subscripti & priore loco / sunt parui quadrati. Numeri vero 3 / 5 / 7 / 9: alternis itide locis subscripti & secundo loco / sunt circumpositi Gnomones. Qui paruis quadratis additi / magnos constituunt quadratos atq; totales scilicet 4 / 9 / 16 / 25: supra scriptos. **Quod** quadratis adiuncti numeri imparis semper quadratos relinquunt ut hic additio Philo sophus: ex hac propositione dicitur. Toti quadrato totus & eiusdem ordinis impar additus / sequentem quadratum constituit. Ut si unitati primo quadrato addatur ternarius primus impar / fit quaternarius secundus quadratus. Cui addatur quaternarius secundus numerus impar / fit quaternarius tertius quadratus: & simili modo etiam fit in alijs Tetragonis. Et quo pacto id ipsum sit cognoscitur ex vice sima sexta propositione septimi elementorum Arithmeti corum Iordanus: quæ est. Si ab unitate impares coaceruentur: qui proueniet erit quadratus. Nam per hanc propositionem quilibet quadratus æquatur imparibus ab unitate coaceruatis. Sed si illis sequens adiungatur impar / per eandem propositionem proueniet & constituetur quadratus: ergo & quadrato ex imparibus coaceruato additus sequens impar: eundem constituit quadratum. Si enim equalibus idem commune addatur, tota erunt equalia. **Vari capituli conclusio.** Ad Physicum spectat determinare de infinito. **Primo.** Quia ad physicum spectat determinare de magnitudine / motu & tempore: cum hæc principia sint / rem naturalem consequentia. Illa autem tria aut finita aut infinita esse necesse est. Sunt enim finita secundo / & infinita quinto. Non tamen oportet omnē quod est: esse finitum aut infinitum secundo.

do aut quinto. Punctum enim neq; finitum hoc modo neq; infinitum est: quia non est quantum. Qualitates tamen neq; finite neq; infinite sunt: quia per se non sunt quantæ, igitur de infinito philosophus habet determinare. **Secundo**, quia naturales philosophi quorum posita per ordinem quo nominatur/referuntur opinionones) etiam omnes de infinito determinaverunt. Ea igitur determinatio ad **Pythagoras** physicom spectat. **Quinq;** antiquorum de infinito opinionones. **Prima** est Pythagoræ ponentis numerum par esse infinitum/et principium per se rerum ut subiectum. **Quam** duabus probavit rationibus. Primo, quia numerus par in duo æqualia dividitur: par vero non. Sed cum primu datur impar ab huiusmodi divisione in duas mediates alienus est. Secido, quia numerus par additus alteri numero ut quadrato; non semper quadratum constituit; sed aliquando alteram numeri speciem. Ut binarius additus quadrato scilicet quaternario; constituit senarium qui est altera parte longior. Et senarius additus quaternario constituit denarium; qui numerus est triangularis. Quadratis autem adiuncti continua serie numeri impares: non mutant numeri speciem sed semper quadratos relinquunt. Ut quaternario quadrato adiunctus impar quinaris: relinquit quadratum novenarium. Cui sequens impar scilicet septenarius additus; constituit quadratum, 16. Et ita deinceps. Et ergo Pythagoras numeros impares vocat Gnomones quadratoru: quia quadratis minoribus circumpositi quadratos totales constituant. Et huiusmodi infinitum Pythagoras solum in rebus naturalibus intra cælum & terræ ponebat. **Secunda** opinio est Platonis ponentis numerum parum & imparem/similiter magnum & parvu esse infinitum: & principium per se ut subiectum/tam in rebus sensibilibus q̄ intelligibilibus. Et differt trisariam a Pythagoræ. Primo, quia Plato ponit numerum imparem esse infinitum. Pythagoras vero solum numerum parum. Secundo, quia Plato ponit infinitum esse etiã in rebus intelligibilibus: Pythagoras vero solum in rebus sensibilibus. Tertio, quia Plato ponit q̄ nihil sit extra cælum: Pythagoras vero aliquid esse extra cælum. **Tertius** est Anaximander & non nullorū aliorū ponentiū infinitu esse accidens. Quorum aliqui ponebant ipsum esse in igne ut subiecto/aliqui autem in aere. Anaximander vero in corpore densiori q̄ sit ignis: & rariori q̄ aer ipsum collocauit. **Quarta** est Democriti ponentis infinita numero corpuscula secundū magnitudinem imparitabilitatem quibus adiunctis continuis dicitur infinitum magnitudine constitui. Neq; idem posuit quodlibet fieri ex quolibet; nam prima corporiscula imparabilia (quæ prima dicit rerum principia) posuit ex similitudine fieri non posse. **Quinta** est Anaxagoræ ponentis infinita eiusdem speciei & naturæ corpuscula imparabilia: & omnia esse in omnibus: & omnia fieri ex omnibus ut in primo physicorum libro dicitur. At qui dixerunt rerum naturalium principia esse tam numero q̄ magnitudine finita / ut Empedocles quatuor elementa: non posuerunt infinitum esse in rebus sensibilibus. Non enim in principijs infinitu ponere poterunt. Nam illa ex hypothesis virosq; modo finita constituant. Neq; etiã in compositis ex principijs infinitum collocarunt. Nam ex finitis compositum/ infinitum esse necesse est. Siquidem tantum est totum: ex quantis ipsum est compositu. **Sex** infiniti ab antiquis ipsi attribuitæ proprietates. Prima: q̄ esset principium/Secunda: q̄ esset ingenium/Tertia: q̄ incorruptibile/Quarta: q̄ omnia continens/Quinta: q̄ omnia gubernans/ Sexta: q̄ esset quoddam diuinum & numen immortale. Quas quidem proprietates facta hypothesis q̄ infinitum sit recte assignare videntur: nam se mutuo consequuntur. Quicquid enim est: aut est principium aut ex principio. At infinitum est: ex hypothesis igitur ipsum est principium aut ex principio. At qui infinitum non est ex principio. Nam si sic tale eius principium ponendu esset infinitum/ eum non posset infinitum ex finito constitui: esset igitur plura infinita/ quod esse nequit, igitur infinitum est principium. Et cum non haberet a quo generari posset (alioquin haberet principium) ipsum esset ingenium. Cum etiã eodem iure non haberet a quo corrumpi posset: esset & incorruptibile. Et quia extra ipsum nihil esse posset/ nam esset infinitum: contineret omnia. Cum itaq; infinitum esset principium/ ingenium/ incorruptibile/ omnia continens: esset etiã iure omnia gubernans ab eo principia ta/ genita/ corruptibilia & contenta: esset igitur diuinu nume & immortale. **Sext** rationes infiniti esse probantes. **Prima**. Tempus est igitur infinitu est. Nam tempus ob suam immanitatem absolui totum non potest. Et hoc dissoluitur admissio eo quod assumitur/ concedendo infinitu quinto esse: quale est tempus: & non infinitum secundo. **Secunda**. Magnitudo est igitur infinitu est. Nam magnitudo in infinitu divisibilis est: ut supponit Arithmeticeus. Hæc autem omnino ut precedens dissolventur. **Tertia**. Perpetua sunt generationes supposita mundi æternitate. Et hoc esse nequit nisi infinita sit materia: ex qua quælibet generatio partem suam capit: igitur infinitu est. **Quæ** quid soluitur concessio primo assumpti/ negando secundu. Quia non quælibet generatio novam accipit materiae partem/ & quæ ab alia prius accepta non fuerit: sed eandem quæ prior generatio cepit. **Quarta**. Omne corpus finitum semper ad aliud corpus terminatum est: ergo nunq; perveniret ad ultimu corpus: & per consequens est infinitu magnitudinem. **Quæ** soluitur negando quod primu assumitur. Nam supremum cælum non ad aliud corpus sed propria superficie conexa terminatur. **Quinta**. Intellectus intelligit numeru infinitu & magnitudinem etiã infinita. Nepe intelligit extra cælum esse spacium infinitum: quod infinitu corpus & infinitos mundos recipere potest. Quod quidem spaciu si potest recipere infinitos mundos: iam eos recipit. Nã cū ipsu sit supra tempus: esset spacium illud æternum. Modo in æternis simul sunt esse & posse esse. Non etiã est maior ratio quare illic scilicet extra cælum esset vacuum: q̄ hoc in mudo sensibili. Sed in mudo sensibili non est pondus vacuum: igitur neq; extra cælum: igitur sunt illic infinita corpora/ spacium illud oppletia. **Quæ** dissolvitur concedendo intellectum false intelligere numerum infinitum & magnitudinem infinitam: sed non vere. Ex quo infirmum est & invalidum quicquid deinde inferitur. Nam neq; extra cælum est spacium infinitorum corporum capax: neq; vacuum: cum ibidem non sit natum esse corpus: ut primus liber de celo ostendit. **Sexta** rō. Eos q̄ non ponunt infinitu multa incōveniētia sequunt. Nã discipline Mathematicæ destrunt q̄ supponunt infinitu nūmerorū cremētū/ infinitaq; magnitudinū et tēporū ptitionē. Et hæc qdē dñi admittēdo illa icōmoda eos seq q̄ non ponunt infinitu qnto nulla in eis accidit incōveniētia q̄ non ponunt infinitu scdo. Imo destruntur principia Mathematica ponendo magnitudinem actu infinitam/ aut numerum actu infinitum. His rationibus moluntur antiqui probare infinitu esse. Et quis concedentibus infinitum difficile proponi possent quæstiones an scilicet infinitum sit in aliquo loco/ an ipsum substantia sit vel accidens: ad physicum tamen pertinens quæstio est: an sit magnitudo rei naturalis actu infinita. Ad quæ recte terminanda ponendi sunt modi infiniti **Quinq;** modi infiniti. **Infinitum primo** est quod non potest pertransiri atq; secundum quantitatem absolui: quia non habet quantitatem, ut unitas & punctum, quemadmodum vox dicitur inuisibilis quia non est nata videri. **Infinitum secundo** est quod nes infiniti. quantitatem habet sed quæ nunq; absolui possit, ut linea actu infinita. **Infinitum tertio** est quod quantitatem habet nondum omnia

modo absolutam: ut tota via cuius peracta est medieta. **Infinitum quarto** est quod habet quantitatem sed pertransiri diffisile: ut distantia ab oriente ad occidentem. **Infinitum quinto** est cui semper additio fieri potest: ut numero/ aut subtrahitio: ut magnitudine/ aut cui utrumq; scilicet additio & subtrahitio fieri potest, ut partibus magnitudinis quibus ut numerus semper additio/ ut extentis vero/ semper subtrahitio fieri potest. **Quinti** capitis nota. **Actu** infinitum/ infinitum secundo. **Corpora** sensibilia simplicia/ elementa: ignis/ aer/ aqua/ terra. **Composita**: animalia/ vegetabilia/ mineralia/ mixta imperfecta. **Motus** / motus localis. **Coniuncti** / iuncta. **Nata** / iuncta / apodicta. **Idem** similis.



**Infinitum** cap. continet duas conclusiones, tres rationes ad primam & sex ad secundam. **Prima** conclusio. Non est ponendum actu infinitum/ a sensibilibus separatu. **Primo**. Quia aut esset substantia: & tunc impartibile erit. Omne enim partibile: aut magnitudo aut multitudo est. Si autem est impartibile: non erit infinitum: nisi quemadmodum punctu & vox inuisibilis, de quo infinitu modo non agitur hic: neq; de eo ipsi intendunt. Agimus enim (& idem ipsi intendunt) de infinito transitu: sed inconsummabile habente, aut accidens esset/ & tunc non esset principium: sed potius id cui inesset. **Secundo**. Infinitum passio est magnitudinis & numeri magnitudinis: separata vero a sensibilibus neq; magnitudinem neq; numerum (qui ex magnitudinis sectione confurgat) habent, neq; igitur eis convenit infinitum, quibus enim subiectu non contentu: neq; eius passio conveniet vtiq;. **Tertio**. Quia si tale infinitum substantia esset: cuius esset principium: ipsum esset simplex, aut ergo partibile esset: & tunc quælibet pars eius esset infinita: sicut quælibet aeris est aer, hoc autem impossibile. Nã id est plura infinita esse q̄ impossibile est. Aut erit impartibile: & tunc relinquitur solum infinitum ut punctus, ponendum igitur esset accidens: quod (vt dictu est) esse nequit. Nam non esset (vt ipsi volunt) principium, patet igitur Pythagoricos male ipsum ponere substantia partibilem. Hæc tamen questio an sit huiusmodi infinitum separatum aut in Mathematicis/ aut intelligibilibus omnino magnitudinum & dimensionum expertibus: Physica non est, sed ea qua quaeritur an sit corpus sensibile actu infinitum. **Secunda** conclusio. Non est corpus sensibile neq; numerus actu infinitus. **Prima** ratio. Quia omne corpus superficie clausum est, nullum autem infinitum claudi potest, igitur nullum corpus sensibile/ infinitum est: imo neq; intelligibile est ut mathematicum. Sed q̄ neq; numerus infinitus sit/ patet, quia omnis numerus numerabilis est: quod autem numerabile est/ percurri & transiri potest. Nullus igitur numerus infinitus est: nam infinitu neq; percurri neq; transiri potest, & hæc rationes cōmunes sunt: quæ sequuntur autem physice. **Secunda** ratio. Si esset aliquid corpus sensibile actu infinitum: aut simplex esset aut compositum. **Non** compositum, quia cum sit ex multitudine finitis: si illa sint & magnitudines finita: totum erit finitum, quod enim ex multitudine & magnitudine finitis constat: ut finitum sit necesse est. Aut ergo eorum alterum ex quibus est/ infinitum esset & alia finita: hoc autem esse nequit, quia ea proportionata esse oportet: modo cum eorum quodlibet vim habeat/ infinitus vis esset infinita: & finitorum finita: quod ideo statim destruetur finita, ut si ignis sit finitus: aer vero infinitus/ q̄ tūcūq; eorum equaalis ignis equalenti aerem potentia superaret & vim suam duplaret: nihilō secius aer infinitus ignem finitu extingueret, non igitur esset sensibile compositum infinitum: ex altero infinito & ceteris finitis constans. Neq; erit ex omnibus finitis. Nam vnum infinitum esset/ & omnia occuparet. Nullus igitur alius relinquitur occupandi locus: aut omnia simul occupabunt, hæc autem impossibilia. Neq; corpus sensibile infinitum: simplex erit. Nam sensibilia simplicia corpora: adiunctim cōtraria sunt. Est enim ignis calidus & siccus/ aer humidus & calidus/ aqua frigida & humida/ terra siccā & frigida. Si igitur vnum esset infinitum: alia statim cōsumeret & corrūperet. **Neq;** est (vt Anaximander credidit) corpus simplex medium infinitu: ex quo omnia fiant. **Primo**. Quia eadem (quæ de aliis sensibilibus) prohibent rationes, si vim agendi habet: alia consumit omnia, & nullus ceteris (quem occupare possunt) relinquitur locus. **Secundo**. Quia vnumquodq; resolutū videmus in ea ex quibus componitur, ut ignea in ignem/ aerea in aerem/ aqua in aquam/ & terrea in terram. Nihil autem in illud corpus resolutū compertū est, sed omnia in ignem/ aerem/ aquam aut terram resolutū videntur. **Non** igitur tale ponendum est: ex quo omnia fierent. **Tertio**. Quia si dicant tale corpus simplex vim nullā habere qua cetera absumat/ igitur neq; ex eo fient omnia/ neq; in ipsum corrumpentur. **Fiant** enim sensibilia ex contrariis: & in sua corrūpuntur contraria. Quia propter cum finita sint elementa & concordia proportionē ligata: non sane Heraclitus audicet territus comminabatur aliquando futurum: ut omnia ignis fierent: ut omnia ad suam recurrant originem. **Faciebat** enim Heraclitus ignem omnium principium: ut Anaximander igni/ aeriq; corpus medium. **Tertia** ratio. Quia omne corpus sensibile alicubi esse natum est: & alicubi assignandus est proprius locus, & totius rei sensibilibus & eius partis idem est naturalis locus, ut totius ignis & scintille ignis/ & totius terræ & glebæ terræ. Si vero illud infinitum ponatur similium partiu: quo modo erit in loco naturali: cum omnem occupet locum: & eius vna partium in vno loco sit: & altera in altero: movebitur igitur semper. **Nã** res naturalis omnis extra locum/ non prohibita adiuum locum movetur. At cum infinitum sit/ & extra se locum non habeat: non movebitur, stabit igitur & semper, hæc autem impossibilia. Si autem sit dissimilium partium: tam non est vnum sensibile corpus/ sed plura ut se tangentia. Aut ergo erit ex finitis partibus & numero & magnitudine: hoc autem non. Nam ex talibus non nisi finitum oriri potest, aut vna finitum est/ & ceteræ finite. Neq; hoc quidem esset enim infinitum similium partium: quod paulo ante esse



eadē dēuēre simū nō possūt. Neq; erit totū leue. Nā ipsū ferretur sursum: quod esse nequidē nullū extra se locū haberet. Neq; per idē erit totū graue. Nā tūc ferretur deorsū: quod eadē ratiōe fieri nō pōt. Neq; erit vna mediētis eius leuis & altera grauis. Nā infinitū mediētē nō habet: cū principio/mediō & fine careat; igitur si esset infinitum: ipsum non esset corpus naturale. **Quinta ratio.** Omne corpus sensibile est in loco igitur & infinitum corpus sensibile est in loco. Sed omnis locus aut est sursum aut deorsum in loco sum/ autem/ post dextrorsum aut sinistrorsum. Sunt enim illae sex differentiae positionum: non solum comparatione ad nos sumptae aso esse nō posse. signate; verum etiam a natura in rebus determinatae, vt concauum coeli est sursum natura/ & concauum aquae deorsum. Igitur illae differentiae positionum erunt etiam in infinito. Sed hoc est impossibile. Nam in solis finitis hae positionum differentia natura inueniri possunt; igitur natura inueniri non potest corpus sensibile infinitum. **Sexta ratio.** Omne corpus naturale est in loco. Et quicquid in loco est terminatum est: tam sua superficie conuexa q̄ corporis locantis concaua. Est enim locus/terminus/ extremus; corporis continētis superficies. Ergo quicquid est in loco: est finitum. Infinitum autem nullo termino continetur: igitur infinitum non erit in aliquo loco: quare ab aequalibus ipsum in nullo loco est. Sicut si infinitum non est aliqua quantitas vt bicubita/ aut tricubita/ aut aliqua aliarū ipsū nulla est quantitas/ quare ipsū infinitū non erit sensibile corpus: quod est propositū. **Sexti cap. note.**

**Infinitum potentia/ infinitum quinto.** Agon/ ludus/ certamen. **Olympia/ certamina olim in honore Iouis in Olympia monte celebrata.** **Partes proportionales sunt quae ad suum totum semper similem retinent proportionem/ vt duplam/ tripulam/ quadruplam: & ita de ceteris.** **Partes proportionales/ partes eiusdem rationis/ partes eiusdem proportionis.**



**Extum cap.** continet tres diuisiones, & duas conuenientias post secundam. **Prima diuisio.** Infinitū esse dupliciter intelligi potest, vno modo esse infinitū actu: quomodo dictum est infinitum non esse. Alio modo esse infinitum potentia: quomodo bene est infinitum. Nam omnino non esse infinitum: multa incommoda sequuntur. **Primo.** Tempus principium & finem habere: & esse ex impartibilibus constitutum. **Secundo.** Magnitudines non esse diuisibiles in magnitudines. **Tertio.** Numerum non esse in infinitū augmentabile: quē quidem in eō modo/ posito infinito in potentia/ cessant. Nam cum ponitur magnitudo non esse infinita actu: sed infinita potentia/ vt diuisione/ facile est cognoscere magnitudines diuisibiles esse in magnitudines: & intermere impartibiles lineas. Et cum ponitur multitudo infinita non actu: sed potentia/ vt appositione: statim saluatur numerum in infinitum augeri posse. **Secunda diuisio.** Dupliciter aliquid potest esse in potentia. Primo modo sic in potentia/ vt completum illius consequi possit actum, quomodo est nondum formatum: est in potentia statua. Secundo modo sic in potentia/ vt nūquā completum cōsequi possit actum: sed semper sit in fieri: ita vt cum aliquid eius fit actum: eiusdem aliquid relinquitur in potentia, vt dies/ & Agon/ & Olympia. Hae enim in fieri semper cōsistunt, quē cum aliquid habeant actum: alterius sunt in potentia: quomodo dicimus infinitum potentia diuisionis & infinitum potentia appositionis: quia semper fieri possit diuisio/ & semper potentia relinquitur facienda, & semper fieri possit additio: & semper relinquantur addenda. Non autem infinitum potentia diuisionis primo: ita vt infinita actu diuisio facta esse possit. Nam cum magnitudo diuisibilis nō sit in non magnitudines: infinita actu diuisa/ infinitam actu constituisent magnitudinem, quod esse nequit. **Prima conuenientia.** Conueniunt infinitum in potentia in successiuis vt tempore & hominibus: & infinitum potentia in permanentibus, quia vt quicquid est in continue accipiendo vnum post alterum: sic vt nunquā accipiendo alterum deficere possumus, & sunt semper in fieri, vt dies/ & Agon/ generatio & corruptio. **Differunt tamen, quia in successiuis vt tempore: prius acceptum non manet cum posteriore. In permanentibus autē vt magnitudine: prius acceptum bene manet cum posteriore.** **Secunda.** Conueniunt infinitum diuisione & infinitum appositione. Nam ex magnitudinis diuisione accrescit multitudo: & infinitum appositione, quantum enim magnitudinis distrahimus: tantum numerosē multitudinē adiciemus. E diuerso tamē sibi mutuo respondent. Nam illud distrahendo: hoc autem semper apponendo fit. **Tertia diuisio.** Vno modo intelligitur infinitum diuisione sumendo semper partes alicuius determinatē quantitatis: quomodo non est infinitum diuisione. Nam omnis magnitudo finita est, omne autē finitum per determinatē quantitatis ablationem tandem absumitur. Alio modo sumendo partes non quidem alicuius p̄fixe & determinatē quantitatis: sed bene eiusdem rationis (quas partes proportionales vocant) & hoc modo est infinitum diuisione, & tales partes sumendo nunquā a diuisione deficimus. Et ita de infinito appositione, nam vt sumendo partes non alicuius determinatē magnitudinis sed proportionales/ nunquā diuisioni materia deest: ita quoq; neq; appositioni. Hoc tamen interest, quia diuidendo quantalibet magnitudine minorē facere possumus: apponendo autem quantalibet maiorē facere non possumus. Nam vt physici aiunt, nō est corpus caelo maius neq; esse potest. Et si quantalibet magnitudine esset apposita maior: infinitū actu esse oporteret, quod esse nequit, sed est infinitum appositione (vt dictum est) ediuerso infinito diuisione respondens, quanta enim quantitati diuidendo detrahitis: hoc & tanta crescenti ex diuisione multitudinē apponitis. Propter hęc Plato duo infinita fecit: magnum & paruum. Magnum quidem/ quia apponendo videtur in infinitū excrecere. Paruum vero/ quia magnitudo diuidendo videtur in infinitum minui. Quē licet dicat rerū principia: nō tamē illis vititur. Nā vititur principis numeris: in quibus nullū locat in infinitum. Non enim in numeris posuit infinitū diuisione/ quia omnes in unitatē resoluntur: qua nihil minus est. Neq; in ipsis posuit infinitū secundū augmentum: cum ad denarium vsq; numeros solum augeri poterat.

Notarum sexti capitis declaratio:

**De partibus proportionalibus exemplū.** **Vt si linea diuidatur in duas mediētas/ & iterū prima mediētis in duas diuisione/ & ita consequenter vna parte diuidentē vterius secundū eandē proportionē diuidedo.** Tunc partes illae in quas sunt illae diuisiones/ vocantur proportionales: quia eadē est proportio partū cuiuscūq; illarū diuisionū ad suū totū: quae est partium primae diuisionis ad suū. Nam in omnibus diuisionibus partium ad suum totum: proportio est subdupla/ & ergo ille dicantur partes proportionales/ siue eiusdem rationis/ siue partes eiusdem proportionis quod idē est. **Sexti capitis prima diuisio.** **Dupliciter intelligere possumus infinitum esse.** Primo/ infinitum actu & secundo. Et hoc modo probatum est infinitum natura esse non posse. Secundo/ esse infinitū potentia. **Quinto.** Et hoc modo bene est infinitum. Si quis enim poneret nullo modo esse infinitum: multa sequerentur incommoda. **Primo.** Quod tempus/ siue durationis haberet principium & finem (quod supposita mundi aeternitate inconueniens est: vt octauus liber ostendet) & tempus esset ex impartibilibus cōpositum. Nam cum tempus non esset infinitum diuisionē ei non posset semper fieri substratio: quare tandem diuideretur in impartibilia/ & ex illis itidem componeretur. **Secundo.** Sequeretur magnitudines non esse diuisibiles in magnitudines. Nam quia magnitudo non esset infinita diuisionē: diuideretur tandem in impartibilia/ quae non essent magnitudines. Omnis enim magnitudo diuisibilis est: quare magnitudo diuideretur in non magnitudines & etiam componeretur ex non magnitudinibus. **Tertio.** Sequeretur numerum non esse in infinitum augmentabilem. Nam cum numerus non esset infinitus additionē ei nō semper posset fieri additio: quare tandem perueniretur ad maximum numerum qui amplius augeri non posset: quod principij Arithmetici est oppositum. **Prædicta autem inconuenientia si ponatur esse infinitum in potentia amplius non sequuntur.** Si enim magnitudo ponatur esse infinita diuisione: statim notum est omnem magnitudinem semper in magnitudines esse diuisibilem vt ponit Geometra: & nō esse ponendas lineas impartibiles vt posuit Xenocrates. Similiter si ponitur multitudo esse infinita appositione: protinus manifestum est numerum in infinitum crescere: vt ponit Arithmeticus. **Secunda diuisio.** Aliquid dupliciter est in potentia. Primo vt complete id esse sequi possit ad quod est in potentia. Et hoc modo es nondum habens formam statua est in potentia ad illam complete habendam. Secundo; aliquid sic est in potentia vt nunquā complete illius actum habere possit: sed cum aliquid habeat/ aliud relinquitur habendum. Vt quod dicitur dies: aliquid diei habetur et aliquid habendum superest. Et quod dicitur certamen siue ludus vt Olympia: aliquid ludū transtremum est & aliquid superest transgendum. Et hoc modo dicitur infinitum potentia diuisionis: quia facta quacūq; diuisione potest semper vt aliter fieri diuisio. Et infinitum potentia appositionis: quia facta quacūq; appositione potest semper fieri consequenter additio: quare nunquā completa diuisio/ neq; appositio completa haberi potest. Neq; dicitur infinitum potentia diuisionis primo: quia infinita actu diuisio facta esse potest. Nam si infinita actu diuisio facta ponatur: sunt igitur infinita actu diuisa. Et cum magnitudo non sit diuisibilis in non magnitudines: illa infinita actu diuisa sunt magna/ & magnitudinem quae diuisa est composuerunt: ergo cum simul erant inuncta/ constituerunt magnitudinem actu infinitam. Nam in quot diuidis/ eaq; continuum potest: ex totidem ipsi sunt compositum. Et quod ex infinitis actu constat: est infinitum actu. Id autem est impossibile. **Prima conuenientia.** Conueniunt infinitum potentia in successiuis vt tempore & hominibus/ quorum prius non manet cum posteriore: & in permanentibus vt magnitudine cuius pars prior manet cum posteriore. Nam vt quicquid est in continue vnius post alterum accipiente: ita vt alterum consequens accipiendo nunquā deuenitur ad vltimum, quemadmodum fit in die/ in agone/ generatione & corruptione. **Differunt tamen infinita potentia successiuā a permanentibus.** Quia in successiuis pars prius accepta non manet cum posteriore: vt in tempore dies hodiernus non manet cum crastino. In rebus autem permanentibus pars prius accepta bene manet cum posteriore: vt in linea/ prima pars cum secunda/ & tertia. **Secunda conuenientia.** Conueniunt infinitum diuisione & infinitum appositione. Quia ex diuisione magnitudinis in suas partes conjungit multitudo infinita appositione. Decrecente enim magnitudine crescit partium magnitudinis numerus. Nam summo magnitudinē substrahitur: tantum multitudinē apponitur. Hae tamē duo infinita opposito modo se habent. Nam infinitum diuisione fit distrahendo/ infinitum autem additione: fit apponendo. **Tertia diuisio.** Dupliciter potest intelligi infinitum diuisione. Primo sumendo partes alicuius determinatē quantitatis: quae etiam nomine certam diuisiōis quantitatem importante nuncupetur, vt pedale/ bipedale. Et hoc modo non est infinitum diuisione. Nam omnis magnitudo actu finita est: omne autem finitum per determinatē partis ablationem tandem consumitur. Alio modo sumendo partes proportionales/ eandēq; semper ad suum totum proportionem retinentes/ quae nomine ipsarum proportionem ad totum importante explicantur: vt sesquialtera/ tertie/ quarte. Et tales partes sumendo nunquā a diuisione cessatur. Et ita dicendum est de infinito appositione vt numero. Nam vt partes proportionales accipiendo semper diuisio in magnitudine: ita quoq; appositio in numero semper restat facienda. Hae tamē inter diuisionem & appositionem est differentia: quia diuidendo quantalibet magnitudine potest dari minor: vt non sit danda minima magnitudo potentia. Apponendo tamen non semper data magnitudine maior dari potest: cum non sit magnitudo maior maximae magnitudinē coeli: neq; natura esse potest. **Quo si quantalibet magnitudine esset actu apposita maior: illa suae magnitudinis careret extremis/ quare esset infinita actu: quod esse nequit.** Infinitum vero appositione crescit semper addendo: vt nunquā ad maximum deueniri possit: non tamen semper decrescit substrahendo: quia tandem peruenitur ad indiuiduam unitatem. Quare infinitum appositione ipsi infinito diuisione ediuerso responderet. Nam quantum ipsi magnitudinē detrahitur: tantum multitudinē ex magnitudinis partitioe surgenti adicitur. **Propter hęc autem duo infinita scilicet infinitum diuisione & appositione.** Plato posuit duo infinita scilicet magnum & paruum. Magnum quidem: quia apponendo videtur in infinitum excrecere. Paruum vero: quia magnitudo in infinitum minui. Quae quidē infinita scilicet magnum & paruum licet dicat rerum esse principia: non tamen illis vititur. Nam ponit numeros esse principia rerum/ in quibus non ponit infinitum diuisione: quia omnes numeri in unitatem resoluntur quae est minimum numeri & indiuisibile. In numeris etiam non ponit infinitum additione: quia prout secūndum Pythagoricorum sententiam numeros ad denarium vsq; solum augeri posse. **Septimi capitis nota.**

**Quantitatem/ determinatam quantitatem.** **Semper esset extra quae accipere/ si extra quae scimus, quantitates acceptas/ semper alia ab ipsis relinquantur accipiendae.**

**Que dicunt partes proportionales.**

**Inconuenientia q̄ sequitur tollentes vno infinito.**

**Bisariam alio quid dici i potentia.**

**Infinita actu diuisio. f. etia esse non possit.**

**Bisariam infini diuisione fieri posse.**

**Platois de infinitis sententia.**





**S**eptimum cap. continet tres conclusiones, duo correlaria ad primam, & vna ad secundam. **Prima conclusio.** Non recte diffinitur infinitum / ipsi esse dicentes: extra quod accipere nihil est. At potius dicendum esset: cuius est semper aliquid extra accipere. **Prima pars patet.** Quia hec diffinitio continet totum & perfectum: quae finita sunt. Nam id totum & perfectum dicimus cui nihil deest: neque est eius aliquid extra accipere, vt totum & perfectum hominem / totam & perfectam arcam, totum enim & perfectum aut omnino eadem sunt: aut parum inter se differunt. Non enim extra vniuersum est accipere aliquid: & si finitum sit. Non igitur recte diffinitum est infinitum: quod sit extra quod nihil est accipere. Secunda diffinitio patet. Nam annulos consueuerunt dicere infinitos: quod voluendo extra partem captam / semper sit aliam accipere. Signum est igitur infinitum potius dici debere: extra quod semper est aliquid extra accipere. Hoc tamen infiniti & huiusmodi annulorum interest: quod infiniti semper est aliud accipere / nunquam prius acceptum repetendo: non autem annulorum. Nam preaccepte partes iteratis repetuntur vicibus. **Primum correlarium.** Quapropter recte poterit diffiniri infinitum: vt dicatur esse cuius est semper aliquid extra accipere. **Secunda diffinitio.** Vnde fit vt Parmenides totum vniuersum vniui esse & finitum rectius opinatus sit Melisso ipsum vnum & infinitum esse dicente. Nam quomodo cum sit cuius semper est aliquid extra accipere: vnum erit? Et quomodo infinitum totum continuabitur: cum non omnino lignum quidem omni ligno continuetur. **Secunda conclusio.** Non recte dicunt infinitum omnia continere & in se omnia habere: propter similitudinem quam ad totum habet & perfectum. **Nam potius rationem habet partis vt materiae / & imperfecti.** Nam vt materia potentia est: & non actus. Ita infinitum solum potentia est: & diuisione & appositione: & non infinitum actu, & si totum est infinitum: hoc non est secundum se / sed secundum alterum: vt diuisione aut appositione / quae quidem non continet: sed potius a toto continetur, vt materia quot species extra habitas accipiat ignota est: ita infinitum vt infinitum ignotum est. Habet igitur infinitum potius rationem partis & imperfecti, quapropter non recte dixisse videntur propter totius similitudinem & perfecti: ipso omnia contineri. **Correlarium.** Vnde fit etiam vt Plato qui magnum & paruum infinita ponebat & vt materias: inconuenienter dixisset ea / omnia continere. **Nam inconueniens esset / ipsa intelligibilia quae perfectissima & determinatissima sunt: contineri.** **Ignotum enim & indeterminatum continere & determinare nequit.** **Tertia conclusio.** Non sine ratione euenit magnitudinem secundum paruitatem in infinitum abire secundum autem excessum appositionem in infinitum abire: non posse. Et e contra in numeris ad minimum deuenire: ad maximum vero deueniri non posse. Nam materia sub magnitudinis clausa / eum ea semper praestat diuisibilibus. At vero secundum excessum non abit in infinitum. Nam quantacumque magnitudo sensibilis esse potest: tanta est actu. Non enim maior esse se potest. Itaque magnitudinem secundo non occurrit minimum: adiciendo tamen peruenitur ad maximum. Quod vero in numeris e contra eueniat: hoc ideo est / quia numerus est unitates multae. Nam binarius a duobus denominatur unitatibus / & ternarius a tribus / & ita de reliquis. At vero unitas quaecumque sit / impartibilis est secundum numerum: vt vnus homo vnus est homo & non multi homines: & numerus in unitates secatur, ad minimum igitur in numeris secundo deuenitur, apponendo tamen semper relinquuntur potentia maior. Nam ex partium magnitudinis decisione deuenitur, apponendo quia sit huiusmodi infinitas actu: sed potentia & semper fieri: sicut tempus & numerus temporis. Et quibus infinitum potentia / & motui & magnitudinis & temporis conueniat: non tamen intelligi debet vt quaedam natura illis inexistens, sed magnitudo suapte natura hoc modo infinita esse videtur: & per eam motus / generatio / corruptio / alteratio: quia illi conueniunt sunt: & tempus per motum. Haec tamen posterius euadent manifestiora.

Notarum septimi capituli declaratio.

**Infiniti secunda diffinitio.** Cum diffinitur infinitum actu esse cuius quantitate accipientibus semper sit extra aliquid accipere: quantitas illi sumitur pro quantitate determinata / vt pedali aut bipedali. **In infinito autem actu semper esset extra accipere si praeter quascumque quantitates determinatas ante acceptas / semper alia ab ipsis prius acceptis quaedam supersint accipienda.** Vt si praeter quoscumque pedales prius acceptas aliae pedales superaret accipienda / et praeter quoscumque cubitales / aliae cubitales. Quare extra non denotat partes quae non sunt in ambitu infiniti: sed quae sunt in infinito praeter prius acceptas. **Infinitas / atque abstractum est: idem significans quod infinitudo.** **Septimi capituli prima conclusio.** Antiqui non bene diffinuerunt infinitum: quod sit extra quod accipere nihil est. Sed potius sic diffiniri debuerunt: infinitum est cuius est semper aliquid extra accipere. **Prima pars patet.** Quia haec antiquorum diffinitio conuenit toti & perfecti: & tamen eis non conuenit diffinitum: quia finita sunt actu. Id enim totum & perfectum dicitur cui nihil ad suam perfectionem requisitum deest: neque aliqua eius pars extra ipsum sumenda est. Vt totum & perfectum hominem dicimus: cui nihil ad hominis constitutionem necessarium deest. Sic totam & perfectam archam: cui nihil ad archae integritatem requisitum deest. Totum enim & perfectum aut omnino eadem & synonyma sunt: aut parum inter se scilicet ratione sola differunt. **Præterea eadem annuli ad idem infiniti diffinitio conuenit vniuerso.** Nam nulla vniuersi pars extra ipsum vniuersum sumi potest: & tamen vniuersum est infinitum conuenit: igitur antiqui non bene diffinuerunt hoc modo infinitum. **Secunda pars patet:** quia solent homines annulos vocare infinitos: eo quod voluendo extra partem ante acceptam semper sit alia pars tanta & ei continua accipienda: quemadmodum lineam rectam vniuersam dicunt finitam: quia non semper extra partem ante acceptam alia pars in continuum directa superest accipienda. Signum est igitur quod potius id debet dici infinitum: extra quod semper aliud est accipiendum. Haec tamen inter annulum & infinitum actu est differentia: quod in infinito

**q. in infinito semper alia pars restat accipienda / non repetendo partem prius acceptam.** Non autem in annulis, nam in illis partes prius acceptae repetitis vicibus iterum accipiuntur. **Primum correlarium.** Quare infinitum actu recte diffinitur esse id / cuius quantitas determinata accipientibus semper alia pars determinata superest accipienda. **Secundum.** Vnde fit vt Parmenides minus irrationabiliter posuerit vniuersum esse vnum & finitum: Melissus vnum & infinitum. **Nam cum vniuersum sit infinitum secundum Melissum: eius semper est aliquid extra accipere per diffinitionem quare non erit vnum / quod est contra eundem Parmenidem. Praeterea non omnino omnino continuo quae sunt similis naturae. A fortiori igitur neque omnia vniuersi ambui contenta & natura diuersitate discrepantia / adiuuicem continua sunt: quare totum vniuersum non est continuum: igitur neque infinitum actu. Necessesse est enim infiniti partes adiuuicem continuas esse. **Secunda conclusio.** Non recte dicunt antiqui infinitum omnia continere: propter similitudinem eius ad totum & perfectum. **Nam infinitum eo modo quo esse potest (scilicet infinitum quinto / potius habet rationem partis in quam sit diuisio / aut secundum quam sit appositio quae totius. Etiam potius habet rationem imperfecti: cum in ipso semper imperfecta sit diuisio & appositio / quae perfecti. Insuper infinitum potius rationem habet materiae quae formae. Nam sicut materia potentia solum est & non actus: & quotcumque formas suscipiat: nata est alias semper accipere. Sic infinitum solum potentia est & non actus. Nam quacumque diuisione facta aut appositione / potest aliam diuisionem aut appositionem habere. Et quis totum vt tota linea & totus numerus sit infinitum: hoc tamen non est secundum se & quaterius totum / sed secundum alterum scilicet partes suas in quas sit diuisio aut quarum sit appositio. Et ipsa partium diuisio aut appositio non continet aliud: sed potius a toto continetur. Et sicut ignotum est quot formas substantiales prius non habitas materia in tota temporis successione sit susceptura: ita quot potest fieri infiniti potentia diuisiones: quot in eo partium appositiones etiam non constat. Nam infinitum vt infinitum ignotum est, habet igitur infinitum potius rationem partis / materiae & imperfecti. **Correlarium.** Quare etiam Plato ponens magnum & paruum infinita esse materias rerum: non recte dixisset illa duo continere omnia. Nam ignotum & indeterminatum non potest continere perfectiora & determinatiora. Continere enim perfectioris est: contineri vero imperfectioris. At magnum & paruum sunt ignota & indeterminata: quia infinita. Intelligibilia autem & entia supramundana sunt perfectissima & determinatissima. **Tertia conclusio.** Igitur magnum & paruum infinita Platonica non continent intelligibilia: non igitur omnia continere possunt. **Tertia conclusio.** Rationi consentaneum est magnitudinem diuisione in infinitum decrescere: appositione autem in infinitum augeri non posse. Contra vero numerum in infinitum crescere appositione: non autem in infinitum minui diuisione. **Nam materia magnitudinis conuenit: & semper eum ipsa est diuisibilis.** Magnitudo autem non diuiditur in non magnitudines: igitur in quascumque partes diuiditur illa sunt vltius diuisibiles: & per consequens magnitudo decrescit in infinitum. Augendo tamen non proceditur sine statu. Quia tandem peruenitur ad tantam actu magnitudinem quantum esse potest: vt pote ad magnitudinem caeli quia natura maior esse non potest. **Numerus autem cum diffinitur esse multitudo ex unitatibus aggregata / est multae unitates: vt binarius est duae unitates / ternarius tres: quae ex tribus / ille ex duabus componatur unitatibus. Unitas autem (vt ponit Arithmeticus) secundum multitudinem indiuisibilis est: sicut punctum est imparibile secundum magnitudinem. Sicut enim vnus homo / vnus est homo & non plures homines: ita vnitas omnis / vna est vnitas: & non multae unitates. Numerus autem in unitates resoluatur: cum ex illis componatur. Igitur in numeris deuenitur ad minimum diuidendo. Non tamen addendo peruenitur ad maximum: quia ex diuisione magnitudinis semper decrescentis: numerus semper augetur per appositionem: non quidem quia sit numeri infinitudo actu / sed potentia & semper in fieri: sicut tempus & motus caeli. Et quis infinitum potentia siue quinto modo: & motui & magnitudinis & temporis competat: non tamen intelligi debet ipsum infinitum vt forma quaedam accidentaria eis inexistens: & ab ipsis diuisa: sicut accidens a suis subiectis. Sed magnitudo & infinitum idem sunt res ipsae: sola ratione differunt: sic motus & infinitum / similiter tempus & infinitum. Et magnitudo seipsa & non per alterum est infinita. Et per ipsam magnitudinem motus dicitur infinitus: vt generatio / corruptio / & alteratio: quia hi motus conueniunt sunt magnitudini in eodem subiecto. Tempus autem est infinitum per motum: quia est numerus motus, vt sequentia ostendunt.******

Octauum capituli nota.

Intrinsicus terminus corporis: superficies conuexa.



**Octauum caput continet sex rationum quarti capituli solutiones.** **Prima rationis solutio,** tempus & motus infinita sunt potentia: & semper in fieri / posteriora cum priori non manente, & quibus illas partes cogitatione captamus: simul tamen non permanent. **Secundae solutio.** Magnitudo nec actu diffinitio ne infinita / neque intelligentia in infinitum aucta est: sed vt dictum est potentia infinita. **Tertia solutio.** Non vt generationes & corruptiones aliquando casure non deficiant: ponenda est materia actu infinita. Nam quam portumcullam materiae vnum in corruptione deponit: alterum eandem in generatione assumit. **Quarta.** Falsum est omne corpus finitum ad aliud corpus esse terminatum. Est enim aliquid suo intrinseco termino & finitum & terminatum. Vnde aliud est aliquid finiri & ab alio tangi, qui enim dicunt omne corpus finitum ad aliquid finiri: volunt intelligere ad aliquid quod ipsum tangat: quod non oportet. Nam vt finitur: satis est (vt dictum est) ipsum sua superficie terminari. **Quinta.** Huiusmodi intelligentiae credere inconueniens est. Non enim idcirco si cogitatione atque intellectu rei excessum aut defectum apprehendo: protinus est rei excessus aut defectus, vt si te extra urbem cogitatione & intellectu effingo: & te ad caelum vsque magnitudinem excrecere: non protinus extra urbem existis / & capitis vertice caelum concutis: sed solum tantus eris / quibus prius extiteras. Nam esse res a nostra cogitatione & intellectu non pendunt. Ita neque huiusmodi spirituum quod extra caelum cogitatu effingunt. Cum enim quis aliquid cogitat: si ita sit vt cogitat / accidit

Cui infiniti potius asimilatur

Magnitudinem in infinitum tamen minus sed non semper decrescere posse.

Numerum in infinitum augeri sed non semper decrescere posse.

**¶ Sexte.** Non ponere infinitum actu nulla incommoda sequuntur. Nec Matheos aufert consideratio nem. Nam Mathematici nec infinito actu in suis demonstrationibus egent/ nec utuntur: sed q̄ tacumq; volunt q̄titate finita. Neq; curant an talis alicubi & alicui insit: sed eam q̄tatumq; volunt suis demone strationibus aptam/cogitatione effingunt. **¶ Ex** his perspicue esse possunt rationum si. perius positarum & similium solutiones: & quomodo infinitum in materiam & causam materialem potius reducendum sit, q̄ in aliarum causarum vllam. Quapropter satis in conuenienter semper ab ipsis dictum apparet: infini tum continere & terminare, cum forme potius sit continere & terminare.

**¶ Tertii Physicorum finis.**

**¶ Notarum octavi capitis declaratio.**

**¶ Superficies conuexa dicitur terminus intrinsecus corporis: quia est in corpore quod terminat vt subiecto. Vt superficies conuexa ignis in igne/ Matheos disciplina Mathematica/ quae de quantitate determinat.**

Prime ratio nis solutio.

**¶** **O**ctauum caput soluit sex rationes infinitum esse probantes in quarto huius libri capite positas. **¶ Prima solutio.** Tempus & motus sunt infinita potentia diuisionis: quia semper eis potest fieri subtractio. Et eorum vtrumq; semper est in fieri & continua successione/ posteriori parte cum priori non manente. Et quis mens nostra ipsius temporis partes simul apprehendat & sine successione/ sicut continencia intelligit non continenter: partes tamen temporis non simul permanent reipsa. **¶ Secunde solu tio.** Magnitudo non est actu in infinitum diuisa: sed solum potentia in infinitum paribilis / neq; etiam est cogitatione & intellectu in infinitum aucta. Nam quantacumq; magnitudinem mens ipsa effingit: illa finita est. Sed quemadmodum prius dictum est / ma gnitudo est potentia diuisionis infinita. **¶ Tertie solutio.** Non est ponenda materia actu infinita: vt perpetua sint secundum succe sionem rerum generationes & corruptiones. Nam licet in omni generatione accipitur pars materiae illa tamen non est semper di uersa a materia prius accepta sed sepius eadem numero. Quam enim materiae portionem relinquit forma quae deperditur: eandem numero accipit forma quae acquiritur. Vt quam dimittit lignum quod coburnitur: eandem sumit ignis qui ex eo cogitur. **¶ Quar te solutio.** Non est concedendum q; omne corpus finitum terminetur ad aliud corpus extrinsecum. Nam aliquod est corpus finitum quod solummodo terminatur sua superficie conuexa: vt pote vltimum caelum quod nullum habet corpus supra se. Vnde aliud est aliquod corpus finiri & ab alio tangi. Vt enim corpus finitur: non eget corpore extrinsecum. Vt vero tangatur: eget. Et qui dicunt omne corpus finitum ad aliquid finiri debere: intelligunt ipsum finiri debere ad aliquid quod ipsum tangat: id autem non oportet. Nam vt corpus finitur: satis est ipsum sua superficie conuexa terminari: quis nullum habeat extra se corpus a quo tangatur.

Secunde.

Tertie.

Quarte.

Quinte.

Sexte.

**¶ Quinte solutio.** Non est credendum huiusmodi intellectui qua intellectus effingit extra caelum esse spacium infinitum. Non enim oportet si intellectus alicuius rei ingentem molem aut exiguam apprehendat: protinus esse huiusmodi magnitudinem aut paruit atem. Vt si quis intelligat alterum esse extra urbem aut vertice sydera tangere: non protinus oportet alterum esse extra urbem/ aut summitate capitis caelum attingere. Nam res ipsas esse aut non esse: non dependet ab intellectu nostri apprehensione. Ita neq; huius me di spacium quod extra caelum esse consingitur: pendet a nostra cogitatione. Si quis enim aliquid cogitat: & ita res se habet vt cog itat/ id accidit. No enim qd cogitat/ res ita est sed qd res ita est: ideo vere cogitat/ quoadmodu de enuntiatione vocali costumiter dice ret. **¶ Sexte solutio.** Si non ponatur infinitu actu esse: nulla sequuntur inconuenientia. Neq; id Mathematicae discipline tollit contem plationes. Nam Mathematici non utuntur infinito actu in suis demonstrationibus: quin potius ipsum suis definitionibus vt linea/ superficie/ corporis/ figurae omnino excludunt. Sed utuntur quantitate finita/ sine magna sine parua vt volunt: non curantes an ta lis magnitudo sit in aliquo loco aut in subiecto. Nam a subiecto & materia cogitatione & intellectu abstractunt. Et eam quantita tumq; petunt (semper tamen finitam) suis demonstrationibus conuenienter effingunt. Ex dictis manifesta sunt rationum pri us positarum solutiones: & quo pacto infinitu potius reducendum sit in causam materialem: q; formalem/ efficientem vel finalem. Est enim quicq; infinitum ratione suorum partium / quae sunt materia totius. Quare satis inconuenienter ab ipsis dictum videtur: q; infinitum terminet & contineat: cum ipsius materiae potius sit contineri & terminari. Continere autem & terminare: ipsius forme sit proprium.

**¶ Commentarij in tertium Physicorum finis.**

**¶ Primi capitis quarti physicorum nota.**

**¶ Quomodo tan per se/ an in alio subsistens. ¶ Naturam loci quae res sit locus. ¶ Hermolaus scandulae imbricamentaq; ediu.**

**¶ Alia natura/ alterius naturae & rationis res. ¶ Elementum/ id simplex quod rei constituit essentiam.**



Vartus liber Physicorum continet decem & quattuor capita. Primum cap. duas conclusiones, duas ratios ad primam, duas ad secundam, quattuor ra tiones locum esse probantes: & sex ipsum non esse contententes. **¶ Prima conclusio.** De loco si est / quomodo / & quid est: Physica consideratio est.

**¶ Primo.** Quia omnes Physici res naturales existimauerunt esse in loco, na quia viderunt ea quae non sunt / vt Hircoceruus & Sphinx/ nusq; esset/ credi derunt omnia quae sunt / oportere in loco esse. **¶ Secundo.** Quia de motu Physica determinatio est. At motus rebus naturalibus communissimus & primus: motus est qui secundum locum dicitur: quod sine loci cognitione de prehendi no pot. Est igit de loco Physica consideratio. **¶ Secda.** Consideratio de loco ardua atq; difficilis est. **¶ Primo.** qd ex pprietatib; loco contentibus no facile est natura eius (vt paulo post ostendetur) apprehendere. **¶ Secundo.** Quia ab antiquis nihil nobis

certum (quod in quae site rei cognitionem ducat) relatum est, determinauerunt quidem & de loco: sed om nia dubitata atq; perplexa relinquentes: nihil exquisitae perquisierunt. **¶ Quattuor rationes locum esse probantes.** **¶ Prima.** Corpora sibi inuicem succedunt: vt vbi prius erat aer modo sit aqua. At in quo ita sibi succedunt/ locus est: vtriusq; successiue receptaculum. Sicut dolium successiue diuersos liquores reci piens. Est igitur locus, & non modo est: sed & est a quolibet eorum quae alternatim suscipit/ alterum. **¶ Se cunda.** Vnumquodq; Physicorum corporum non prohibetur in suum locum ferri, vt ignis sursum/ terra & graui deorsum: in quo lata conseruantur. Est igitur locus: & no modo est/ verum vim quandam locatorum conseruatricem retinet. Cuius differentie sunt: sursum/ deorsum/ ante/ post/ dextrum & sinis trum. Quae aliquando ad nos relatione facta sumuntur, vt quod mihi sursum est: si scandulas conscende ro: sit deorsum, & quod deorsum: si cliuum descendero: sit sursum, & quod ante: me ad oppositum verso: sit post, & quod mihi est dextrum: si me vertereo/ sit sinistrum. Sed haec in natura non sic sunt: sed determi nata est differentia, vt sursum natura: ad quod leuia (vt ignis) ferri nata sunt, & deorsum: ad quod graui (vt terra) natura feruntur. Quod haec in natura & nobis non similiter sint ostendunt Mathematica, quae cum omnium confessione in loco non sint: ea tamen ad nos & dextra & sinistra cogitatione effingimus. **¶ Tertia.** Antiqui vacuum posuerunt in quod corpora reciperentur/ & quod locum nuncupabant: quem locum tunc dicebant vacuum cum corpore priuaretur. Signum est igitur locum esse. **¶ Quarta.** Etiam auctoritate vetustissimi Poete locum esse confirmatum est. Inquit enim Hesiodus peruetustus Poeta pri mum fuisse Chaos/ rerum omnium receptaculum & locum: qui videtur opinionem secutus (quam & alio rum multi) omnia alicubi & in loco esse. Qui si esset locus (vt Hesiodo visum est) mirabilis loci potentia: quae omnium prima est/ & qua non existente: vt nulla alia sint necesse est, ipso vero existente: non idcirco sint alia. Posuit enim Chaos (priusq; res ceterae essent) primum. **¶ Sex** rationes locum esse tollentes. **¶ Pri ma.** Quod locus non sit videtur primo. Quia aut locus esset corpus/ aut alia a corpore natura. Non cor pus: quia cum locus & locatum simul sint/ & locatum in loco recipiatur: duo corpora simul essent: quod est impossibile. Neq; alia a corpore natura, nam tres dimensiones habere soli corpori proprium est. At ve ro locus tres dimensiones habet: longitudinis/ latitudinis/ & profunditatis particeps. Non est igitur alia a corpore natura. **¶ Secundo.** Si ponas locum corporis receptaculum: eadem ratione & superficiei & li neae/ & puncti ponas locum. Par enim/ eademq; ratio est. Sicut enim vbi prius erat aqua/ postea ponas esse aerem: etiam vbi prius aquae superficies/ linea/ & puncta & postea illic aeris superficies/ linea & pun ta, sed puncti non est assignandus locus: nullam enim dimensionem habet, igitur neq; corporis neq; ali cuius aliorum. **¶ Tertio.** Quidquid est: aut est elementum aut ex elementis: quod & verum est & de corpo reis & incorporeis. Nam corporeorum corporea sunt elementa/ & incorporeorum incorporea. At locus neq; elementum neq; ex elementis est. Non enim incorporeorum: quia ex incorporeis & intellectu ali bus elementis nulla prodit magnitudo. Nec corpus: nam esset corpora in se recipiens/ quod esse nequit. **¶ Quarto.** Qui locum ponunt: causam locato faciunt. Sed neq; materia/ neq; species/ neq; efficiens/ neq; eius finis esse videtur: dicat quam velint! Non est igitur ponendus locus. **¶ Quinto.** Efficax & vigorem suum retinet Zenonis ratio. Si enim posueris locum esse aliquid: sic dictum refellet Zeno. Quidquid ali quid est: in loco est, locum autem esse aliquid, igitur locus in loco est, qui alter locus eadem ratione in loco est: & hoc in infinitum abiret/ quod est impossibile, nihil igitur est locus. **¶ Sexto.** Qui ponunt lo cum: omne corpus ponunt in loco esse/ pariter & in omni loco corpus. De rebus igitur quae augentur & crescunt/ q̄tum additur corporis tantumdem addere & loci oporteret: & pariter cum corpore locum cre scere. Nam neq; maior neq; minor corpore locus debet esse, quod facile non est videre quin potius videtur impossibile. Sane igitur non videtur locum esse.

**¶ Notarum primi capitis quarti Physicorum declaratio.**

**¶ Cum** in prima conclusione textus dicit: quomodo est locus/ intelligitur an locus sit per se subsistens / an in alio. **¶ Cum** vero se cunde conclusionis prima ratio dicit: non facile est naturam eius apprehendere/ intelligitur: non facile est quae res sit locus cognoscere. **¶ Hermolaus** barbarus nostra tempestate doctrina insigni: Physicans paraphrasim Theophrasti in latinam linguam ex graeca Hermolaus traduxit/ in qua circa hunc locu his vtitur verbis. Scandulae imbricamentaq; edium. Scandulae quidem gradus sunt: q; his altior barbarus. rem locum conscendamus. Imbricamenta vero sunt impluua sine stillicidia: q; in eis imbres recipiuntur: quae & imbrices dicuntur. Quid scandu tur. **¶ Cum** prima ratio probans locum non esse dicit: aut locus est alia a corpore natura / id ita intelligitur: aut locus est res altera le riuus rationis & naturae q; corpus. **¶ In** tertia autem ratione locum interimente/ elementum pro substantia simplici sumitur: quae Quid imbria rei cuiuspiam constituit essentiam. **¶ Hircoceruus/ monstrum** est (vt ferunt) partim Hirca & partim Cerui figuram habens / & camenta. graece Tragelaphus dicitur. **¶ Sphinx** itidem monstrum est: quod fingunt faciem habere virginis/ pennas auium/ & pedes leonis. **¶ Hircoceruus:** **¶ Hesiodus/ poeta graecus.** **¶ Sphinx:**

**¶ Primi capitis quarti Physicorum prima conclusio.** **¶ Ad** Physicam spectat determinatio de loco: vtrū loc⁹ est/ quō est/ & quid est. **¶ Primo.** Quia oēs naturā rerū indagatores crediderūt (¶ recte) eas esse in loco: Quia enim cōspexerūt ea q̄ nō sūt quae hāc sūt Hircoceruus/ Sphinx ¶ huiusmodi mōstra multiformia: quae natura esse nō possunt/ non esse in loco: idcirco crediderunt om nia quae sunt/ esse in loco. Sed non recte id crediderunt. Nam suprema sphaera (vt postea ostendetur) in loco non est. Neq; etiam recte ar gumentantur: Nam ex destructione antecedentis procedunt ad destructionem consequentis. **¶ Secundo.** Quia physici est de motu

determinare. Præcipuus autem motum rebus naturalibus omnibus conueniens, est motus secundum locum: qui sine loci cognitione haberi non potest: igitur ad physicum spectat determinatio de loco. **Secunda conclusio.** Consideratio de loco est ardua & difficilis: ut exacte quid sit locus inueniatur. **Primo.** Quia ex proprietatibus loci non facile est quid sit locus cognoscere. Ex aliquibus enim proprietatibus videtur locus esse materia: quia scilicet recipit in se locata. Et ex aliquibus esse forma: quia locata conferuat & terminat. **Secundo.** Quia licet antiqui de loco determinauerint: omnia tamen ambigua & problematica relinquentes, nihil certum quod veritati cognoscendæ conduceret tradiderunt. **Quattuor rationes locum esse probantes.** **Prima.** Corpora vicissim idem spacium occupant: ut ubi prius fuerit vnum corpus/ postea sit alterum. Id autem in quo vicissim corpora recipiuntur: locus est/ successive vtrumque continens, quemadmodum dolium prius aquam recipiens/ & deinde vinum: igitur locus est. Et non solum est locus: sed etiam reipsa alterum est a quolibet eorum quæ in se recipit: quemadmodum dolium est aliud a vino/ & ab aqua. **Secunda.** Vnquam res naturalis extra suum locum existens & non prohibita/ in suum locum fertur. Vt ignis mouetur sursum/ & terra (sicut cætera graua) in locum deorsum: in quem ubi mota fuerint/ conferuantur in eo. Est igitur locus/ & in super vim corpora locata conferuandi (potissimum naturalis) habet. Differentiæ autem loci sunt: sursum/ deorsum/ ante/ post/ dextrum/ & sinistrum. **Quæ interdum sumuntur comparatione ad nos habitæ,** ut sursum dicatur/ quod capiti supereminet: deorsum vero/ quod pedibus substratum est & subiacet. Et hæc varietates sunt & indeterminate: nam eisdem successive diuersæ sunt. Nam quod mihi nunc sursum est: si gradus ascendero/ sit deorsum. Et quod nunc mihi deorsum est: si cliuim/ declinuerim: loci descendero/ sit sursum. Et quod mihi nunc est ante: ubi ad oppositum versus fuero/ sit retro. Et quod nunc dextrum: si me conuerterio/ sit sinistrum. **Sed hæc differentiæ non ita in natura sese habent sed determinatæ sunt:** ut sursum natura est ad quod locata feruntur: ut concauum uel cæli lune. Deorsum autem natura est ad quod graua feruntur: ut concauum aquæ. Et hæc differentiæ non consimiliter sese habeant in relatione ad nos & in natura ostendunt Mathematica: ut circuli trianguli & cætera figurarum genera, quæ omnium iudicio non sunt in loco: & tamen illa/dextra ad nos & sinistra cogitatione atque intellectu effinguntur. **Tertia.** Antiqui posuerunt corporum receptaculum: quod cum corpore priuaretur/ appellabant vacuum: cum vero corpora in se recipiebat/ appellabant locum: igitur locus est. **Quarta.** Hesiodus antiquus poeta posuit primum esse chaos in quo omnia continebantur, & (quemadmodum cæteri) dixit omnia esse in loco: Quæ Hesiodi sententia si verè esse ponatur: mirabilis esset loci vis & efficacia. Vt qui omnium rerum esset primus/ & quo non existente necesse esset alia omnia non esse: existente tamen loco: non necesse est protinus alia existere. Posuit enim Hesiodus Chaos (quo nomine locum vocabat) anteq̃ aliæ res essent fuisse primum. **Sex ratio nes probantes locum non esse.** **Prima.** Si locus esset/ aut esset corpus aut aliud quicquid a corpore. Non autem potest locus esse corpus: quia cum locus & locatum simul sint: duo corpora se occuparent. Neque est aliud a corpore. Nam soli corpori conuenit/ habere tres dimensiones scilicet longitudinem/ latitudinem & profunditatem. Locus autem illas tres habet dimensiones. **Et hæc dissoluitur** admittendo locum esse aliud a corpore: negando tamen locum tres habere dimensiones. Nam cum sit superficies/ solum habet longitudinem & latitudinem. **Secunda.** Si ponatur locus esse receptaculum corporis: eadem ratione superficiei lineæ & puncti erit assignandus locus. Atqui ipsius puncti nullus recte locus assignauerit, ut quod magnitudinis sit expertus: igitur neque corporis. **Et hæc diluitur** admittendo corporis: id est substantiæ corporeæ locum esse receptaculum: negando tamen corporis id esse quantitatis corporeæ atque profunditatis locum per se esse receptaculum. Nam dimensiones sunt instrumenta existendi in loco: quibus sublatis amplius res non sunt in loco. Et non sunt dimensiones in loco nisi per accidens more cæterorum accidentium. Quare negandum est superficiei lineæ & puncti ponendum esse locum. Licet enim ubi prius erant aquæ superficies lineæ & puncta: postea sint aeris superficies/ lineæ & puncta tanquam extrema & termini magnitudinum in his quorum sunt termini: non tamen ut locata in suis locis. Nam solæ substantiæ per se sunt in loco. **Tertia ratio.** Quicquid est/ aut est elementum & simplex: aut ex elementis compositum. Quod quidem verum est & de corporeis entibus & incorporeis. Nam corporea ex corporeis componuntur elementis, & incorporea ex incorporeis. At locus neque est elementum neque ex elementis. Non enim est locus ex principijs incorporeis. Quia ex incorporeis elementis nulla procedit magnitudo. Locus autem quemadmodum magnitudo est. Neque componitur locus ex elementis corporeis: quia tunc esset corpus/ & cum corpora in se recipiat/ duo corpora simul essent: quod est inconueniens. **Et hæc dissoluitur** admittendo quod primo loco assumptum est de substantijs & non de accidentibus. Locus autem est accidens. Quare id ad locum non recte applicatur. **Quarta.** Qui ponunt locum esse: dicunt ipsum esse causam locati. Sed neque locus est causa eius materialis/ neque formalis/ neque efficiens/ neque finalis. Non enim videtur quæ illarum posset assignari, igitur non est locus. **Sed hæc diluitur** concedendo locum esse causam efficientem locati: aut conferuantem/ si sit locus naturalis: aut corruptentem/ si sit violentus. **Quinta** est ratio Zenonis. Quicquid aliquid est in loco est, locus autem est aliquid: igitur locus est in loco. Et ille alter locus eadem ratione est in loco/ & ille iterum in alio: & ita in infinitum procedendo. Id autem est impossibile: igitur non est locus. Et hæc soluitur negando id quod primo loco assumitur. Nam vltima sphaera non est in loco: neque etiam accidens/ saltem per se. Quare etiam negandum est quod concluditur. **Sexta ratio.** Qui ponunt locum esse: dicunt omne corpus in loco esse/ & in omni loco esse corpus. Ergo cum res animate augetur: quantum additur corporis/ tantumdem addere & loci oportebit: alioquin aliquod corpus esset sine loco. At quo modo locus crescat/ non facile esse percipere/ quin potius id impossibile videtur: igitur non est ponendus esse locus. **Et hæc quidam dissoluitur** admittendo omne corpus naturale esse in loco (nam de cælesti id non oportet vnuerfaliter) & in omni etiam loco esse corpus: alioquin esset vacuum. Cum autem res naturalis augetur: admittitur locum effici maiorem/ non quidem per augmentationem. Nam augmentatio soli conuenit corpori: sed per corporis locantis (quod locato cedit ut mollius solidiori) diuisionem. Et ex hoc nullum sequitur inconueniens.

**Secundi capituli nota.**

**Timeus/ liber a Platone a Timeo loco Pythagoreo sic inscriptus.** **Res/ res naturalis**



**Secundum cap. continet vnã diuisionem, duas de loco opiniones, vnã conclusionem, & sex ad eam rationes.** **Diuisio.** Quidam est locus communis: qui plura continet corpora, ut aliquid est in celo/ quia in igne: illic vero/ quia in aere: in aere quia in terra, aliter est proprius in quo locatum primo inest: ut locus nihil præter se immediate continens. **Duæ de loco opiniones.** **Prima** est dicentium locum esse formam. Quia forma est que terminat: imo est primus rei terminus. Et locus est primus locati terminus: erit igitur locus forma. **Secunda** est dicentium locum esse materiam: quia locus videtur esse distantia magnitudinis: que quidem materia est/ que a magnitudine altera est: contenta terminis & speciebus/ & que de se finita non est: a cuius sphaera si remoueantur species & termini: nihil præter materiam in formam/ in terminam & magnitudinis spacium relinquatur. **Et hæc opinionis fuit Plato:** solus quid esset locus dicere aggressus. **Dicit enim** in Timeo materiam receptaculum & locum esse idem: Et in dogmatibus que agrapha nuncupantur: receptaculum/ & locum idem. Et hæc & similia de loco dicta/ difficilem faciunt eius determinationem. **Conclusio.** Neque locus species est: neque materia. **Primo** quia materia & forma a re non separantur: locus autem separatur, ut ubi prius fuit aer/ nunc est aqua/ & sepe e contra: quemadmodum prius dictum est, igitur locus neque species neque materia est. Quapropter etiam neque locus sui locati pars: neque habitus/ neque passio erit: est enim separabilis ab ipso toto. **Secundo.** Locus per similitudinem est vasi ut cado continenti: vas autem eorum que continet nihil habuit/ id est neque locus locati. Non est igitur locus/ aut eius species aut materia. **Et** (si a proposito licet digredi) mirabile est quomodo Plato numeros (quos dicebat rerum species) non diceret esse in loco: cum diceret eos materia ut magno & paruo participaturos. & materiam in Timeo dicat esse locum. **Tertio.** Quia res in suos locos feruntur. In suam autem speciem aut materiam nulla res fertur: habent enim eam intra se, igitur locus neque species neque materia est. **Quarto.** Sursum & deorsum differentiæ sunt locorum. Non autem species aut materiæ: igitur locus neque species neque materia est. **Quinto** ut si dicas locum speciem aut materiam esse: mouebuntur loci & locus in loco erit. Transmutantur enim simul cum re & species & materia/ & ubi res ipse sunt: ibi pariter assunt: hæc autem absurda. **Sexto.** Si locus esset species: cum ex aere sit aqua perditus esset locus pariter & corruptus: nam corrupta est species, hoc autem non oportet: quia potest aqua in eodem loco in quo prius aer fuerat (ut ipsi concedunt) esse. Non est igitur locus species. **Notandum secundi capituli declaratio.** **Timeus/ liber est Platonis** in quo de rebus naturalibus earumque proprietatibus disertè sic nominatus a Timeo præceptore eius: qui fuit genere locrus/ & secta Pythagoreus. **Timeus.** **Res in littera non generantur/ sed dumtaxat pro re naturali sumuntur.** **Secundi capituli diuisio.** **Quid est locus communis: qui multa continet corpora/ quorum quodlibet est actu & non alterius pars: Quid locus est in terra. Alius est locus proprius cui ipsi locatum primo & immediate inest: ut concauum aeris nihil præter hominem imo mediate continens.** **Duæ de loco opiniones.** **Prima** est dicentium locum esse formam substantialem. **Quia** (ut aiunt) forma substantialis est que terminat/ & primus rei terminus, locus autem est primus locati terminus: igitur locus est forma. Sed hæc ratio quarto capite diluitur. **Secunda opinio** est dicentium locum esse materiam. Nam locus (ut inquit) est distantia spacii magnitudinis/ cœci uel cœli lune contenti. **Quæ** quidem distantia magnitudinis est materia: quare consequitur locum esse materiam. Et ipsa materia a magnitudine etiam reipsa altera est: contenta terminis & speciebus/ id est formis & essentialibus que accidentalibus. Et eadem materia de se finita non est. A cuius materie sphaera (scilicet cœci uel orbis lune materia suo ambitu cœpente) si remoueantur formæ & accidentia: nihil præter materiam nudam formam/ & magnitudinis spacium (ut dicit) relinquunt. Sed in hac ratioe quod primo secundo assuas mihi loco intermedium est. Nam distantia magnitudinis reipsa nihil aliud est quam magnitudo a magnitudine distantia aut neque materia est neque locus. Verum ex quarto capite planior erit huius rationis solutio. Huius autem sententiæ fuit Plato: dicens in Timeo materiam/ receptaculum & locum idem esse. Et in dogmatibus que agrapha sunt non scripta nominantur (que eo docete excepta/ inter opera eius non numerantur/ neque in quibus lucem edita sunt) dicit receptiuum & locum idem esse. Minus tamen conuenienter: nam non quicquid est receptiuum: protinus est locus. **agraphe.** **Cœclusio.** Locus neque forma substantialis est neque materia. **Primo.** Quia materia & forma a sua re naturali separari non possunt/ Locum sui locati ipsa re adhuc manente, locus autem separatur a locato/ ipso locato manente, ut eodem loco quo prius fuit aer/ nunc est aqua, igitur locus eati partem aut neque forma est neque materia. Eadem etiam ratione probatur que locus sui locati non est pars integralis: nam non potest pars a toto manente accidens esse non integro separari. Et que locus non est accidens locati. Nam accidens a subiecto suo separari non potest/ scorsim/ saluari, locus autem a loco posse, cato suo separabilis est. **Secundo.** Sicut cadus continens se habet ad liquorẽ contentum: ita locus ad locatum. Vas autem nihil est intrinse cum ipsius liquoris contenti: igitur neque locus locati: quare neque est materia neque forma. Et quia Plato numeros ponit esse rerum formas/ & participare magnam & parvam materias/ materiam autem ponat esse locum: oportet eundem concedere numeros esse in loco: quod est inconueniens. **Tertio.** Res naturales cum sint extra proprium/ naturalis/ locum in eum natura ferunt. At nulla res naturalis fert in suam materiam aut formam: nam vtrique habet intra se/ nihil autem fert ad ea que habet, igitur. **Quarto.** Sursum & deorsum sunt differentiæ locorum/ & eadẽ non sunt differentiæ materie aut forme. Vna enim forma non differt ab alia: hæc sursum sursum vero deorsum, igitur locus neque est materia neque forma. Eorundem enim eadẽ sunt differentiæ. **Quinto.** Si locus esset materia: cum materia moueat per se/ & locus per se moueretur quod est inconueniens. Et cum materia in eodem loco sit in quo res tota naturalis: locus esset in loco/ quod est impossibile. **Ita** dem si locus esset forma, cum forma moueatur terminatiue aut per accidens: sequeretur locum eodem pacto moueri. Et cum forma in eodem sit loco per accidens in quo sua res naturalis: locus esset in loco: quod rursus est impossibile. **Sexto.** Si locus esset forma: quando cumque forma corrumperetur perderetur locus/ hoc autem est inconueniens. Nam sepe numero genitum in eodem procreatus est locus: in quo fuit corruptum. Ut aqua eodem in loco in quo aer qui corrumperitur, igitur locus non est forma. **E ite**

Tertij capitulo nota.

In secundo ex. Primo secundum seidem. Idem esse in seipso primo per accidens. Et quod secundum seidem.



Tertium cap. continet octo modos quibus aliquid est in altero, vnam questionem, solutionem, vnam conclusionem, tres rationes ad eam, & objectionis Zenonis solutionem. Et octo modi esse in altero. Primo. Aliquid dicitur esse in altero ut pars in toto: quemadmodum digitus in manu. Secundo. Vt totum in partibus. Non enim preter partes totum esse potest. Tertio. Vt species in genere: vt homo in animali. Quarto. Sicut genus in specie & superius in inferiori, vt aialis in hoie. Quinto. Sicut accidens in subiecto & forma in materia: vt sanitas in calidis/frigidis/humidis & siccis. Sexto. Sicut in efficiente: vt grecorum gubernatio in grecorum rege. Septimo. Vt in fine, quemadmodum dicitur oia in optimo vt in felicitate esse collocanda. Octavo. Sicut in loco: scdm cuius similitudine aliqd est in vase. Et hic modus hoc loco maxime est proprius. Questio. Vt utrum aliquid sit in seipso? Solutio. Aliqd esse in seipso bifaria intelligi potest. Primo modo. Vt sit in seipso primo cum ipsum & quodlibet sui in eo est: quo modo nihil in seipso est. Secundo. Vt sit in seipso per alterum: vt quia partes in seipso sunt: quo modo aliquid bene est in seipso secundum locutionem (quam Synecdochē vocant) quia eius pars sit in ipso: quemadmodum aliquid dicitur album quia pars eius vt corpus est album. Id enim album est: cuius superficiem contingit esse albedo, & aliquid dicitur sciens quia anima eius sit sciens: a parte sumpta denominatione. Conclusio. Nihil est in seipso primo. Primo, quia nihil est in seipso (vt vinum in seipso & amphora in seipso) vt pars in toto: neque vt totum in partibus: neque secundum aliorum modorum vllum. Quia autem amphora vini dicitur in amphora esse: hoc est denominatione facta a parte, quemadmodum dicitur esse in corpore vt in superficie sit: & scientiam in homine quia sit in anima: & non quia idem sit in seipso primo. Secundo. Quicquid recipitur: in re altera recipitur. Sunt enim rationes diuersę eius quod in aliquo est: & eius in quo aliquid est, at vero vinum est vinum & amphora est amphora. Non igitur vinum recipitur in vino vt huiusmodi: neque amphora in amphora, hæc enim adeo discrepant vt vinum esse amphoram & amphoram esse vinum: quorum rationes inter se discrepant & sunt diuersę. Et hæc rationes probant aliquid non esse in seipso primo & per se. Tertio. Quod idem non sit in seipso per accidens primo: vt amphora in seipso per accidens vt per vinum: patet, quia duo corpora simul essent vt vinum & amphora quod esse nequit, non igitur erit idem in seipso primo & secundum accidens. Obiectio Zenonis solutio. Ex dictis Zenonis objectione soluere difficile non est. Cui enim ista insurgit: quicquid aliquid est in loco esse falsum est. Quod si contendit locum in aliquo esse concedimus, sed ex hoc non conficitur locum esse in loco: neque hoc oportere abire in infinitum: quia conuellerim locum esse in aliquo vt accidens & passio / & sicut sanitas in calidis & frigidis. Dicitur est etiam satis locum esse neque materiam neque formam.

Notarum tertij capituli declaratio. In secundo modo quo aliquid est in altero preposito in capitulo pro ex. Vt totum est in suis partibus / id est ex partibus. Primo aduerbium / id est quod secundum se & non per alterum. Exemplum vbi idem est in seipso primo per accidens. Vt si vinum esset in ipso dolio primo / in quo quidem vino ipsum dolium etiam inest: tunc dolium est in seipso primo per accidens. Patet hoc per maximam in notis sub iunctam. Nam datus duobus scilicet dolio & vino: quorum primo scilicet dolio / secundum vt puta vinum primo inest, quicquid secundo vt pote ipsi vino primum inerat aut per se aut per accidens inerat & primo scilicet dolio. Sed dolium inest secundo scilicet vino per accidens / vt postquam est: igitur dolium inest etiam ipsi primo scilicet dolio per accidens: & per consequens idem est in seipso quod est prepositum. Tertij capitulo octo modi existendi in altero. Primo. Aliquid est in altero vt pars aut essentialis aut integralis in suo toto: vt forma in re naturali & caput in homine. Secundo. Edinverso vt totum in suis partibus. Non enim sine partibus totum esse potest. Tertio. Vt inferius in superiori: quemadmodum homo in animali / id est sub animali secundum predicationem. Quarto. Contra & vt superius in inferiori: quemadmodum animal in homine. Quinto. Aliquid est in altero vt accidens in subiecto: quemadmodum sanitas in animali aut vt forma in materia: quemadmodum anima in corpore. Sexto. Sicut in efficiente: vt grecorum gubernatio est in grecorum rege: id est ab eo. Septimo. Sicut medium ordinatum in finem est in fine, quemadmodum dicitur solet omnia opera humana in optimo vt in felicitate esse constituenda: id est propter optimum. Octavo. Aliquid est in altero sicut locatum est in loco. Secundum cuius modi similitudinem aliquid est in vase: non quidem vt in suo loco / sed vt contentum in continente. Et hic modus maxime huic proposito conducit. Questio. Vtrum aliquid sit in seipso. Solutio. Dupliciter intelligi potest aliquid esse in seipso. Primo modo. Aliquid sit in seipso primo: sic quod ipsum totum & quodlibet sui sit in ipso. Sicut tota amphora esset in seipso tota & quilibet pars amphorę in seipso parte. Et hoc modo nihil est in seipso. Secundo modo aliquid dicitur esse in seipso per alterum: & gratia sua partem esse in ipso toto. Et hoc modo aliquid bene est in seipso per figuram quę greci Synecdochē dicitur / quia quę partem conuenit: attribuitur toti. Vt quia caput hois est in hoie: dicitur hoie esse in hoie. Quemadmodum dicitur albus quia pars eius scilicet corpus est album. Id enim album est: cuius superficie contingit esse albedo, non quę vt accidens suo subiecto: & accidens non sit subiectum accidens: sed vt accidens suo coaccidit. Neque albedo et superficie sunt in materia vt suo subiecto. Et aliqd dicitur sciens quia anima eius est sciens: ab altera parte facta denominatione. Conclusio. Nihil est in seipso primo. Patet primo quia nihil est in seipso: vt pars in suo toto: neque vt totum in suis partibus. Alioquin idem esset totum & pars sui ipsius. Neque idem est in seipso vt inferius in superiori: & ita de alijs modis dicitur nihil est in seipso. Quia aut amphora vini / id est amphora cu vino supra dicta esse in amphora: hoc est denominatione sumpta a parte & quia vna eius pars scilicet vinum est in altera scilicet in amphora: quemadmodum animal in seipso esse diceretur: quia vna pars animalis est in altera parte reposita. Quemadmodum etiam albedo dicitur esse in corpore.

Octo modi quibus aliqd est in altero.

Quid Synecdochę est.

quia in extrema est ipsius corporis superficie / illiq; coniuncta. Et scientia dicitur esse in homine: quia est in anima quę est pars essentialis ipsius hominis / & non quia idem secundum se sit in seipso. Secundo. Quicquid recipitur: in altero re ipsa diuerso recipitur. Sunt enim rationes diuersę recipientis & recepti: vt namq; eidem respectu eiusdem conuenire possunt. At si amphora esset in seipso: idem esset respectu sui ipsius recipientis & receptum: quod tantum est incommodum sicut amphoram esse vinum & vinum esse amphoram. Tantum enim discrepant recipientis & receptum: sicut amphora & vinum: igitur impossibile est idem esse in seipso per se & primo. Tertio. Si idem esset in seipso per accidens vt amphora in seipso per vinum: duo corpora scilicet amphora & vinum simul essent / & se occuparent quod est impossibile. Nam cum vinum esset primo in amphora: esset secundum se quodlibet sui in amphora / & eodem modo amphora in vino: quare duo corpora se penetrarent. Rationis Zenonis solutio. Quod primum assumit Zeno negandum est: scilicet quicquid aliquid est in loco esse. Neque enim suprema sphaera neque accidentium vllum in loco est. Quod si assumat locum esse in aliquo: id concedendum est penes quintum modum quo accidens est in subiecto. Est enim locus accidens & quo modo lo passio corporis locantis non autem penes octauum modum & quo locatum est in loco. Quare non sequitur processum in infinitum que concludit Zeno. Quarto capitulo nota. Locus / locus proprius. Primum immediatum. Primum neque maius neque minus. Latio secundum locum mutatio. Spacium / dimensio corporibus recipiendo non cedens. Quęcunq; res naturales omnes.



Varium cap. continet septē loci positiones, duas conclusiones, tres distinctiones post primam, duas rationes ad secundam, distinctionem loci & eius declarationem. Septē positiones. Prima. Locum eā re (cuius est locus) continere. Secunda. Rei quę continet nihil esse. Tertia. Primum esse locato & neque maiorem neque minorem. Quarta a corpore locato esse separabilem. Quinta. Non esse locatum sine loco: neque locum cui desit locatum. Sexta. Quęcunq; sunt in loco: aut sursum aut deorsum esse. Septima. Vnum quodque Physicalium corporum in proprium locum natura ferri: & in eo quiescere natū esse. His itaq; suppositionibus positis (quę omnibus qui intelligentia vigeant recipiendę sunt) talem loci definitionem quęremus: quę opposita disluantur argumenta: & quę loco insunt / quę non insunt cognoscamus. Prima conclusio. Motus localis in inquisitione loci homines pmouit. Sane si nullus motus localis fuisset: nullus locum perquisisset. Arbitrari sunt enim oēs cœlum in loco esse oportere: quę velocissimo motu feratur. Signū est igitur motū nos in loci perquisitione mouisse. Et tria: augmentatio / diminutio / & latio / ad huiusmodi inquisitionē mouerūt. Nā res aucta maiorē locū (quę prius) occupat / & diminuta minorē. Et quod fert: cōtinue alterū. Prima diuisio. Eorū quę loco mouent: quę dā se mouent: & hæc ad loci cognitionē pduxerunt. Alia vero per accidens: quę minime ad perquisitionē loci necessaria sunt. Secunda diuisio. Eorū quę mouent: quędam vñū actu sūt / quędam potentia. Tertia. Eorū quę per accidens mouent: quędam separata nata sunt per se moueri: vt totius partes / & clauis in nauē. Alia vero non: vt sciētia / albedo & alia accidētia. Et hæc quę actu sunt & per se mouent in cognitionē loci vtilia fuerunt non autem alia. Secunda conclusio. Extremū cōtinētis: ipsū locatū ambies / locus est: non autē totū cōtinēs. Primo. Quia eius solius extremi gratia: aliquid esse in loco dicitur, vt cur es in cœlo: quia in acre, cur in acre: quia in eius extremo te circūquaq; ambiēte. Cōtinēt enim te tale extremū: neque tui alia quid est / & tibi primū est: neque maius neque minus: & quod abs te separari potest. Si enim tibi cōtinuū esset: non esses in eo vt in loco. Nā cū aliquid est in cōtinuo: est potius vt in toto, vt oculus in capite / & manus in brachijs, ad cuius quędam motionē partes ipsa mouet, vt vinū in capho / & vinū in cado. At vero cœlū & aer & tota cōtinētia non sūt prima: neque maiora neque minora locatis, non igitur sūt loca. Secundo. Locū esse oportere materiam / formam / spacium / aut corporis continentis extremum: horum quattuor alterum oēs cōcedunt. At ipsū esse non posse materiam aut formam: iam ostensū est. Et quę spacium non sit videt: primo quia cuiuslibet rei vt aeris aut aque: infiniti essent loci per se. Nam cū aqua fuerit in vase: quia ratione concedas totum esse in loco & vas / & aquam vasis: & quamlibet aquę partem in loco per se esse concedas oportet: & in cuiuslibet rei locis per se abire in infinitum quod omnes cum Zenone negare certum est. Non igitur locus erit huiusmodi spacium. Secundo. Si concedas huiusmodi spacium cum contento (vt cum vase) simul transmutari: cum recipiatur in spacio & nouo loco: erit locus in loco, quod si non concedas simul transmutari, accidit idem: omnem locum esse in loco / & semper minorem locum esse minoris loci partem, quę absurdissima reputant omnes. Fieri igitur nequit vt locus / huiusmodi spacium existat. Manifestum igitur est cum locus neque materia: neque forma: neque spacium esse possit: vt terminus & extremum corporis continentis relatus sit. Quod vero contendunt locum esse materiam: quia materie sit diuersas formas in se recipere: vt albedinem / nigredinem: & similia quę in ea quiescunt: sic & locum videmus diuersa in se recipere: & quę in ea quiescunt, hoc locum non arguit esse materiam. Nam vtraq; & locus & quod recipit: iuncta manent. Non autem vtraq; & materia & quod recipit: seiuncta atq; separata (vt diximus) manent & conferantur. Quod arguunt esse formam, quia locus terminus est & continens: ita & forma terminus est & continens. Hoc statim diluitur, quia locus contenti terminus est extrinsecus / & continens extrinsecus: forma vero eius terminus est intrinsecus / & cōtinēs intrinsecus. Quia etiā nituntur pbare esse spacium. Quia cū ex vase fundit liquor & altud subtrat corpus: semper inter vasis latera manet idē spacium pter subiecta corpora: quę quę nullo subeunte corpore maneret. Id nos spacium & vacuū naturā esse posse negamus, imo vero ne sit: semper nos videre simul atq; vñū corpus aliquid locū exit, eundē aliud subire. Sumunt enim si quę arguunt id quod pbare habeant, huiusmodi tamen de loco apparentię eius cognitionem reddiderunt difficilem.

**D**iffinitio. **L**ocus est corporis continentis terminus / & extremum mobile primum. **E**st enim locus perfimilis vasi. Hoc tamen interesse videtur: quod vas per se deferretur & mouetur: non autem locus. At de se & natura sua immobilis permanet. Cum enim aliquid in altero est quod deferretur/vt nauis in flumine ipsam deferente: verisimiliter eam intus vt in vase esse dicas: quod in loco. **Q**uapropter locus vt vas immobilis est: & vas vt locus mobilis. Existimauerunt enim vltimum cœli conuexum locum sursum: quo versus leuia omnia feruntur, & terram locum deorsum qua versus omnia feruntur grauias: quia immobilia sunt. Ex quo quidem locum esse planum quoddam & superficiem apparet: & vt vas continentem. Sed non recte putant. Nam conuexa superficies locus non est: sed quæ circumdans simul cum contenti extremo sit, & quæ eidem contigua ipsum tangat.

**Q**uare in hoc capite de loco dicuntur: intelligenda sunt solum de loco proprio. **P**rimum alteri est quod est ipsi mediatur, vt locus corpori locato. Etiam primum atque adæquatum dicitur: quod neque maius est altero neque minus vt neque excedat ipsum neque ab eo excedatur. **S**pacium hoc loco dicitur dimensio intra se corpora recipiens non tamē eis cedendo: quod prius dicta est vacui secundo. **C**ui dicitur litera: quæ accipiunt in loco: sensus est: res naturales oēs quæ sunt in loco: intelligendo id quod vniuersaliter sonat: secundū materiā subiectā particulariter.

**V**ari capitis septem positiones. **P**rima. **L**ocus continet locatum & contra locatum a loco continetur. **S**ecunda. **L**ocus nihil est locati: id est non est de essentia eius neque pars neque accidens neque quicquid intrinsecum locati: tametsi sit continens eius extrinsecum. **Q**uare locatum denominatur a loco denominatione extrinseca: sicut paries dicitur visus a visione quæ est in oculo. **C**orpus autem denominatur locus intrinsece a loco: sicut oculus videns a visione sibi inexistente. **T**ertia. **L**ocus est primum atque immediatus locato: neque eo maior neque minor. Non quidem maior: quia nihil est loci quin ei respondeat aliquid locati: alioquin esset vacuum. **N**eq; minor locato: quia nihil est locati quin loco contineatur. **Q**uarta. **L**ocus est separabilis a corpore locato. **Q**uia potest nunc vno loco contineri / nunc altero. **Q**uinta. **L**ocatum non est sine loco: neque locus sine locato. **S**unt enim locus & locatum relativa actus. **S**exta. **V**numquodque corporum naturalium in loco existens aut est sursum: vt ignis & aer / aut deorsum: vt terra & aqua. **C**eteræ autem res naturales in aliquibus quattuor elementorum continentur. **S**eptima. **O**mnis res naturalis natura est ferri ad suum locum proprium & in eo quiescere: vt ignis sursum & terra deorsum. **E**t his positionibus suppositis quæ probandæ non sunt sed ab omnibus tanquam manifeste veræ atque principia admittendæ: talis loci diffinitio inuestigabitur: per quam oppositæ obiectiones dissoluantur / per quam etiam quæ loco conueniunt / & quæ non conueniunt aperte cognoscantur.

**P**rima conclusio. **L**ocus est terminus corporis continentis / & extremum immobile primum. **S**ane locus est terminus corporis continentis / ipsi quidem continenti intrinsecus: quam est in eo vt suo subiecto: extrinsecus tamen corpori contento quod vndiq; circumdat. **D**icitur præterea locus extremus: id est superficies extrema concava: ad secludendam superficiem conuexam. **E**xtremum inquam immobile per se & suapte natura: licet per accidens moueri possit ad motum sui subiecti: vt caliditas & cetera accidentia. **E**st etiam locus extremus primum: id est immediatum locato: & neque maius eo neque minus. **I**taque locus ob continentiam & complexionem locati / similis est vasi. **I**lla tamen inter locum & vas est differentia: quod vas per se secundum locum mouetur & latior quæ est in ipso: locus autem non / sed suapte natura immobilis est. **C**um autem vnum corpus est in altero quod mouetur: vt homo in nauis ipsam deferente: & nauis in flumine ipsam secundum locum ferente: potius illud est in altero vt corpore continente: & tanquam vinum in vase / quod locatum in loco: **C**ommutata itaque analogia: locus est vas immobile: & vas vt locus mobilis: licet enim impossibile sit esse vas immobile: si tamen huiusmodi esse intelligatur / rei perfimilis esset locus. **E**t si quis esset locus suapte a natura per se mobilis: & ei perfimilis esset vas continens. **E**xistimauerunt autem antiqui superficies conuexæ immobiles sint. **E**x quo facile est coniectare: quod locus superficies quædam sit & aliquid in se continens / quemadmodum vas continet liquorem. **S**ed non recte putant. **N**am superficies conuexa non est locus: sed superficies concava quæ circumdans locatum simul sit cum superficie conuexa locati: & quæ ipsi locato proxima atque contigua tangit ipsum corpus contentum.

**Q**uinti capitis notæ. **C**orpus celeste / totum quod mundo sensibili supereminet: & ether / ignis. **V**inum cap. continet tres conclusiones, sex rationum locum non esse contendendum solutiones. **P**rima conclusio. **T**erra / aqua / aer / ignis in loco sunt: corpus autem celeste non amplius in loco est. **N**am omne corpus / extra quod alterum corpus est ipsum continens / in loco est, extra quod vero nihil est: in loco non est. **A**t extra terram / aquam / aerem / & ignem alterum corpus est: eorum quodlibet continens: extra vero corpus celeste nihil est. **E**st igitur terra / aqua / aer / ignis / in loco: corpus vero celeste non amplius in loco est. **V**nde globi spheræque cœlestes citra globum vltimum circulo torquentur: & semper secundum se totas in eodem loco permanent: secundum vero suas partes locum egrediuntur & mutant: quemadmodum si partem aque in totam aquam rotari intelligas. **E**a vero quæ non circulo aguntur sed deferuntur: secundum se & suas partes totum mutant locum, vt leuia & rara si deorsum sunt: sursum feruntur non prohibita, & grauias & densa deorsum.

**S**ecunda conclusio. **V**nuerfum secundum se totum in loco non est: sed secundum varias eius partes in loco varie existit. **N**am extra vnuerfum nihil est, extra enim omne & totum quid esse possit: vnuerfum autem omne & totum est, vnuerfum igitur secundum se totum in loco non est. **Q**uod vero varie secundum eius varias partes in loco existat: hoc ideo est: quia quedam eius partes actus in loco sunt: vt quæ se iuncta & separata a circumdantibus tanguntur: quædam potentia: vt quæ toti continua a continente circumdantur: quæ tangi nequeunt / separata vero possunt: quædam per se vt quæ actu in loco existunt / aut sursum / & dimittuntur, quædam vero per accidens / vt accidentia / anima: cœleste corpus: quod ab eius parte & inferioribus globis (qui circulo torquentur) in loco esse denominantur. **V**arie igitur vnuerfum secundum varias eius partes: actus / potentia / per se / per accidens / in loco existit. **T**ertia conclusio. **C**œleste corpus (quod extra alia corpora sit ea continens) non tamen secundum se totum eorum locus esse potest. **N**am locus corporis continentis extremum est immobile: erit igitur non totum cœleste corpus: sed extremum eius / contentum contentum circūquaque tangens / locus. **E**st enim terra / in extremo circumdantibus atque vt in loco sita /

Quomodo loco denominatur quicquid locatum.

Quid motu loco indiget.

Quæ mouetur per se. Quæ per accidens.

Corpus loci & continens non esse locum. Quod locus / spacium separatum esse non possit.

18

12

13

14

15

17

 det quātus est cubus. Ita si idē cubus ponatur in aere, itē idē aeris ei cedet: quōd ob aeris subtilitatem qua nostros fugit oculos, id in aere  
 nō vltro adeo sensu percipi potest sicut in aqua. Si igitur idē cubus ponatur in spatio separatū, tantūdem dimensionū spatij separati ei ce  
 det: alioquin esset penetratio dimensionū, q̄ natura fieri nō potest. Si enī duo corpora ponant se penetrare eadē ratione & tria, & quattuor,  
 imo & oia se penetrabūt, & tota cœli magnitudo erit in grano milij, q̄ est manifestū inconueniens. ¶ Si forte dicat corpus ma  
 gnū posse penetrare ipsum vacuū: quia hmoi vacuū nihil est: id vltro cōcedit, & nomini vacuū nihil in natura rei responderē admit  
 tit, idcirco recte inditū est nōmē: vt vacuū appellet q̄ nullā in re habet respōdentiā. ¶ Quod si dicat corpus magnū posse penetrare  
 huiusmodi vacuū, quae est vacuū aliq̄ sit, tamē neq; est graue neq; leue, infirma est ratio. Nā q̄ grauitatis & leuitatis experia sūt,  
 vt corpora caelestia: aequae occupat sicut sensibilia corpora grauitate & leuitate habētia. Et si ligneus cubus remota caliditate, frige  
 ritate, grauitate & leuitate, manēte tamē dimensioe ponatur in aqua: tantū aquae occupabit sicut p̄ dicitur: quia qualitibus p̄ditus occu  
 paerat: & itā aquae (quātū prius) ei cedet. Occupat enī corpora locū, nō quia calida sunt aut frigida, graua aut leuia: sed quia ma  
 gnitudine habet, quae seclusis illis qualitibus magnitudine seruatiā aequae atq; prius occupat. At sicut spatij separatū ponunt nō esse  
 graue neq; leue & tamē dimensū, ita seruata hypothese si ligneus cubus neq; grauis erit neq; leuis & tamē magnus: quae oīno sile est  
 iudiciū de hmoi ligneo cubo & de spatio separatū. Sed ligneo cubo grauitate & leuitate carētī cedūt corpa, & ipse corporibus  
 cedūt: ergo & spatio hmoi sepato (quōd ipsum neq; graue neq; leue intelligūt) corpa cedūt, & ipsum corporibus cedūt. Alioquin esset pene  
 tratio dimensionū. ¶ Secūdo. si tale spatij separatū in se recepta conferuaret, nō esset opus extrinseco cōseruante, cū vnuquodq; intra se  
 haberet cōseruatiōem in trīnseco. At oībus rebus naturalibus natura datū est corpus exteriori circumdāt: vt terra aqua, & aqua aer, pisces  
 bō aqua, & gressilibus aeri: igitur nō est op̄ hmoi spatio vt cōseruet. Sicut si eo op̄ esset vt corporū locū existret: nō esset op̄ loco ex  
 trinseco. Natura autē reb; oīb; locū p̄uidit extrinseco. Nō igitur vt locū sit, eo natura op̄ est: neq; ob aliud officij, vel aliū vsū. Nō  
 ergo ponendū est tale vacuū. Nihil enī natura ociofū esse potest. ¶ Tertio. Tactu corpora in mūdo discernūt, & ab alijs diuersa per  
 cipiūt: aut tactu magnitudinis vt terra aqua, aut q̄litate, vt aer. Tale autē vacuū nequaquam tactu percipi potest, neq; i aere neq; i aqua: igitur  
 52 natura esse nō potest. ¶ Secūda conclusio. Neq; vacuū tertio corporibus immerfū ponendū est. ¶ Putauerūt enī aliq̄ inter latera corpo  
 rum sententia.

¶ Quid dimensio  
 nomum pene  
 tratio.  
 ¶ Quid cubus  
 ¶ Dimensio  
 penetratio  
 natura impos  
 sibile esse.

Xuthi de v  
 cho sententia.

Inconuenientia ad que ducuntur Xuthus.

rum esse quasdam vacuas inani... aut non plenas corporibus & natis repleri, aut plenas quidem, sed intra se corporum partes non cedendo recipientes, quas cum corpora comprimuntur crediderunt repleri compressas partes recipiendo: & cum dilatantur corpora, eas putabant vacuas relinquere, & partes prius in ipsis latitantes se explicare, ampliarique. Et nisi esset huiusmodi vacuum immersum, concedendum est (inquit Xuthus) aliquod istorum trium inconuenientium, aut totum coelum turbari aliquo corpore rarefacto sine condensato. Nam rarefacto corpore maior acquiritur moles, quae nisi recipiatur in vacuis immerfis, pellit proximum corpus suo loco, cum non possit fieri dimensionum penetratio: & eadem ratione corpus pulsum pellet alterum ut locum quo contineatur obtineat: & ita consequenter ignis pellet coelum, eo getq; ipsum retrocedere. Similiter aliquo corpore condensato minorem corporis moles, lociq; dimittitur: qui nisi occupetur a proximi corporis partibus, se extra vacuum immersum ampliantibus, oportebit proximum corpus propius accedere, ut tangat corpus condensatum. Alioquin inter prima duo corpora interceptum relinqueretur vacuum: quod natura est impossibile. Eadem ratione alia corpora oportebit accedere propius ad inferiora: ut ignem ad aerem, & coelum ad ignem ad prohibendum vacui interbationem. Aut (inquit Xuthus) oportet ex equali ut vitro aquae generari aequale, ut vitrum aeris: quo eundem locum occupet genitum corpus quem corruptum. Aut oportebit nunquam quicquam rarefieri aut condensari. Quae tria cum maxima sint inconuenientia & natura impossibilia, ex eorum interemptione concludit Xuthus debere esse vacuum corporibus immersum. Sed quod non possit esse vacuum immersum tanquam spacium separatum: superiores rationes probant. Quod vero non possit esse insertum vacuum priuatione, sequentes ostendunt rationes. Prima. Quia tale vacuum ponatur esse leuitatis causam, leuitas autem est sursum motiua: ergo ponatur vacuum ut sit causa motus sursum. Id autem inconuenienter. Nam ut se habent graua ad motum deorsum, ita leuia ad motum sursum. At graua natura feruntur deorsum & non a vacuo: ergo & leuia natura feruntur sursum & non a vacuo. Secundo. Sicut vitres aere pleni clausi in aliquo corpore ut vase: ipsam corpus fundo aquae immersum sursum mouentur: ita & vacuum sursum moueret corpora quibus esset immersum. Quare sicut vitres sursum mouerentur cum corpore cui includerentur: ita & vacuum sursum moueretur cum corporibus, & in altero vacuo reciperetur. At vacuum ad nullum locum potest moueri, neq; in loco recipi: igitur non est ponendum huiusmodi vacuum. Tertio. Si dicunt vacuum per se moueri, cum motus ille sit sine resistentia spacii, oporteret motum huiusmodi esse infinite velocem: imo nulli alteri motui velocitate comparabilem: cum alter quicunq; motus sit cum resistentia, & infinite velocitatis ad finitam nulla sit proportio: sicut neq; linea infinite ad finitam. Impossibile est autem motum esse infinite velocitatis, sicut & lineam infinite extensionis, aut infinite intensiois qualitatem, & omnis motus omni motui secundum velocitatem comparabilis est sicut & linea lineae secundum extensionem & qualitas qualitati secundum intensioem: igitur impossibile est vacuum per se moueri. Quod si dicant vacuum non moueri per se, tunc vel corporum quae a vacuo mouentur plene recipitur in pleno aut in vacuo. (Nihil quidem refert an huiusmodi corporum vacuum recipiatur in pleno aut in vacuo: quia eorum vacuum nihil resistere natum est.) Non in pleno, nam si plenum in pleno reciperetur, corpora (ut ipsi concedunt: non videntes quomodo sibi inuicem corpora cedunt) se penetrarent. Eorum igitur plenum recipitur in vacuo, quod omnino simile est atq; si quis dicat corpora in vacuo moueri. At prius ostensum est corpora non posse moueri in vacuo, aut ipsa debere moueri in momento: ergo non est ponendum vacuum corporibus immersum. Xuthi rationis solutio. Negandum est primum Xuthi assumptum scilicet si non esset vacuum corporibus immersum: aut oportere nunquam aliquid rarefieri sine densari, aut totum mundum turbari corpore aliquo rarefacto aut densato: aut semper ex equali aequale generari. Nam totius huiusce conditionalis antecedens verum est, & consequens falsum: cum quaelibet trium partium disiunctio sit falsa: quare oppositum consequentis scilicet aliquod corpus rarefieri aut densatur, & non totus mundus turbatur aliquo corpore rarefacto aut densato, & non semper ex equali aequale generatur: stat cum antecedente, non est vacuum corporibus immersum. Nam sicut prius calidi, & deinde frigidi eadem est materia, e contra prius frigidi & deinde calidi: ita rari & densi eadem penitus materia est: ut cum ex aere sit aqua, materia quae prius in se quantitatem habuit raram, ea deperdit suscipit densam: perinde atq; materia prius calida deperdit caliditatem suscipit frigiditatem. Et cum ex aqua sit aer: materia quae prius habuit densitatem nihil nouae partis accipiens, neq; sibi essentiale, suscipit raritatem: sicut prius frigida caliditatem. Et quemadmodum materia actu calida, est potentia frigida: ita actu rara est potentia densa, & actu densa potentia rara: ad vitruq; illorum ut contrariorum in potentia, quae successiue fit actu. Similiter si intelligatur circumferentia circuli amplior: quae continue secundum circuitum decrescat, & in minorem redigatur ambitum, propinquius ad centrum accedendo: aut eadem prorsus superficie atq; quantitate cum materia manente intra circumferentiam: posterius quidem contra maiore & prius diffusiore, licet id impossibile sit, aut non eadem manente quantitate, sed eadem omnino manente materia per condensationem sub amplo & sub arcto. Tunc primo modo eadem sunt partes & quantitatis & materiae contentae intra minorem ambitum, quae intra maiorem. Secundo vero modo eadem sunt partes materiae contentae arctiore circuli circumferentia, & prius ampliore. Ita eadem omnino est materia sub raro & denso. Et sicut in quantalacung; parte scintille secundum magnitudinem sumpta est candor respondens luci ignee & caliditas: sic nulla materiae pars accipi potest quin rarefacto corpore extendatur, & corpore condensato coartetur. Nam sicut alijs accidentibus, ita raritati & densitati materia vicissim est subiecta. Ex his constat non esse ponendum vacuum ut sit leue. Nam rarum natura (ut ignis) & leue est & molle, quod tamen rarum ponitur sine vacuo. Ita densum (ut terra) est durum & graue. Non tamen vniuersaliter quicquid grauius est, semper est durius. Nam plumbum grauius est ferro: ferrum tamen plumbum durius est. Et est grauitas ad deorsum mouendum, leuitas autem ad mouendum sursum. Mollities vero & durities sunt qualitates alteratiuae. Decimi capituli nota.

Vacuum corporibus immersum esse non posse.

Solutio rationis Xuthi.

natura feruntur deorsum & non a vacuo: ergo & leuia natura feruntur sursum & non a vacuo. Secundo. Sicut vitres aere pleni clausi in aliquo corpore ut vase: ipsam corpus fundo aquae immersum sursum mouentur: ita & vacuum sursum moueretur cum corporibus, & in altero vacuo reciperetur. At vacuum ad nullum locum potest moueri, neq; in loco recipi: igitur non est ponendum huiusmodi vacuum. Tertio. Si dicunt vacuum per se moueri, cum motus ille sit sine resistentia spacii, oporteret motum huiusmodi esse infinite velocem: imo nulli alteri motui velocitate comparabilem: cum alter quicunq; motus sit cum resistentia, & infinite velocitatis ad finitam nulla sit proportio: sicut neq; linea infinite ad finitam. Impossibile est autem motum esse infinite velocitatis, sicut & lineam infinite extensionis, aut infinite intensiois qualitatem, & omnis motus omni motui secundum velocitatem comparabilis est sicut & linea lineae secundum extensionem & qualitas qualitati secundum intensioem: igitur impossibile est vacuum per se moueri. Quod si dicant vacuum non moueri per se, tunc vel corporum quae a vacuo mouentur plene recipitur in pleno aut in vacuo. (Nihil quidem refert an huiusmodi corporum vacuum recipiatur in pleno aut in vacuo: quia eorum vacuum nihil resistere natum est.) Non in pleno, nam si plenum in pleno reciperetur, corpora (ut ipsi concedunt: non videntes quomodo sibi inuicem corpora cedunt) se penetrarent. Eorum igitur plenum recipitur in vacuo, quod omnino simile est atq; si quis dicat corpora in vacuo moueri. At prius ostensum est corpora non posse moueri in vacuo, aut ipsa debere moueri in momento: ergo non est ponendum vacuum corporibus immersum. Xuthi rationis solutio. Negandum est primum Xuthi assumptum scilicet si non esset vacuum corporibus immersum: aut oportere nunquam aliquid rarefieri sine densari, aut totum mundum turbari corpore aliquo rarefacto aut densato: aut semper ex equali aequale generari. Nam totius huiusce conditionalis antecedens verum est, & consequens falsum: cum quaelibet trium partium disiunctio sit falsa: quare oppositum consequentis scilicet aliquod corpus rarefieri aut densatur, & non totus mundus turbatur aliquo corpore rarefacto aut densato, & non semper ex equali aequale generatur: stat cum antecedente, non est vacuum corporibus immersum. Nam sicut prius calidi, & deinde frigidi eadem est materia, e contra prius frigidi & deinde calidi: ita rari & densi eadem penitus materia est: ut cum ex aere sit aqua, materia quae prius in se quantitatem habuit raram, ea deperdit suscipit densam: perinde atq; materia prius calida deperdit caliditatem suscipit frigiditatem. Et cum ex aqua sit aer: materia quae prius habuit densitatem nihil nouae partis accipiens, neq; sibi essentiale, suscipit raritatem: sicut prius frigida caliditatem. Et quemadmodum materia actu calida, est potentia frigida: ita actu rara est potentia densa, & actu densa potentia rara: ad vitruq; illorum ut contrariorum in potentia, quae successiue fit actu. Similiter si intelligatur circumferentia circuli amplior: quae continue secundum circuitum decrescat, & in minorem redigatur ambitum, propinquius ad centrum accedendo: aut eadem prorsus superficie atq; quantitate cum materia manente intra circumferentiam: posterius quidem contra maiore & prius diffusiore, licet id impossibile sit, aut non eadem manente quantitate, sed eadem omnino manente materia per condensationem sub amplo & sub arcto. Tunc primo modo eadem sunt partes & quantitatis & materiae contentae intra minorem ambitum, quae intra maiorem. Secundo vero modo eadem sunt partes materiae contentae arctiore circuli circumferentia, & prius ampliore. Ita eadem omnino est materia sub raro & denso. Et sicut in quantalacung; parte scintille secundum magnitudinem sumpta est candor respondens luci ignee & caliditas: sic nulla materiae pars accipi potest quin rarefacto corpore extendatur, & corpore condensato coartetur. Nam sicut alijs accidentibus, ita raritati & densitati materia vicissim est subiecta. Ex his constat non esse ponendum vacuum ut sit leue. Nam rarum natura (ut ignis) & leue est & molle, quod tamen rarum ponitur sine vacuo. Ita densum (ut terra) est durum & graue. Non tamen vniuersaliter quicquid grauius est, semper est durius. Nam plumbum grauius est ferro: ferrum tamen plumbum durius est. Et est grauitas ad deorsum mouendum, leuitas autem ad mouendum sursum. Mollities vero & durities sunt qualitates alteratiuae. Decimi capituli nota.

Id alterum mensurat, quod aliquotiens sumptum aut excedit aut aequat. Nunc primo. Totius caeli conuersio intelligitur, cum motus ipsius ab eodem puncto in eundem punctum fuerit regrediens.

Decimum caput continet tres rationes tempus non esse contententes, quatuor de tempore antiquo opinionones, secundae, tertiae & quartae reprobationes. Tres rationes quae tempus non sit. Prima, quod eo stat ex his que non sunt, non est. Tempus autem constat ex praeterito & futuro quae non sunt. Nam praeteritum, iam factum abiit:

Tempus autem constat ex praeterito & futuro quae non sunt. Nam praeteritum, iam factum abiit:

futurum vero nondum est. Igitur tempus non est. Secunda. Omni composito existente ut omnes aut aliquae eius partes existant necesse est: nulla autem partium temporis (ut dictum est) existit, igitur neque tempus existit: esset enim tempus compositum. Et esto nunc sit: nunc tamen, temporis non est pars. Nam pars est quae totum mensurat: nunc autem tempus mensurare nequit, ut neque punctus lineam, non ergo temporis erit pars. Non enim tempus ex nunc compositum esse videtur. Tertia. Si tempus est, cum nunc temporis non sit pars, est temporis terminus: videtur enim praeteritum & futurum determinare: hoc autem videtur esse non posse, quia aut continue esset alterum & alterum nunc, aut semper vnum, idemque manens. Non continue alterum & alterum, quia aut prius maneret cum posteriori: hoc autem non; Nam plura instantia simul esse non possunt: imo neque plures temporis partes, nisi forte alteram ut plus, alteram ut minus continentem intelligas. Corrumperetur ergo nunc prius, quod non minus impossibile est, quia non corrumperetur in seipso, esset enim simul & non esset. Neque in tempore sequente, nam partes haberet. Neque in altero nunc, quia vnum nunc non simul est cum altero, ut neque punctus cum puncto, sed inter quaelibet duo est tempus interficiens: in quo quidem sunt alia nunc innumera, cum quibus oporteret simul ipsum nunc prius manere. Neque semper est nunc vnum, idemque manens. Primo. Quia nullius diuisibilis finitum (cuiusmodi aliquid esset assignabile tempus) tantum vnus terminus est. Nunc autem est terminus. Secundo. Quia nullum continuum vno termino contentum esse potest: tempus autem est continuum. Tertio. Quia ea quae facta sunt ante annum millesimum simul essent cum his quae sunt hodie. Nam in vno eodemque nunc: quae statim impossibilia videntur: non igitur est tempus. Quatuor de tempore opinionones. Prima est dicentium tempus esse caeli motum. Secunda est dicentium tempus esse circulum, sphaeramque celestem: hac ratione moti quod tempus contineat omnia: circulus autem sphaeraque celestis omnia continent: non intelligentes res aliter tempore & aliter circulo & sphaera contineri: poterant enim in oppositum illius facilius duci: videntes quamlibet partem temporis ut praeteritum & futurum esse tempus: non autem circulum & sphaeram, neque quamlibet partem circuli, sphaeraeque: circulum esse & sphaeram. Et si plures circuli sint & sphaerae, plura simul esse tempora. Sed hoc certe stultius est quam ut (quae dicit impossibilia) considerationem (ut resellantur) requirat. Tertia est dicentium tempus esse totius caeli conuersionem. Sed quomodo? cum die existente & nocte existente tempus non esset: non enim aut die aut nocte existente est totius caeli conuersio. Quarta est dicentium tempus esse motum idem. Qui quod non recte dicant facile est perpendere. Primo. Quia motus sunt diuersi, tempus vero omnium vnium, & motus solum in his sunt quorum sunt motus: tempus vero vbiq; & rebus omnibus adest. Secundo. Quia simul motum motu velociorem: & motum motu tardorem assignas, non autem tempus tempore velocius, aut tardius assignare potes. Tertio. motus velox & tardus tempore diffiniuntur. Est enim motus velox: quo mobile in pauco tempore pertransit. Tardus vero, quo quidem mobile in multo tempore pertransit parum: tempus autem (adiunge si lubet aut velox aut tardum) tempore non diffinitur. Non est igitur tempus aut motus aut mutationi idem. Nihil enim hic inter motum & mutationem interesse ponimus.

Duplex est pars mensurans totum. Quaedam numeratiua: quae aequat totum, neque excrecendo neque deficiendo. Ut quantitas pedalis decies sumpta aequat quantitatem decem pedalem. Alia est constitutiua solum: quae aliquotiens sumpta, totum excedit: ut quantitas tripedalis quater sumpta excedit quantitatem decem pedalem. Nunc, in prima significatione (cuius meminit introductio) hoc in loco sumitur: scilicet pro impartibili nobis adiacente. Cum coelum a puncto orientis moueri coeptum, perfecto suo circulo rursum in orientis punctum regreditur: tunc totius caeli facta conuersio intelligitur.

Decimum caput primo tres rationes tempus non esse probantes continet. Prima. Quod constat ex his que non sunt, non est tempus. Cuius quidem rationis maior si intelligatur de eo quod componitur ex his que nullo modo sunt aditus admittitur. Si vero de eo quod constat ex his que partim sunt actu & partim potentia, negatur. Insuper negandum est tempus constare ex his que non sunt. Nam etsi praeteritum potentia & futurum potentia non sint: tamen praeteritum actu & futurum actu quae temporis sunt partes, sunt. Secunda ratio. Composito existente ut partes eius sint, necesse est: nulla autem pars temporis est igitur non est tempus. Pro cuius solutione concedatur composito existente omnes eius partes esse: si totum sit permanentis naturae, aut alia quae eius partes esse, si sit euaniens & fluxum: cuiusmodi est sonus & latro. Deinde negandum est nullas temporis partes existere. Nam ut tempus successiuum est, ita eius partes vna prius & altera posterius existunt. Concedatur in super nunc & impartibile temporis non esse partem temporis: ut neque punctum, partem lineae. Nam omnis pars mensurat totum. Nunc autem non mensurat tempus, cum tempus minime ex instantibus sit compositum: sicut linea non componitur ex punctis, ergo nunc & impartibile non est pars temporis. Tertia ratio. Si tempus est, oportet nunc esse terminum temporis, cum non sit eius pars. Sed nunc non est terminus temporis. Quia aut continue esset aliud & aliud nunc: & tunc si prius maneret cum posteriori, plura instantia simul essent. Si vero prius nunc corrumperetur, ipsum simul esset & non esset. Aut semper esset idem nunc: & tunc tempus non esset successiuum sed permanens: sicut suis terminus, igitur tempus non est. Et haec soluitur admittendo ipsum nunc esse terminum & vltimum temporis. Et sicut continue alia & alia est temporis pars: ita alterum & alterum continue est nunc, illas partes terminans. Concedendum est in super nunc prius non manere cum posteriori, quia plura instantia simul esse non possunt sibi proxima & immediata secundum durationem: non quidem quod nunc habeat durationem, sed quod non possit.

Partis diuisio. Rationis tempus non esse probantia prima. Secunda. Tertia.

**S**unt unus & eiusdem durationis eadem parte esse terminus: sicut impossibile est plura esse puncta simul secundum extensionem, sic quod sint unus & eiusdem extensionis terminus, & secundum eandem partem. Imo neque plures temporis partes simul secundum successionem esse possunt, nisi una pars sit maior, altera vero sit minor intelligatur. Totius enim temporis, a b partes a, c, & a d simul sunt, nam pars a est maior & continens: pars autem a d est minor & contenta. Vltimus dicendum est quod nunc prius non deperditur mutatione temporanea, sed delectur transmutatione momentanea atque instantanea ad deperditionem temporis eius est terminus. Et sicut temporis una pars non deperditur in altera, sed se ipsam sibi ipsi est deperditionis mensura, ita instans se ipso aboletur: ut etiam prius fuerit, postea non est: vno quoque abeunte alterum succedit, ut secundo dialogo planius ostendatur. Ne ergo dicatur quod si in se ipso corrumpitur, ipsum nunc simul esse & non esse. Nam eius deperditio successiva non est, sed cum corrumpitur, amplius non est. Vltra concedendum est quod ipsum nunc non corrumpitur in tempore tanquam mensurante suam deperditionem, haberet enim hoc posito partes, temporis partibus respondentes. Conceditur praeterea quod unum nunc in altero non corrumpitur, ut neque una temporis pars in altera: quia unum nunc non est simul & proxime cum altero, sicut punctum non est puncto continue proximum, sed inter quaelibet duo instantia mediat tempus, in quo & alia sunt instantia. Modo si unum nunc, maneret eam altero nunc extremo & signato, etiam maneret cum omnibus nunc intermediis quod impossibile est. Nam licet plura nunc bene sunt simul in eodem tempore tanquam terminus in terminacione tamen simul secundum successionem, sicut neque plures temporis partes secundum successionem simul sunt. Conceditur insuper non semper esse idem nunc, sicut in tota linea non est unum idemque punctum. Primo, quia nullus diuisibilis finiti tantum unus est terminus. Tempus autem est diuisibile & finitum: igitur temporis non tantum unus est terminus. Secundo, quia nullum continuum secundum rectum vno termino continetur, sed ad minus duobus. Tempus autem est continuum. Tertio, quia illa dicuntur esse simul: quae sunt in eodem nunc, sed facta ante annum millesimum & hodie facta, essent in eodem nunc ergo essent simul quod est inconueniens. Quatuor de tempore opinioniones. Prima est dicentium tempus esse ipsum caelum, qui hac ratione mouebantur. Caelum omnia continet, & tempus omnia continet, ergo tempus est caelum. Sed ex puris affirmatiuis in secunda figura syllogizantes multipliciter quoque fallitur. Nam caelum omnia continet tanquam corpus locans ipsa locata. Tempus autem continet omnia sicut mensura durationis, eaque sunt in temporali duratione. At quod non recte dicant, patet primo: quia quaelibet pars temporis est tempus, at quaelibet pars temporis non est caelum, ergo caelum non est tempus. Secundo, quia quaelibet pars temporis est tempus, sed quaelibet pars circuli non est circulus, ergo circulus & caelum non est tempus. Tertio, quia plures & speciei diuersi sunt caeli simul existentes. Non autem plura simul sunt tempora, ergo caelum non est tempus. Tertia est dicentium tempus esse totius caeli conuersionem, completamque circulationem. Sed non recte. Nam die existente tempus est, & tamen non est totius caeli conuersio. Etiam nocte existente tempus est, & tamen non est totius caeli conuersio. Quarta est dicentium tempus esse idem omnino motum. Quos non recte dicere sequentes rationes ostendunt. Primo, quia diuersorum mobilium lationes sunt diuersae & speciei differentes. Omnium autem est unum, idemque tempus. Praeterea motus solum sunt in mobili. Tempus autem rebus omnibus adest, ut mensura mensuratis. Secundo, quia dicimus unum motum altero velociorem, & motum unum altero motu tardiorum. Non autem recte dixerimus unum tempus altero velocius, aut tardius. Tertio, motus velox tempore diffinitur, quod sit in quo mobile in pauco tempore multum pertransit spacij: ut sagitta in vno minuto quatuor aeris peruolans stadia. Et motus tardus est quo mobile in multo tempore parum absoluit spacij: ut sagitta in quatuor minutis unum transiens stadium. Tempus autem tempore non diffinitur, quia idem non diffinitur se ipso. Et velox & tardum inepte tempori attribuantur: igitur tempus non est idem motui.

Non semper idem nunc esse posse.

Prima opinio quorum de tempore opinio. Secunda. Tempus non esse ipsum caelum. Tertia. Quarta.

**V**ndecimi capituli nota. **M**otus, motus localis, latio. **N**unc primo, mobile: ut id quod est ad tempus relatum. **S**ecundo, temporis: impartibilis terminus. **N**umerus primo, numerus quo numeramus, numerus numerans ut ratio, 2, 3, 4, 5, 6. **S**ecundo, numerus numeratus, res numeratae.



**N**decimum caput continet duas conclusiones: duas rationes ad primam diffinitio nem temporis: declarationem. Et trium rationum tempus non esse contententium solutiones. **P**rima conclusio. Tempus aut aliquid in motu est, aut sine motu non est. **P**rimo. Nam cum intelligentia motum non capimus: neque tempus capimus, quemadmodum accidit nobis dormientibus. Cum enim expergiscimus, nunc primum, posteriori nunc iungimus: ac si nullum intercessisset medium, quia motum interfacientem non percipimus: quod (ut fabulae tradunt) accidit Heroibus qui alio quot secula in Sardo dormierunt. Signum est igitur aut tempus aliquid in motu esse, aut sine motu non esse: nampe simul aut percipimus, aut nos simul latent: & temporis sensus cum motus sensu semper coniunctus est. **S**ecundo. Si secundum corpus omnino quiescamus, & ad ortus tenebris omni officio sensus vacemus, solum animo motum aliquem contemplantes, protinus occurrit & tempus: imo cum nobis cogitantibus occurrit tempus, protinus sese animo offert & motus. Quare non modo tempus sine motu non est, sed motus aut aliquid motus esse videtur: ut quod a motu se iungi separarique non possit. **S**ecunda conclusio. Motus est continuus, simul & tempus continuum. **N**am quod loco mouetur, ex quodam mouetur in aliquid, spacio quodam & interuallo medio, & simul cum magnitudine continua attenditur. Est igitur motus (ut spacium & medium interuallum) continuus: qui cum sit continuus, & tempus aliquid ipsius motus continuum erit: videtur enim tempus, prius & posterius esse in motu. Vnde sicut in magnitudine & spacio aliquid est prius & aliquid posterius, ita & in motu aliquid prius est & aliquid posterius. Id enim motus prius est, quod magnitudinis respondet priori, & posterius quod


posteriori. At hoc interest, quia magnitudinis prius & posterius fixa permanent: motus vero prius aboletur posteriore succedente. Et prius & posterius in motu & motus idem sunt: rationes autem diuerse. **E**x his diffinitionem temporis elicimus, quod tempus sit numerus motus secundum prius & posterius. **T**unc enim tempus intelligimus: cum in motu duo extrema animo constituamus: hoc prius, illud posterius: inter quae medium apprehendimus, cuius pars prior atque pars posterior mente concipitur: & illud est tempus. Est enim nunc temporis terminus: & hoc quidem suppositio est. Potest & nunc unum, in apprehensionem temporis ducere, cum ipsum ut finis & exitus unius sit capimus: & initium alterius. Ex hoc enim, prioris & posterioris sensus elicitur. Nam prius id erit, cuius nunc exitus fuerit: id posterius, cuius nunc ponetur initium. At vero quod tempus recte dicatur numerus, signum: quia ratione temporis, plus & minus motui attribuimus. Haec autem foli numero competunt. Est igitur recte dictum tempus esse numerus. **B**isaria tamen dicitur numerus. **P**rimo. Quia quicquid numeratur ratio. **S**ecundo. Quod numeratur & res ipse numeratur. **T**ertio. Quia ratio numerum tempus non esse contententium solutiones. **P**rima & secunda. Tempus & temporis partes sunt, quo modo motus & motus partes: & sicut motus continue alius & alius, & tempus. **T**ertia. Ipsum nunc quod deseritur, ipsum mobile est, quod ideo nunc appello, quod ipsum motui comparatum sese habeat, ut punctus ad lineam: nihil sua entitate suaeque essentia successione retinens: & hoc quidem, prius & posterius mensurat tempus. Et est continue ut idem: quia vnum quodque est id ipsum quod est: & est ut non: quemadmodum punctum quod deseritur (ut lapis aut aliud quicquam) semper id ipsum quod est, idem est: ratione vero alterum: sicut nituntur Sophistae ostendere Coriscum alterum esse in domo, & alterum in theatro. Et in ipso quidem nunc deseritur, cognoscimus prius & posterius, & ex eius numero conflatur tempus. Quod enim mutabile est secundum prius & posterius, ipsum nunc est. Et motus propter id quod mouetur est, & loci mutatio propter id quod fertur. Et si non sit tempus, neque nunc est: & si non est nunc, neque tempus. Sunt enim haec simul, ut si non sit loci mutatio, neque quod fertur. Et ipsum nunc quod fertur ut numeri unitas est: quae continue cogitatione & intellectu, alia: numerum constituit, temporis numero correspondens. Nunc vero capimus & alio modo: ut quod sit temporis extremum & terminus. Vnde dictum est ut magnitudo continua est, & secundum locum mutatio: a qua & tempus habet ut sit continuum. Et sicut magnitudinis punctum terminat & continuat, ut vnus finis & alterius principium: ita & nunc quodammodo terminat tempus, & nunc vno ut duobus terminatur: numerus hic tamen tempus non est. Nam mobile stare & quiescere: sed numerus prioris & posterioris motus inter duo nunc constitutus: ille est tempus. **V**nde fit ut nulla temporis pars euadat ipsum nunc: ut neque linea in puncta, sed tempus in tempora, ut linea in lineas (quae eius sunt partes) dirimitur. Et ipsum tempus numero quo numeramus maximam gerit similitudinem, quae unitas sit numerus qui numeratur. Nam sicut idem numerus plurimum ut hominum, equorum, & canum quo ea numeramus esse potest, ita & tempus idem plurimum motuum numerus. Sed quod tempus sit numerus prioris & posterioris motus: quodque continuum, plus e quo dictum videtur.

**N**otatum vndecimi capituli declaratio. **M**otus in hoc loco pro motu locali & latione sumitur. **N**unc in prima acceptione quae in tertiae rationis solutione ponitur: est ipsum mobile, quod sua essentia nihil habet successione: sicut punctus nihil extensionis. Et ipsum ad tempus relatum, comparatumque, vocatur nunc quod deseritur. In secunda vero acceptione, nunc est temporis, sive praeteriti, sive praesentis, sive futuri in impartibilis terminus, & diffinitur esse temporis vltimum successione expertus. **N**umerus in prima acceptione est numerus numerans & formalis numerandi ratio, quae rationalis anima sensibilis, substantias, accidentia numerat: & cum explicamus his notis, 2, 3, 4, 5, 6. **H**ic est quantitas discreta: a quo anima dicitur numerans denominatione intrinseca sicut vna a sua extensione dicitur mensurans, & oculus a visione parietis quae est in ipso dicitur videns. At quemadmodum vna non est sua extensio neque oculus visio: ita neque anima est numerus licet sit numerans: sed absoluta numerandi ratio (quae est verum accidens animi, sicut extensio, vna, & lignae accidens est & visio oculi) numerus est, in anima existens tanquam suo subiecto. **N**umerus in secunda acceptione est numerus numeratus & res ipse numerata, quae denominantur duae, tres, quatuor, non ab alia qua affectione quae sit in eis, sed a numero animi eis applicato & denominatione extrinseca: sicut pannus dicitur mensuratus ab extensione vna extrinseca panno, & paries dicitur visus non a visione quae sit in pariete: sed a visione quae est in oculo extrinseca ipsi parieti. Et hic non est quantitas discreta sed quantum discretum: ut duae medietates lineae, tres tertiae, quatuor quartae sunt quantitates discretae, quae a numero animi eis applicato denominationem sumunt. Et sicut a visione quae est in oculo oculus non dicitur visus sed videns, & ab auditione ipsa auris dicitur audiens: ita a numero existente in anima, ipsa anima non dicitur numerata, sed numerans. **Q**uod autem numeri formales & absoluti sunt in anima a rebus numeratis distincti, hoc patet iudicio. Si quis percontetur a caeco: vtrum omnis numerus duorum circum se positorum & equaliter ab eo distantium, simulque iunctorum sit medietas: cogitabit senarium quinarium & septenarium simul sumptorum esse medietatem. Eundem octenarium & quaternarium (qui simul iuncti duodenarium reddunt) esse medietatem. Eundem nouenarium & ternarium esse medietatem. Denique binarium & denarium & postremum unitatis & videnarium simul iunctorum & equaliter distantium esse medietatem, neque ad homines, neque ad lapides, sonos aut colores, aut aliud quicquam extra animam intellectum ferens: sed ad solas illas numerandi rationes quas habet in anima. Et illas abstractis nominibus binario, ternario, quaternario, quinario explicamus.

**N**umerus numerans & res numeratae eius distincti.

**V**ndecimi capituli prima conclusio. **T**empus aut aliquid motus est, aut sine motu non est. Sane aliquid motus est. **F** iii

tempus nam re ipsa est pars motus primi mobilis, & sine motu non est: quia secundum rem est ipse motus, licet ratio diversa sit temporis & motus. **Primo:** quia cum motum non intelligimus, neque tempus intelligimus: ut cum somno capimur, ne motum semper conuigi ac si nullum esset tempus intermedium: quia motum celi intermedium non percipimus: quod memorant accidisse viris illustribus: qui longa temporum spacia in Sardo vrbe Lydia dormierunt, & experrecti arbitrati sunt se paruo admodum tempore dormiuisse: igitur tempus est aliquid motus aut non sine motu: quandoquidem cognitio temporis cognitioni motus semper coniuncta est. **Secundo:** si quis sensuum operationem, functionemque non exerceat: ut neque videat, neque audiat, neque olfaciat, gustet aut tangat, solo intellectu motum contempletur: intelligentia motus simul occurret tempus. Et contra quando occurrit animo nostro tempus: simul occurrit & motus: igitur tempus est aliquid motus aut non sine motu. Si enim sine motu esset, vnum sine altero intelligere possemus. **Secunda conclusio.** Motus localis est continuus, simul & tempus continuus. Dicitur motus localis continuus, quia partes eius secundum successionem copulantur ad terminum communem scilicet momentum, quod est motus vltimum, successione expers. Et tempus continuus, quia partes eius secundum durationem coniunguntur ad aliquem terminum communem scilicet instans. **Patet conclusio.** Quia quod loco mouetur, ex quodam loco in aliquem locum mouetur, spacio quodam medio intercepto: super quod fit motus ille secundum locum, qui secundum magnitudinem supra quam fit attenditur. At spacium motus localis est continuus: igitur & motus secundum locum supra ipsum factus est continuus. Vltra, motus localis est continuus: totus autem est aliquid ipsius motus: igitur & tempus est continuus. Si enim totum continuum est: & pars ipsius est continua. Alioquin continuum ex non continuis componeretur, quod est impossibile. Vnde sicut in spacio est pars prior secundum extensionem, & pars posterior: ita in motu facto super spacium est pars prior secundum successionem & pars posterior. Est enim prior pars motus que respondet priori parti spacij: & posterior que posteriori: ut moueatur e mobile per spacium a d diuisum in tres partes: a/b/c d. latio a/b est prior pars latioris: quia fit super primam partem totius spacij. Et latio b/c est secunda pars motus: quia fit super secundam partem spacij. Latio autem c/d postrema latioris est pars, quia respondet postremae parti spacij. Et ita qualis ordo & diuisio partium spacij, talis est partium motus, spacij partibus respondentium. Id tamen interest, quod prior & posterior pars spacij manent permanentes & fixe. In motu autem locali pars prior non manet cum posteriori, cum motus non sit permanentis nature. **Ex his diffinitio temporis facile habetur, quod est numerus motus secundum prius & posterius.** Numerus quidem numeratus ipsius motus localis, non cuiuscumque, sed primi mobilis secundum partem priorem successionis & posteriorem. Vt si tota primi mobilis reuolutio intelligatur diuisa in 24 partes aequales: vnam priorem & alteram posteriorem apprehensas secundum datum numerum: ille numerus partium motus prius & posterius apprehensarum est tempus & dies: & quilibet partium est hora. Tunc enim tempus intelligitur, cum in motu primi mobilis (exempli gratia vnus horae vt a/b) duo extrema, imparibiliaque consistamus: a momentum incipiens & b momentum finiens a quidem prius & b posteriori: inter que medium apprehendimus totum motum a/b cuius pars prior a/c & posterior c/b mente concipitur. Et id totum interceptum est tempus: cuius a est instans incipiens/b instans finiens, & a/c pars temporis prior, c/b pars posterior. Sicut enim tempus re ipsa est motus, ita instans temporis est momentum motus, tamen secundum diuersas rationes. Et quemadmodum supponit geometricis punctum esse terminum lineae, ita naturalis Philosophus pro principio, suppositioneque habet nunc esse terminum temporis. Ex vno etiam instanti continuante vt c, possumus quid tempus sit intelligere: quod est finis vnus partis temporis scilicet a/c & principium alterius vt c/b. Ex quo que temporis prior est pars, & que posterior, cognoscitur. Nam temporis pars prior est, cuius datum instans est principium: vt c/b. Pars posterior, cuius datum instans est principium: vt c/b. **Quod autem tempus sit numerus, hoc patet indicio: quia plus minus siue paucius, primo numeris conueniunt.** Est enim plus quod plures vnitates continet: & minus quod pauciores. At quia numerus applicatur temporis: plus & minus consequenter temporis attribuntur: vt plus in tempore dicatur cui maior numerus applicatur: & minus cui paucior. Ratione autem temporis deinde plus & minus motui conueniunt. **Trium rationum tempus non esse probantium solutiones.** **Primo & secunda.** Sicut motus localis partim est actu, & partim potentia, & suapte natura fluens & euasens: ita tempus. Et sicut partes motus non simul, sed successive sunt, vna prius & alia posteriori, ita & partes temporis sibi vicissim succedunt. Denique vt continue est alius & alius numero motus, ita aliud & aliud est tempus. **Tertia solutio.** Primum mobile vocatur ipsum nunc quod defertur, quia sicut nunc & imparitibile temporis omnino successionis est expers: ita primum mobile sua substantia & essentia nihil habet successionis, sicut neque punctus quicquam extensionis lineae. Hinc ipsum nunc quod defertur ad tempus: est vt punctum ad lineam. Rursum quemadmodum materia sua essentia nihil habet albedinis, sed albedo ei accidens est & aduenticia: sic primum mobile de sua essentia successionem non habet, sed accidentariam & aduenticiam. Et successio ipsa que tempus est, secundum prius & posterius mensurat primum mobile, hocque nunc quod defertur: sicut mensura intrinseca id in quo est, & quemadmodum longitudo vlne ipsam vlne substantiam mensurat. Alia autem mensurat tempus vt mensura extrinseca & tanquam vlne pannum. Et ipsum nunc quod defertur est continue, vt idem secundum substantiam & re ipsa: quia nihil substantie fixe eius subtrahitur aut adijcitur. Siquidem metaphysicum principium est, vnumquodque est id ipsum quod est, & equus quandiu est, sua essentia equus est: & quodlibet sibi idem: quo summam rerum identitatem quam perfectissime potest imitetur. Et ipsum primum mobile etiam est non idem secundum rationem, quia gratia successionis in ea existentis diuersas sortitur rationes & denominationes. Quemadmodum lapis sicut quoduis aliud loco mobile (quod vocat punctum quod defertur, quia suapte natura nihil habet successionis, latiorisve: vt neque punctum quicquam extensionis) idem essentia est per totum spacium a/c: neque ei quicquam additur aut subtrahitur. Continue tamen est vt alterum secundum rationem: cum enim mouetur per spacium a/b, habet successionem a/b secundum quam denominatur moueri. Et quando fertur in spacio b/c: aliam habet successionem a qua nouam sumit rationem. Et ita quando super spacium c/d, & d/e mouetur: aliam & aliam subit denominationem ob rationum diuersitatem, quemadmodum idem est re ipsa Choris in domo & theatro, alter tamen ratione: ex qua rationum differentia non recte (tacet si id sophisticè amittantur) concludimus



Diffinitio ipsius temporis intelligentia.

Solutio primæ rationis probatis tempus non esse, ut dicitur.

Solutio terciæ rationis. Primum mobile vocatur ipsum nunc quod defertur, quia sicut nunc & imparitibile temporis omnino successionis est expers: ita primum mobile sua substantia & essentia nihil habet successionis, sicut neque punctus quicquam extensionis lineae. Hinc ipsum nunc quod defertur ad tempus: est vt punctum ad lineam. Rursum quemadmodum materia sua essentia nihil habet albedinis, sed albedo ei accidens est & aduenticia: sic primum mobile de sua essentia successionem non habet, sed accidentariam & aduenticiam. Et successio ipsa que tempus est, secundum prius & posterius mensurat primum mobile, hocque nunc quod defertur: sicut mensura intrinseca id in quo est, & quemadmodum longitudo vlne ipsam vlne substantiam mensurat. Alia autem mensurat tempus vt mensura extrinseca & tanquam vlne pannum. Et ipsum nunc quod defertur est continue, vt idem secundum substantiam & re ipsa: quia nihil substantie fixe eius subtrahitur aut adijcitur. Siquidem metaphysicum principium est, vnumquodque est id ipsum quod est, & equus quandiu est, sua essentia equus est: & quodlibet sibi idem: quo summam rerum identitatem quam perfectissime potest imitetur. Et ipsum primum mobile etiam est non idem secundum rationem, quia gratia successionis in ea existentis diuersas sortitur rationes & denominationes. Quemadmodum lapis sicut quoduis aliud loco mobile (quod vocat punctum quod defertur, quia suapte natura nihil habet successionis, latiorisve: vt neque punctum quicquam extensionis) idem essentia est per totum spacium a/c: neque ei quicquam additur aut subtrahitur. Continue tamen est vt alterum secundum rationem: cum enim mouetur per spacium a/b, habet successionem a/b secundum quam denominatur moueri. Et quando fertur in spacio b/c: aliam habet successionem a qua nouam sumit rationem. Et ita quando super spacium c/d, & d/e mouetur: aliam & aliam subit denominationem ob rationum diuersitatem, quemadmodum idem est re ipsa Choris in domo & theatro, alter tamen ratione: ex qua rationum differentia non recte (tacet si id sophisticè amittantur) concludimus

illa esse duo re ipsa. Et in ipso quidem nunc vt fertur / cognoscimus prius & posterius. Neque ab re adiecta putetur hæc particula: vt fertur. Nam in ipso mobili secundum essentiam suam non attenditur prius & posterius: sed in successione sua / que in ipso sicut extensio in materia. Vnde sublata successione & manente sola celi substantia: amplius in eo non esset prius & posterius, ex cuius quidem prioris & posterioris numero conflatur tempus. Quod enim mutabile est secundum prius & posterius successionis: est ipsum nunc quod defertur. Et loci mutatio propter ipsum loco mobile est: vt ipsum sit quo modo natum est esse: sicut ambulatio data est homini / vt per eam prosequatur conueniens: & fugiat disconueniens. Et si non sit tempus / neque ipsum nunc quod defertur: quia oculos sum esset: sicut materia sine forma. Et contra si non est nunc quod defertur, neque est tempus. Alioquin esset accidens sine subiecto. Vt igitur vnitas numeri vna & eadem re ipsa / ratione tamen diuersa: diuersos constituit numeros. Vnitas enim binarij constituit binarium / & vnitas ternarij ipsum ternarium, sed vnitas binarij & vnitas ternarij ratione sunt diuersæ. Sic vnitas ipsius primi mobilis re ipsa eadem / tamen continue altera & altera secundum diuersas rationes / rationum constituit: & numerus rationum respondet numero successionum, vt si quattuor sint ipsius mobilis diuersæ rationes: & quattuor sunt partes successionis siue temporis. Recte ergo vnitas mobilis cogitatione & intellectu alia: numero temporis correspondens dicitur. **Capitur pro eterea nunc in altera acceptione pro temporis termino & extremo analogo ad punctum in linea.** Et nunc vno secundum rem vt continue / tangit duobus secundum rationem vt sumitur: principio scilicet vnus partis & sine alterius. Hic tamen numerus sumptus est nunc extreme minime tempus est. Nam si numerus ille esset tempus: primum mobile flaret, cum primum mobile non moueretur: igitur mobile flaret & quiesceret quod natura est impossibile: sed prius & posterius in motu inter duo nunc clausum: tempus est. Vnde si cut nulla lineæ pars euadit punctum / quia vnaqueque punctis clauditur: ita nulla temporis pars euadit ipsum nunc: quia quilibet pars ipsius imparitibilis terminata continetur. Et quis tempus sit numerus numeratus tamen magnam habet cum numero numerantem conuenientiam. Nam sicut idem numerus numerans est plurium rerum numeratarum vt idem denarius decem hominum / decem equorum / & decem canum ita idem tempus est plurium motuum: vt generationis ignis / calefactionis aquæ / & ambulatio nis hominis (modo simul eademque duratione sunt) mensura. **Diodecimi capitis nota.** **Id dicimus esse in motu: quod partes / partibus motus habet respondentes: vt actum actui atque potentiam potentiam.**

**Vodecimum cap. continet septem conclusiones, tres rationes ad quartam, vnum corollarium ad sextam, quattuor ad septimam.** **Prima conclusio.** Tempus quodammodo est minimum: quodammodo vero non est. **Nam numerorum minimum est dualitas: & numeri minimum / ipsa vnitas.** **Tempus autem descriptum est esse numerus.** Igitur temporis vt numerus est: minimum aut duo aut vnum est. Est igitur temporis quodammodo minimum. At vero cum (vt dictum est) tempus sit continuus: & continuorum vt lineæ non sit minimum. (Semper enim diuisibilis lineæ est) temporis vt continuus est: non est tempus minimum. **Vnde ratione non caret cur tempus multum & paucum / longum & breue / & non velox proprie dicatur atque tardum.** Nam vtriusque quantitatis / & discrete & continue conditione retinet. Vt igitur numerum esse consideramus: ipsum & multum & paucum dicimus, vt vero continuum est: longum & breue. Et cum nullus numerus proprie velox dicatur atque tardus: ipsum ipsi neque velox proprie dicimus neque tardum. **Secunda conclusio.** Omnium simul existentium & vicij / est idem tempus: prius tamen temporis & posterius non idem. **Nam omnia simul existentia & vicij nunc furat, vt numerus idem centum homines & centum equos: quorum alter est numerus centum hominum / & alter centum equorum: Et tempus est numerus non numerans / sed qui numeratur secundum prius & posterius: cuius vna pars prius iam facta est altera vero futura est. Vnde oportet semper prius alterum esse a posteriori.** **Tertia conclusio.** Sicut eundem & consimilem motum redire contingit: ita & idem tempus. **Redeunt enim consimilia secundum vices suas: ver / estas / autumnus / & hyems: quemadmodum consimiles motus.** Est enim tempus numerus ex priori & posteriori motus: sumptus. **Quarta conclusio.** Non solum motum tempore metimur: sed & contra motu metimur & tempus. **Primo.** Nam tempus mensurat motum, est enim numerus motus: & dicimus tempus multum aut paucum / in quo multus motus aut paucus factus est: tempus hoc pacto mensurantes. **Secundo** quia idem in numerabilibus accidit. Nam de denario numero: decem equos apprehendo & ex denario equorum / denarium numerum mente concipio: denario decem equos mensurans: & decem equis e diuerso denarium, minimum igitur & id videri accidere tempori & motui. **Tertio.** Motus comitatur magnitudinem: & motum tempus. Merito igitur sic sese habet tempus ad motum: vt ad magnitudinem motus. At magnitudo mensurat motum / & motus magnitudinem. Nam profectioem dicimus multam: quia via est multa: & e diuerso viam multam: quia profectio multata est. Debita igitur ratione prouenit vt & tempus motum mensuret: & e diuerso a motu remittatur. **Quinta.** Res esse in tempore est eas mensurari tempore. **Nam tempus est mensura motus & eius quod mouetur: quemadmodum cubitus alicuius magnitudinis: magnitudinem mensurat.** Ceteras igitur res que sunt in tempore mensurat tempus / & eas esse in tempore: est eas mensurari tempore. **Bisarta enim potest aliquid esse in tempore.** **Primo.** Quia tunc sit cum tempus ipsum est. Sed putare hoc modo quodcumque esse in tempore / nihil aliud est quam si putes celum esse in milio: quia tunc sit celum cum milio est: & omnes res sit omnibus, & aliquid esse in motu & loco: quia tunc sit cum motus & locus est. **Secundo.** Quia sit in tpe vt in numero. Et hoc didicisti: quia hoc est aut vt pars / aut passio: vt vnitas / pars / pars in numero. Aut vt cotinente & mensurante: quemadmodum res dicimus esse / contineri / & mensurari a loco. Ceteris igitur res cum motu

Altera ipsius nunc acceptio  
Temporis ad numerum numerantem conuenientia.



dicantur esse in tempore: quia tunc sint cum sit tempus (nam nihil proprie hoc modo in tempore esse dic-  
cas). Neq; sunt in eo vt partes & passionis. Relinquitur igitur eas esse in tempore: vt in numero continen-  
te & mensurante. Res igitur esse in tempore est eas mensurari tempore. Consequitur tamen cum aliquid sit  
in tempore: tunc ipsam esse cum tempus est, & cum aliquid est in loco: tunc ipsum esse cum locus est, sed  
propterea ipsum esse aut in tempore aut in loco accidit. ¶ Sexta conclusio. Res quę sunt in tempore/pati-  
untur in tempore: & tempus videtur per se esse causa corruptionis. ¶ Nam confueuerunt (vt videmus) res  
in tempore tabescere/putrescere/consenescere omnes: obliuione multa deleri: quorum nihil præter tem-  
pus causam afferre possumus. Est enim numerus motus, motus autem distubat: & alterū esse facit id quod  
prius erat. At nihil nouum oriri videmus: cuius nullam causam præter tempus afferre possumus. Res igitur  
quę sunt in tempore/patiuntur in tempore: & tempus/corruptionis causa esse videtur. ¶ Correlariū. 48  
Vnde fit vt immortalia atq; perpetua in tempore non esse dicantur. ¶ Neq; enim continentur/neq; men-  
surantur a tempore neq; quicq; patiuntur in tempore, vt quę neq; tabescunt neq; senescunt: quod iterum  
signum est ea non esse in tempore. ¶ Septima conclusio. Tempus mensura est quietis. ¶ Nam tempus men-  
surat motum: quies autem/priuatio motus est. Mensurat igitur tempus & quietem. Eadem enim habitus  
& priuationis mensura est. ¶ Vnde sicut motum dicere solemus esse in tempore: & quies sit assignare: ita  
& quietem esse in tempore: & quę sit assignare, motum tamen per se & quietem per accidens. Tantā enim  
quietem dixeris: quies esset motus si tum mobile continue motum fuisset. Atq; quies (qui alibi exerceat)  
motus. Neq; idcirco tamē proprie dixeris quietem (quia sit in tempore) eam esse in motu. Nam non idem  
est. ¶ Primum correlariū. Vnde fit vt tempus: quod mouetur & quiescens vt talia sunt: mensuret. ¶ Est 50  
enim (vt dictum est) mensura motus & quietis: qua quęta ipsa sint cognoscimus. Non tamen omnino im-  
mobile quiescit: sed priuatum motu/apertum natum moueri. ¶ Secundum correlariū. Vnde etiam quod  
mouetur: essentia ipsa non mensurat tempus. ¶ Nam quętatem non habet: sed eius motus quęti sunt mensu-  
rat. ¶ Tertium correlariū. Quapropter iterum ea quę neq; mouentur neq; quiescunt: in tempore non  
sunt. ¶ Nam tempus solum motus / quietisq; mensura habetur. ¶ Quartum. Fit etiam vt ea quę nunq;  
aliter se habere possunt: non sint in tempore. ¶ Vnde quedam sunt quę nunq; aliter se habere possunt: vt  
diametrum esse incommensurabilem costę. Quaedam vero nunq; esse possunt: vt diametrum esse com-  
mensurabilem. Et hæc in tempore non sunt: vt quę a tempore vt æterna claudi non possint. Alia vero ali-  
quando sunt: & eadem aliquando non sunt: vt Homerus in præterito fuit: qui modo non est: & aliquid fu-  
turum est: quod nunc non est, & talia & quęcumq; aliquando cum non sint oriuntur & orta intereant: es-  
se dicimus in tempore, vt quod eorum esse excedat & superet: & quorū sint generationes & corruptiones.

¶ Notarum duodecimi capitis declaratio.

¶ Sicut dicimus motum esse in tempore: quia motus partes habet partibus temporis respondentes: vt pars motus actu existens res-  
pondeat parti temporis actuali / & pars potentia / parti potentia. Ita dicimus aliquid esse in motu (vt tempus) quia partes habeat  
partibus motus respondentes: vt partem actualem actuali / & potentialem potentialem.

¶ Duodecimi capitis prima conclusio. ¶ Temporis quodammodo minimum est / quodammodo vero nō est. Quatenus enim tem-  
pus vt numerus numeratus consideratur: eius est minimum multitudinis / quia minimum ei numerus aut numeri principi-  
um applicatur. Quatenus vero tempus vt continuum intelligitur: eius non est minimum successionis. ¶ Patet. Nam numerorum  
numerantium minimum est dualitas: cum nullus numerus pauciores duabus habeat unitates. Unitas enim numerus non est sed  
numeri principium / minimum quidem: quia est indiuisibile in partes discretionis. Tempus autem est numerus: igitur eius vt nume-  
rus est / aut duo sunt (cum scilicet ei applicatur binarius: quo minor ei applicari non potest) aut vnus: cum ei applicatur unitas na-  
merans: igitur eius ratione applicati numeri quodammodo minimum est. Cum autem omne continuum in minores partes semper  
sit diuisibile: nullius continui est minimum / aut minima pars. Tempus autem est continuum / vt præcedenti capite monstratum est:  
igitur temporis non est minimum quatenus ipsum continuum est. Quomodo lineę bipedalis aut pedalis secundum numerū  
est minimum: non autem secundum extensionem. Sicut enim lineę bipedalis / & continuę quantitatē & discretę rationem habet:  
ita tempus in sua ratione vtriusq; quantitatē conditionem retinet. Vt ergo numerus esse consideratur: ipsum multum aut paucū  
dicimus / quia multus ei aut paucus numerus applicatus est. Vt vero continuum: dicimus ipsum longum: quia diuturnam habeat  
durationem / aut breuē quia correptam: quemadmodum lineę longa est quia porrectam / habet extensionem / aut breuis quia contra-  
ctam. Et cum vtriusq; quantitati ratio velocis & tardi impropria est & impertinēs: tempus nō proprie velox dicitur aut tardū: hæc  
enim proprie motui comparato ad tempus competunt. ¶ Secunda conclusio. Omnium rerum sensibilium/transmutationum &  
quorumcumq; accidentium simul existentium & vbiq; est idem numero tempus: prior tamen temporis pars & posterior non est  
eadem. ¶ Sicut enim si eadem numero vna mensuremus pannum / purpuram & linteum: quibus res mensurate sint diuersę / tamen  
eadem est mensura: si centenario numero animi numerante numeremus centum homines & centum equos / idem est numerus nu-  
merans: licet alius sit numerus numeratus centum hominum & alter centum equorum. Ita omnium simul in tempore existentium  
est idem tempus mensurans: & si res mensurate sunt diuersę. Et quemadmodum vna pars prior secundum extensionem alia est  
ab eiusdem parte posteriori: ita & prior pars temporis iam præterita alia est numero a parte eius posteriori & futura. ¶ Tertia  
conclusio. Sicut eundem specie & consimilem celi motum redire contingit: ita & idem specie tempus reuertitur. ¶ Patet. Quia con-  
similes in istis inferioribus statibus / determinatisq; vicibus conspiciuntur effectus: arborum in vere reuirescentia / florūq; repullulatio /  
fructuum in æstate productio / eorundem in autumno maturatio / & arborum a folijs hiberno tempore destitutio: ergo consimilis  
specie est celi reuolutio: quare & idem tempus. ¶ Quarta conclusio. Non solum tempus mensurat motum: sed & diuerso motus etiā

¶ Tempus  
vtriusq; quę-  
tatis natura  
retinet.

¶ Diuersorum  
mensuratoriū  
eandē esse me-  
suram.

¶ Idem tempus  
consimiliter re-  
dit.

47

48

49

50

51

52

53

41

42

43

44

mensurat tempus. ¶ Patet primo: quia tempus est numerus motus: primi quidem motus mensura intrinseca / quemadmodum nu-  
meri partes ipsum totum numerum mensurant / vt tres binarij senarium / & duo senarij duodenarium. Aliorum autem motuum  
est mensura intrinseca: quia non est in illis: ergo tempus mensurat motum. Contra vero quia operatio aliqua est longa aut breuis:  
tempus in quo facta est dicitur longum aut breuē, quare tempus motu mensuratur. ¶ Secundo. Idē in rebus quę numerantur con-  
tingit. Nam denario numerante quicq; decem equos apprehendens / numero mensurat res numeratas: contra vero ex denario nume-  
rato equorum in ipsius denarij numerantis apprehensionem ducitur: per res numeratas apprehendens numerum / ita igitur & in  
spe & motu contingit. ¶ Tertio. Motus cōtatur magnitudinē: quę partes habet spacij partibus respōdetes / & ips cōtatur motū: quę partes  
habet motus partibus consonates. Sicut igitur se habet motus ad magnitudinē: ita ips ad motū. At motus mensurat magnitudinē: vt via  
dicitur longa quia profectio est longa: & diuerso magnitudo mensurat motū, vt profectio est longa quia via est longa: ergo & ips mens-  
urat motum: & motus contra tempus. Imo in singulis per mensuram cognoscimus mensurata, & per mensurata remeitur mensuras mensuras co-  
gnosci. ¶ Nam tempus est primo mensura motus / & consequenter eius quod mouetur: sicut magnitudo cubitalis primo mensurat  
magnitudinem: & deinde id quod est magnum / ergo res esse in tempore est eas tempore mensurari. ¶ Dupliciter tamen dicitur ali  
quid esse in tempore. ¶ Primo quia ipsum est quādo tempus est. Sed hoc existimare per simile est: atq; si quis dixerit cœlum esse in gra-  
no milij: quia cœlum est quando granum milij est / & supremum cœlum esse in loco: quia ipsum est quando locus est: & etiā supra  
mundana esse in motu / quia sunt quando motus est: quod est ridiculum. ¶ Secundo aliquid est in tempore vt in numero. Et id bifar-  
iam: aut tanq; pars in toto, quemadmodum binarius in senario / siue passio in subiecto: quemadmodum par aut impar in numero.  
Aut tanq; in mensurante: quemadmodum corpus locatum continetur a loco. Res autem naturales & sensibiles non sunt in tempore:  
quia sunt quando tempus est. Alioquin & entia supramundana essent in tempore: quod æque absurdum est sicut dicere illa esse in di-  
uisione. Neq; res sunt in tempore tanq; partes aut passionis temporis. Sunt itaq; in tempore tanq; in continente & mensurante: quare  
res esse in tempore est eas tempore mensurari. Ad aliquid autem esse in tempore & mensurari tempore / sequitur ipsum esse cum tem-  
pus est: si enim non esset tempus / neq; quicq; tempore mensuraretur. Sicut ad aliquid contineri loco: sequitur ipsum esse quando locus  
est: cum si non esset locus / neq; quicq; loco contineretur. Non tamen contra quicquid est quando tempus est: est in tempore: quare pro-  
pter id ipsum non debet quicq; dici esse in tempore: sicut non quicquid est quando locus est / protinus est in loco. ¶ Sexta conclusio. Res  
quę sunt in tempore patiuntur interitum & continuum defluxum in tempore. Tempusq; videtur per se esse causa corruptionis.  
¶ Patet: nam res quantumcumq; solidę vt ferrum / lapides / copuli: tempore cōsumuntur. Et ea quorum fixa in animo fuit scientia:  
successu temporis obliuione abolentur. Horū autem corruptionis nullā alia causa q̄ tempus assignari potest. Nam motui coniu-  
ctum est. Motus autem euariat & alteritate rebus infert: vt altera est æstas a vere / autumno ab æstate / hyems ab autumno / ver ab  
hyeme: quam diuersitatem cœli motus inducit, quod in hoc mundo sensibili exploratissimum est: motum scilicet alteritatem efficere  
sicut in mundo intelligibili status facit identitatem. Quicquid autem nouum oritur / eius altera prætertempus causa affertur: vt oliuę  
causa est semen oliuę / & pulli causa est ouum / & filij causa parentes. Sic grammatice causa sui præceptores / & animus studio inten-  
tus: igitur res quę sunt in tempore patiuntur detrimentum in tempore: & tempus corruptionis causa esse videtur. ¶ Correlariū.  
Vnde fit vt entia supramundana / immortalia atq; perpetua non sint in tempore. Nam quęcumq; sunt in tempore continentur &  
mensurantur a tempore. At immortalia non continentur neq; mensurantur a tempore: igitur non sunt in tempore. Rursū. Quęcūq;  
sunt in tempore patiuntur in tempore: immortalia aut non patiuntur in tempore. Neq; enim tabescunt neq; senescunt: igitur ipsa nō  
sunt in tempore. ¶ Septima conclusio. Tempus mensura est quietis. ¶ Patet. Quia habitus & priuationis eadem est mensura: vt vi-  
sus mensura est luminis & tenebrarum. Auditus: soni & silentij. Olfactus: odoris & odore priuati. Motus autem & quies sunt ha-  
bitus & priuatio. Rorū igitur eadem est mensura: atq; itaq; tempus mensura est motus: est igitur mensura & quietis. Huius quidem  
per accidens / illius autem per se. Tanta enim quies esse dicitur: quantum fuisset motus si toto tempore quietis mobile continue mo-  
tum fuisset: aut quantum est motus qui eodem quietis tempore alibi sit, vt si quiescero vna hora ab ambulatione: illa quies  
est: quia tanta fuisset mea ambulatio si illa quietis mora ambulassem: aut quia tanta est ambulatio quam  
quis alibi exercet. Et quis quies sit in tempore: non tamen recte quis dixerit idcirco quietem esse in motu: Nam id dicitur  
esse in motu (vt nota explicauerunt) cuius pars acquisita respondeat parti motus acquirende: & cuius pars acquirenda re-  
spondet parti motus acquirende, per actum enim partem acquisitam / & per potentiam partem acquirendam intelligere debet:  
mus. In quiete autem nihil acquisitum est neq; acquiritur neq; est acquirendū: ergo quietis nihil est quod respondeat actui motus: aut  
eius potentie: ergo per diffinitionem quietis non est in motu. ¶ Primum correlariū. Vnde fit vt tempus / id quod mouetur quatenus  
mobile est: & quiescens quatenus quiescit mensuret. ¶ Nam tempus est mensura motus & quietis: quia quantum sit motus & quanta  
ta sit quies cognoscimus. Mobilia igitur & quiescentia quatenus mouentur & quiescunt mensurat tempus: sicut vna pānum quā-  
tenus extensus est. Quod tamen omnino non mouetur neq; natum est moueri: non dicitur quiescere / sicut quod non est natum habere  
visum non dicitur cœcum: sed quod non mouetur & aptum natum est moueri / quiescens dicitur, vt visū priuatum & natum susci-  
pere visum / dicitur cœcum. ¶ Secundum correlariū. Vnde etiam fit vt tempus nō mensuret mobile essentia sua & secundū id quod  
est: si enim non esset in ipso motus aut quietes: tempus nullo modo ipsum metiretur. ¶ Nam mobile essentia sua quantitatem & suc-  
cessionem non habet: sed quanti sunt ipsius mobilis motus / mensurat tempus. Quomodo vna non mensurat pannum essentia sua: sed  
sua: sed quia extensus est. Et oculus non metitur album aut nigrum substantia sua: sed quatenus albedinem aut nigredinem habet: licet  
qua sublata oculus ipsam substantiam amplius non percipit. ¶ Tertium correlariū. Quapropter ea quę neq; moueri nata sunt  
neq; quiescere / non sunt in tempore: vt substantię supramundane & celestes. ¶ Nam tempus solū motus & quietis mensura est. Propositionū  
¶ Quartum correlariū. Hinc etiam liquet ea quę nunq; aliter se habere possunt: minime esse in tempore. ¶ Vnde quedam nunq; necessariarū  
se aliter habere possunt vt immortalia & perpetua: quę enim a sua veritate possunt dimoueri, quarum fixam stabilemq; veritatē imi-  
tantur ipse veritates animę / aut principij scientiarum / aut conclusionibus explicatę, quę cum tempus transiendat: nullū eū tem-  
in tempore.

¶ Quare quies  
non dicitur es-  
se in motu.

¶ Quā ratione  
est: si enim non esset in ipso motus aut quietes: tempus nullo modo ipsum metiretur.





per se vt medicus sanat. ¶ Secunda diuifio. Ea quæ cum quid per se tranfmutatur reperitur: quinque sunt: quod mouet per fe, quod per fe mouetur, tempus in quo mouetur, terminus vnde fit motus, & id in quod continetur tendit motus: vt cum lignum calefiat, inuenimus mouens, calefaciens: quod mouetur, lignum: tempus motus: horam, minutum: terminum vnde fit motus, frigidum: id quo tendit motus, calidum: & non est motus in specie caliditate: in quam tendit, ficut neq; motus localis in loco. Neque enim ea mouet neq; mouetur, fed vt iam pridem dictum est: est in mobili vt in ligno. Et mutationes potius ab eo quo pergitur denominantur, q̄ ab eo vnde veniant: vt generatio quæ est a non esse, & tendit in esse, nomen capit ab esse: & corruptio quæ est ab esse & tendit in non esse, nomen capit a non esse. ¶ Et si queras, an paffiones, albedo, nigredo, & fimiles fint motus: Forte q̄ non: fed albedo, denigratio, motus vt sunt: necesse est. Et terminorum motus quidam confimiliter est secundum accidens: vt cum dicitur, albefcens intelligitur: quidam secundum partem: vt cum quid mutetur secundum albedinem, terminum assignemus colorem. Albedo enim, coloris pars est. Et cum quem dicimus proficisci in Europam: quia proficiscatur Athenas. Athenæ enim sunt Europæ pars. Et horum motuum termini per se sunt albedo, Athenæ: non, intellectio, color, Europa. Et de his quæ per accidens mutantur determinatio relinquatur: quia p accidens mutationes infinitæ & indeterminate sunt: secundum quas quodlibet in quodlibet mutari potest: & quæ nullo certo precepto claudî possunt. De his vero quæ per se sunt, futura determinatio est: vt quæ sunt finitæ & determinatæ. Sunt enim de contrario in contrarium aut medium: aut inter terminos contradictorios: vt facile in inductione cognoscere possis. Neq; hæc quodlibet tranfmutatur in quodlibet, fed determinatū in determinatū: vt contrariū & cōueniens in suū incōueniēs. Nec mireris si dixerim de contrario in contrariū, cū aliquādo mutetur in mediū: aut a medio in extremū. Nam mediū vtriq; extremo cōparatū: vtm, naturāq; cōtrariū obtinet: quæadmodū in fidibus mediet̄ chorde vtmis cōparatq;, graues apparent: eadē vero primis cōparatq; acutę apparent & tinnulę: ita fuscū albo cōparatū, nigrū nigro vero, protinus apparet albū: proinde nos mediū vt cōtrario vtmur. ¶ Tertia diuifio. Omnē mutationē esse oportet aut de subiecto in subiectū, de subiecto in non subiectū, de non subiecto in subiectū, aut de non subiecto in non subiectum. Subiectum voco affirmatione monstratum: vt album, nigrum. ¶ Prima cōclusio. Solum secundum tria datę diuifionis membra: tranfmutationes sumuntur. ¶ Nam tranfmutationes sunt inter terminos contrarios aut contradictorios. Hoc autem solum erit quando tranfmutabūtur de subiecto in subiectum: vt de albo in nigrum. Aut de subiecto in non subiectū: vt de aqua in nō aquā. Aut de non subiecto in subiectum: vt de non aqua in aquam. De nō subiecto in nō subiectum nihil proprie & per se mutari dicitur, quia neq; contraria neq; contradictoria sunt. Solum igitur secundum tria datę diuifionis membra tranfmutationes sumuntur. Et mutatio illa quæ est de non subiecto simpliciter in subiectum, generatio est: & quæ est de subiecto in non subiectum simpliciter: corruptio. Est & generatio secundum quid & corruptio secundum quid, vt cum ex non subiecto secundum quid in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum secundum quid tranfmutatio fit: vt ex non albo in album, ex albo in non album. ¶ Quarta diuifio. Quod non est, tripliciter dicitur. ¶ Primo. Falsum: & id circa compositionem & diuifionem est. ¶ Secundo. Quod non est hoc aliquid, & si potentia existat. ¶ Tertio. Nō ens secundum quid: vt non album non musicum: vnde non ens primo & secundo hoc in loco non moueri dicuntur. ¶ Secunda conclusio. Generatio pariter & corruptio non sunt motus. ¶ Primo. Quia quod non est, non mouetur: quod aut generatur, non est. Est enim quod secundum quid generatur, sit: non tamen id (quod simpliciter generatur) est, igitur generatio non est motus. Et cum solum motus contrarietur motui, aut motui quies: & corruptio contrarietur generationi: corruptio non est motus. Nō sunt igitur generatio pariter & corruptio motus. ¶ Secundo. Omne quod mouetur, in loco est: quod autem generatur, in loco non est. Nam quod non est, in loco non est: quod igitur generatur, non mouetur: nō est igitur generatio motus, quare neq; ei contraria corruptio, motus est. ¶ Tertia conclusio. Omnis motus est de subiecto in subiectum. ¶ Patet. Nam omnis motus mutatio est: & omnis mutatio est de subiecto in subiectum, de subiecto in non subiectum: aut de non subiecto in subiectum: igitur omnis motus est de subiecto in subiectum: de subiecto in non subiectum: aut de non subiecto in subiectum, sed nullus motus est de subiecto in non subiectum: est enim hæc mutatio, corruptio. Neq; de non subiecto in subiectū, nam hæc mutatio, generatio est. Igitur omnis motus est de subiecto in subiectum. Subiecta enim diximus affirmatione monstrata: contraria, media: sub quibus & priuatiua comprehendimus: vt album, nigrum, flauum, fuscum, silens, & nudum.

Notarum primi capitis quinti Physicorum declaratio.

¶ Pars in proposito non pro parte essentiali, sed integrali sumitur: quæ sumpta secundum dimensionem dicitur, & quantitas: quia cum parte materie & forme aliquid habet dimensionis. ¶ Quando aliquid caliditatis acquisitum est & aliquid acquirendum quod continue acquiritur: illa calefactio tendit in totam caliditatem, quia partim actu & partim potentia est, procedens in perfectam & completam caliditatem totum actum: quare species est totus & completus actus motus acquisitus. ¶ Europa est tertia pars terre complectens Greciam, Italiam, & partes mundi occidentales. ¶ Subiectum hic dicitur quod est affirmatione monstratum. Affirmatione autem monstratum est quod est affirmatione designatum: quando scilicet nomine affirmationis sumpto sine negatione infinitante preposita: compositum, totamq; rem naturalem explicamus & terminū motus aut a quo: aut ad quem

Quid hic est subiectum.

vt ex calido fit frigidum, ex igne fit aqua. Calidum enim nomen affirmationis est, explicans compositum & rem naturalem cui inest caliditas: & terminum a quo motus scilicet caliditatem. Sic frigidū affirmationis est nomen, quo compositum in se frigiditate habens explicamus, & terminum ad quem motus scilicet frigiditatem. ¶ Duplex autem est subiectū: scilicet simpliciter & secundum quid. Subiectum simpliciter est affirmatione monstratum, composito inueniente eodē ante tranfmutationem & post: vt ex calido fit frigidum, vtrūq; est subiectum simpliciter: nā est affirmatione monstratum, composito quidē & rem naturali inueniente eadē sub vtroq; tranfmutationis termino. Subiectum autem secundum quid est affirmatione monstratum composito non inueniente: vt cum ex igne fit aqua, nā ignis quæ aqua affirmatione explicatur non inueniente eodē composito: nā ignis post tranfmutationem amplius non est; nec aqua ante tranfmutationem. ¶ Non subiectum est negatione monstratum siue designatum, quando scilicet negationis nomine compositum explicamus & terminum. Et est duplex: scilicet non subiectum secundum quid. ¶ Non subiectum secundum quid, est negatione monstratum composito non inueniente: vt ex non igne fit ignis. Non ignis negatio nomine explicatur, non inueniente eodē composito ante tranfmutationem & post: quare est non subiectum simpliciter. ¶ Non subiectum secundum quid, est negatione monstratum eodē composito inueniente: vt ex non albo fit album. Non albū negatione explicatur: eadē rem naturali ante tranfmutationem & post inueniente: quare per diuifionem est non subiectum secundum quid. ¶ Generatio secundum quid, est accidentis acquisitiua mutatio: vt ex non albo fit album. Sic corruptio secundum quid, est accidentis deperditua mutatio: vt ex albo fit non album. ¶ Motus in hoc toto libro est de subiecto simpliciter in subiectum simpliciter: vt cum ex albo fit nigrum, aut ex calido frigidum: Quare non adeo communiter hic vt in tertio Physicorum accipitur: sed tantummodo pro mutatione accidentis. Et quatuor habet species: scilicet augmentationem, diminutionem, alterationem, & mutationem secundum locum. Et quatuor interdū compositum mutatur, cum secundū accidēs fit tranfmutatio, quæadmodū si cū ex calido fit frigidum, ignis mutatur in aquam. Illa tamen compositi mutatio non est de ratione motus accidentalis: quandoquidem sine huiusmodi tranfmutatione æque fieri possit accidentalis motus. Et si cum eo coniuncta sit compositi mutatio: hoc accidit. Mutatio autem siue tranfmutatio æque communitur hic sumitur: atq; in tertio sumebatur.

¶ Rimi capitis quinti Physicorum prima diuifio. ¶ Eorum quæ tranfmutantur: quædā tranfmutantur per accidens, quædā secundum partem, & quædā per se. Siquid ea tranfmutantur per accidens, quæ non motu qui in eis est, sed alterius mouentur: vt homo dormiens ad motum nauis deferitur, & forma ad motum rei naturalis loco mouetur. Sicut enim musicus dicitur per accidens ambulare, quia est causa per accidens ambulationis: minime ad eam effectum ordinatū, ita quicquid per accidens tranfmutari dicitur: vt exemplo textus analogico, eius quod tranfmutatur per accidens ad causam per accidens intelligatur analogia. Id autem tranfmutatur secundum partem: cuius solū vna pars mouetur, a qua totum moueri denotatur: vt cum homo calefieri dicitur, quia manus eius calefiat: & loco moueri, quia brachium eius solū mouetur. Et autem tranfmutantur per se, quæ & motu qui in ipsis est, & secundum quilibet sui partē mouentur: vt aqua tota calefcescit, & lapis totus deorsum ruens. Et diuiduntur ea quæ tranfmutantur secundum diuersas tranfmutationum species. Nam quoddā est augmentabile, aliud diminabile, aliud alterabile, & aliud loco mobile. Sic momentum quoddā per accidens mouetur: quod ipsius motus causa per accidens esse designatur, vt medicus edificat. Accidit enim medicum moliri ædificiū & extruere. Quoddā secundum partem: vt cū vna duntaxat pars mouet a qua totū moueri denotatur: vt cū homo lapidē proicere dicitur, quia eius manus proicit. Quoddā autem est motus per se, quod ipsius motus causa est per se: vt calidū calefacit, lucidum illuminat. ¶ Secunda diuifio. Cū aliquid per se tranfmutatur quinq; inueniuntur scilicet per se mouens, per se mobile, tempus ipsius motus, terminus a quo motus, & terminus eius ad quem: quod in singulis tranfmutationum speciebus facile est inductione cognoscere: vt cū ex igne fit aqua, per se mouens est aqua ignem corrumpens; per se mobile: materia ignis deperdens formam ignis & acquirens formam aquæ, tempus generationis: hora minutū, & terminus a quo generationis: forma ignis, terminus deniq; ad quem: forma aquæ. Et cum vterq; terminorū motus positius est: prædicta quinq; reipsa distincta inueniuntur: vbi vero alter terminorū est priuatiuus (sicut cū ex tenebroso fit lucidū aut ex lucido tenebrosum) huiusmodi priuatiuus terminus reipsa cū mobili coniunctus, & quatuor inueniuntur solū reipsa distincta: quinq; tamen ratione diuersa. Ipsius autem motus localis duplices sunt termini scilicet extrinseci, vt locus a quo proficiscitur mobile est terminus a quo: & ad quem tendit terminus ad quem: & re & ratione diuersi. Et intrinseci: vt terminus a quo, quies ab ambulatione: eadē ipsi mobili & terminus ad quem ipsa tota latio, completa & perfecta: quæadmodū in cæteris motibus forma cōpleta per motū acquisita, est terminus ad quem sui motus. Et nō est calefactio in ipsa caliditate perfecta, completaq; tanq; accidens in suo subiecto: sicut neq; motus localis est in loco ad quem mobile tendit. Ipsa enim caliditas nō mouet neq; mouetur, sed est calefactio in mobili, vt in ligno: quæadmodum prius dictum est omnem motū esse in mobili. Et mutationes potius a termino ad quem pergitur, denominationem sumunt, quæ ab eo termino vnde veniunt. Vt cum ex frigido fit calidum, illa mutatio a caliditate termino ad quem nomen accipit, & dicitur calefactio. Et cum quid mouetur deorsum, a loco deorsum ad quem proficiscitur nomen sumit: vocaturq; motus deorsum. Vnde albedo & nigredo interdum reipsa sunt motus: vt cum partim sunt actū & partim potentia: interdum vero nō sunt, vt cū totæ sint actū. Earum tamen ratio nō est rationi motus respondens. Albefactio autem & nigrefactio & re & ratione sunt motus. ¶ Terminorum autem motus quidā est secundum accidens: vt albefcens intelligitur: intellectio terminus est per accidens albefactionis, quandoquid de albefactio non tendit in intellectio per se, sed in albedinem, quidā secundum partem: vt cum quid albedinem acquiri si terminum ad quem assignemus colorem, quia in partem tendit illius totum pro termino designando. Et si quis Athenas proficiscatur, quæ idcirco dicamus proficisci in Europam: totum pro parte designando. Quiddā autem per se: vt albefcens acquiri albedinem: albedo terminus est per se: & cū quis Athenas proficiscatur, Athenæ huiusce motus per se terminus est. De his autem quæ per accidens mutantur sicut in cæteris disciplinis ita in hac quoq; scientia determinatio præmittitur, quia infinite sunt huiusmodi mutationes & indeterminate, nullisq; certis legibus consuetæ. Sed de his solum quæ per se sunt mutationibus futurus est sermo. Sunt enim finitæ & determinatæ: de contrario quidē in contrariū, aut de contradictorio ad contradictoriū tendentes. Secundū quæ nō quodlibet tranfmutatur in quodlibet: sed determinatum in determinatum. Vt in contrariis in suum contrarium, quæadmodū semen oliuæ in oliu

Subiectū diuifio:

Quid non subiectum: Non subiectū diuifio:

Quomodo hic sumit motus:

Que mutantur per accidens:

Que mutantur secundum partem:

Que mutantur per se:

Mouentium diuifio:

Quot in tranfmutatione per se inueniuntur:

Motus localis duplex est per se terminus:

Terminorū & motus diuifio:



**Obiectionis solutio.**

nam. Et contra convenientem in in convenientem quemadmodum oliua in aridum oliua. Cum autem quicquam de extremo mutatur in medium, aut de medio in extremum, aut de medio in medium, contrarium quodammodo in suum mutatur contrarium. Nam medium vni extremo comparatum, alterius extremi naturam participare videtur. Vt in fidibus cytharæ, media chorda postremis & acutissimis comparatæ, graues videntur: eadem vero primis & grauiissimis comparatæ, apparent acute. Ita in coloribus fuscum albo comparatum, nigrum. Nigro vero comparatum, apparet album. Quare medium sub contrarijs quorum naturam sequitur, comprehenditur. Tertia diuisio. Oportet omnem mutationem esse aut de subiecto in subiectum, cum vterq; terminus affirmatione explicatur, vt ex albo fit nigrum; aut de subiecto in non subiectum: cum terminus a quo affirmatio & terminus ad quem negatione explicatur, vt e igne fit nigrum; aut de non subiecto in subiectum, cum terminus a quo negatione & terminus ad quem affirmatione explicatur, aut de non subiecto in non subiectum: cum vterq; terminus negatione explicatur, vt ex non igne fit nigrum. Prima conclusio. Solum secundum tria prima datæ diuisionis membra, transmutationes sumuntur. Patet, nam 4 transmutationes sunt inter terminos contrarios: cum & res ipse contrarie sint & contrarijs dicibilibus explicantur, vt ex albo fit nigrum; aut inter terminos contradictorios, cum contradictorijs aduicem explicantur terminis; vt ex non igne fit ignis. At solum transmutationes inter terminos contrarios aut contradictorios esse possunt, cum transmutationes sumuntur secundum tria data diuisionis membra, aut de subiecto in subiectum, vt ex albo fit nigrum quæ aduicem contraria sunt, aut de subiecto in non subiectum, vt de aqua in non aquam quæ aduicem sunt contradictoria, aut de non subiecto in subiectum: vt de non aqua in aquam quæ etiam contradicunt. De non subiecto autem in non subiectum transmutationem explicantes termini, neq; contrarij sunt, neque contradictorijs: vt de non aqua in non aquam. Siquidem termini, non aqua, non aqua, neq; contrarij sunt neq; contradictorijs, quare hoc modo nihil proprie & per se transmutari dicitur: nec ab re quidem. Nam huiusmodi mutationes indeterminatae sunt & nō alia cuius certi generis. Siquidem cum de raro aere fit minus rarus aut contra, de non aqua fit non aqua; cum de calido fit aer frigidus, itidem de non aqua fit non aqua: & cum de loco sursum quicquam deorsum mouetur, consimiliter de non aqua fit nō aqua. Triū autem ceterorum membrorum mutationes sunt alio cuius certi & determinati generis. Vnde quando ex aere fit ignis (quæ mutatio est per se & de contrario in contrarium) ex non aqua fit non aqua: id tamen accidit, neq; per se hæc transmutatio dicenda est, quæ eius termini non recte explicantur. Vt autem propria fiat transmutatio, & res & ratio conuenire debent: quæ quidem ratio attenditur ex conuenienti explicatione transmutationis per terminos contrarios aut contradictorios. Quæ autem penes primum membrum fit transmutatio, motus est, vt quarta docebit conclusio. Quæ penes secundum, corruptio est aut simpliciter aut secundū quid. Et quæ penes tertium: generatio est aut simpliciter, aut secundum quid. Est autem generatio simpliciter (ex proprijs huius libro terminis diffinitionem sumendo) de non subiecto simpliciter in subiectum mutatio: vt ex non igne fit ignis. Quod si dixerō, ex aqua fit ignis, re ipsa quidem generatio est: non tamen ratione, quia non est illa explicatio quam tradit data diffinitio. Et corruptio simpliciter est de subiecto in non subiectum simpliciter mutatio: vt ex igne fit non ignis. At quando ex igne fit aqua, ibidem res corruptionis est, non autem ratio: quia non est explicatio per subiectum & non subiectum. Generatio secundum quid est de non subiecto secundum quid in subiectum mutatio: vt ex non albo fit album. Quod si quis ita expresserit, ex nigro fit album, re ipsa generatio secundum quid est, non autem ratione: quia non est quæ per diffinitionem præfiguratur terminorum explicatio. Corruptio autem secundum quid est de subiecto in non subiectum secundum quid transmutatio: vt ex albo fit non album. Quod si dixerim, ex nigro fit album, res quidem corruptionis secundum quid est & accidentis deperditiva mutatio: ratio tamen ibidem non est, quia nō explicatur per subiectum & non subiectum. Vt autem hic motus aut mutatio proprie & per se esse dicatur, & res & ratio conuenire debent. Quarta diuisio. Non ens trifariam dicitur. primo falsum: quo pacto ponit logicus non entium nequaquam esse scientiam. Et id circa compositionem, id est propositionem mentalem affirmatiuam est, vt homo est lapis: aut circa diuisionem, id est mentalem vltimatam negatiuam, vt homo non est animal. Secundo. Non ens simpliciter, quod non est res naturalis & totum compositum. Siquidem ens simpliciter est res naturalis affirmatione explicata: vt homo, animal. quare ex opposito non ens simpliciter quod non est res naturalis & negatione explicatur: vt non homo, non lapis. Et hoc modo cum res naturalis acquiratur aut deperditur, est non ens: quia solum potentia existit: similiter materia dicitur eo pacto non ens, quia est substantia incompleta. Non ens tertio est non ens secundum quid: quando res entis est & substantia completa; ratio tamen est non entis explicatione negatiua alicuius accidentis, vt non album. Siquidem ens secundum quid est totum compositum, accidentis affirmatione explicatum: vt album in nigrum. Quare non ens secundum quid est totum compositum negatione accidentis explicatum: vt non album, non nigrum. Vnde non ens primo, hoc in loco minime moueri dicitur, neq; non ens secundo. Nam vt quicquam hic dicitur moueri, oportet ipsum esse subiectum denominationis completum, & totum actu. Itaq; materia etsi subiectum inbætionis sit & incompletum: minime tamen moueri hic dicenda est: & res naturalis quæ acquiratur aut deperditur itidem non mouetur: quia non tota est actu. Non ens autem tertio modo, bene dicitur hic moueri. Secunda conclusio. Generatio & corruptio non sunt motus. In promptu quidem ratio est, quia in motu (quo modo hic sumitur) idem debet ante transmutationem & post manere compositum: quod minime in generatione & corruptione contingit. Primo, quia quod non est ens completum & simpliciter, non mouetur. At quod generatur simpliciter, nō mouetur: quare generatio non est motus. Corruptio autem generationi contrariatur, ergo & corruptio non est motus. Si enim vni contrariorum non est motus: nec alteri, cum solum motus motui contrarietur. Secundo. Omne quod mouetur completiue: est totum compositum in loco existens. Quod autem generatur, non est in loco. Nam quod non est, non est in loco. Quod autem generatur non est completum ens & compositum, sed partim est & partim non est, & dicitur non ens. Ergo quod generatur, non est in loco: quare quod generatur, non mouetur: & per consequens generatio non est motus: ex quo consequitur & corruptionem non esse motum. Tertia conclusio. Omnis motus est de subiecto in subiectum. Patet. Nam omnis motus est mutatio. Et omnis mutatio est de subiecto in subiectum, de subiecto in non subiectum, aut de non subiecto in subiectum: vt ostendit prima conclusio: ergo omnis motus est de subiecto in subiectum, de subiecto in non subiectum, aut de non subiecto in subiectum. At nullus motus est de subiecto in non subiectum: nam huiusmodi mutatio corruptio est, quæ (vt præcedens docuit conclusio) nō est motus. Neq; vllus motus

**De non subiecto in non subiectum se transmutationem.**

**Quid generatio simpliciter. Quid corruptio simpliciter.**

**Quid generatio secundum quid.**

**Quid corruptio secundum quid.**

**Tres non entis acceptiones.**

**Quid non ens secundum quid**

**Quare generatio & corruptio non sunt motus.**

8  
9  
10  
11

8  
9  
10  
11

8  
9  
10  
11



8  
9  
10  
11







Primitas: nulla tamen speciei diuersitas. Sic ignis de cupedalis ad ignem pedalem maior leuitas: nullum tamen speciei discrimen est. **Tertiu** correlariu. Ex quo rursus liquet motus specie aut genere diuersos, no posse esse adinuicem continuos. **¶ Na** omnis motus continuus aut saltem ide specie, regularis esse potest. Motus aut specie diuersi, regulares adinuicem esse no possunt. Nam vnus velocitatis alterius velocitati minime coparanda est: vt velocitas alterationis non recte comparatur velocitati ambulationis, igitur non sunt continui.



**¶ Quinti capiti note.** Quodam, quodam subiecto. Vntum caput continet vnam quintumembrem questionem: quatuor conclusio- nes: tres rationes ad secundam, & duas ad tertiam. **¶ Quæstio.** Vtrum motus qui est ex aliquo contrarietur motui qui est in idẽ, vt qui est ex sanitate ei qui est in sanitate: vt eiusdẽ generatio & corruptio, aut qui sunt ex contrariis terminis, vt motus qui est ex sanitate motui qui est ex egritudine, aut qui sunt in contrarios terminos, vt motus qui est in sanitate ei qui est in egritudine, aut qui est ex contrario ei qui est in contrario: vt motus qui est ex contrario in contrarium ei qui est ex contrario in contrarium: vt motus qui est ex

sanitate in egritudine ei contrarietur qui est ex egritudine in sanitate. No enim sunt alii modi secundum quos sumere possis motuum contraria. **¶ Prima conclusio.** motus qui est ex contrario ei qui est in contrariu no est contrarius. **¶ Na** vnus, idẽq; motus est qui est ex contrario & qui est in contrarium: vt idẽ motus est qui est ex sanitate, & qui est in egritudine. Nihil aut sibi ipsi contrariu: motus igitur qui est ex contrario, ei qui est in contrarium no est contrarius. **¶ Secunda.** neq; oportet motus qui sunt ex contrariis esse contrarios. **¶ Primo.** quia contingit motus qui sunt ex contrariis eodẽ esse & similes. **¶ Cõttingit** enim ex contrariis mutari in extrema pariter & media. No igitur illos oportet esse contrarios. **¶ Secundo.** quia in contraria mutari potior videtur contrarietatis causa q̄ ex contrariis mutari. Na hic dimittuntur contraria, illic vero accipiuntur. No igitur oportebit motus qui sunt ex contrariis esse contrarios. **¶ Tertio.** vnusquisq; motu potius dicitur ab eo quo pergit, q̄ ab eo vnde venit. igitur non denominandi erunt motus contrarii, quia sunt ex contrariis: imo potius quia sunt in contraria. Vnde fit vt potius cõtrarij motus dicantur qui sunt in contrarios terminos. **¶ Tertia conclusio.** maxime motus cõtrarij sunt qui ex contrariis terminis in contrarios terminos euadunt. **¶ Primo.** quia qui secundum plures sumuntur contrarietates, magis cõtrarij videntur. **¶ Na** cumq; enim cõtrarietatis causam habebũt si quis secundũ pauciores sumuntur, habebũt illi eandẽ, & adhuc alterã: motus aut qui ex cõtrariis terminis in contrarios terminos euadunt, secundum plures sumunt cõtrarietates. Na si motus ex quibusdã terminis sunt in terminos subiecto eodẽ (per hoc enim motum vt generatio & corruptio a motu differt) & vtriq; vtriusq; sunt cõtrarij. Sunt igitur motus a cõtrariis terminis in cõtrarios terminos maxime adinuicẽ cõtrarij. Et licet motus ad cõtrarios terminos, & motus a cõtrariis terminis in cõtrarios terminos cõttingat esse eodẽ, cõttingit etiã interdum non esse eodẽ. Possunt enim esse ad cõtrarios terminos no ex contrariis terminis. **¶ Secundo** inductiue hoc idẽ licet intueri. Na sanationẽ & egritationẽ motus maxime putamus cõtrarios: & motus quia deorsũ fit sursum, & quia sursum fiat deorsum: & ita in ceteris qui ex cõtrariis terminis in cõtrarios recidũt terminos: vt ante, post, dextrum & sinistrum. Est igitur manifestũ eos motus maxime esse cõtrarios. **¶ Quod** autẽ in cõtrariu est & no ex quodã subiecto, vt cum no ex quodã aliquid mutatur in album, no proprie motus est (Est enim motus ex quodã in quodã mutatio) sed potius mutatio. Et in quibus no est cõtrarium, mutatio que est ex ipso ei que est in ipso quodãmodo cõtraria est. Na ratione cõtraria est: vt generatio corruptioni, & acceptio remotioni. **¶ Quarta.** cõtrariorum medium habentium motus qui sunt ex contrario in medium, & ex medio in contrarium, quodãmodo sunt cõtrarij. **¶ Nam** medio ad extrema vt cõtrario vturur. Cum enim quid ex nigro mutatur in fuscum, mutatur vt ex nigro in album: & cum ex fusco in nigrum, vt ex albo in nigrum: & cum quid ex albo mutatur in fuscum: mutatur vt ex albo in nigrum. Cum vero ecõtra ex fusco in album, vt ex nigro in album fit mutatio. Mediu enim ad vtrumq; quodãmodo dicitur extremor; oppositum. Sunt igitur huiusmodi motus quodãmodo cõtrarij.

**¶ Quinti capiti primo quinq; membroru questionem continet.** **¶ Primum.** an motus ex aliquo termino contrariatur motui in eundẽ terminu: vt motus ex sanitate motui in sanitate. **¶ Secundũ.** an motus qui sunt ex contrariis terminis adinuicẽ cõtrariantur: vt motus ex sanitate motui ex egritudine. **¶ Tertium.** an motus qui sunt in contrarios terminos adinuicẽ contrariantur: vt motus in sanitate motui in egritudine. **¶ Quartum.** an motus ex contrario contrariatur motui qui est in contrariu: vt motus ex egritudine motui in sanitate. **¶ Quintum.** an motus de contrario in contrarium contrarietur motui de contrario in contrarium: vt motus de sanitate in egritudine motui alteri qui est ex egritudine in sanitate. **¶ Prima conclusio.** Motus qui est ex contrario non contrariatur ei qui est in contrarium: vt motus a caliditate motui in frigiditate. **¶ Nam** nihil sibi ipsi est contrarium. At idem est motus qui est ex contrario, & qui est in contrarium: vt frigiditas est a caliditate & in frigiditate: igitur huiusmodi motus non est hoc modo contrarius. **¶ Secunda conclusio.** Non oportet motus qui sunt ex contrariis terminis esse contrarios. **¶ Nam** motus eiusdẽ speciei & naturę inter se non sunt contrarij. At motus ex contrariis terminis interdum sunt eiusdẽ speciei. Na ex cõtrariis extremis in idẽ medium, aut ex cõtrariis medijs in idẽ extremum transmutatione fieri contingit. Vt si ex albo fiat croceum, & ex nigro idẽ croceum. Aut si ex croco fiat album & ex fusco etiã album: vtraq; albificatio eiusdẽ est naturę. **¶ Secundo.** quia motus contraria accipientes potiorẽ habent cõtra: etatis causam q̄ cõtraria dimittentes. At qui mutantur in cõtrarios terminos accipiunt cõtraria: qui vero mutantur a cõtrariis terminis dimittunt cõtraria: igitur qui mutantur in terminos cõtrarios potius con-

trariantur, q̄ qui ex terminis cõtrariis. **¶ Tertio.** A quo motus accipiunt denominationem, ab eodem rationabile est accipiunt contrarietatem. Sed motus accipiunt denominationem potius a termino ad quẽ q̄ a termino a quo: igitur cõtrarij dicendi sunt, quia Qui motus est sunt in contrarios terminos: & non quia sunt ex cõtrariis terminis. **¶ Quare** motus contrarij dicendi sunt qui sunt in cõtrarios terminos, vt albificatio ad albedinem: & nigrescãtio ad nigredinẽ. **¶ Tertia conclusio.** Maxime motus sunt contrarij qui a contrariis terminis in cõtrarios terminos procedunt: vt motus ab albedine in nigredinẽ: alteri motui qui est a nigredine in albedinem. **¶ Pa-** tet quia motus qui secundũ plures sumuntur contrarietates, magis sunt contrarij. **¶ Quancũq;** enim contrarietatis causam habent motus qui secundũ pauciores sumuntur contrarietates, eandẽ habent & illi qui sumuntur secundum plures & adhuc alterã. **¶ Siquidem** motus qui no sunt ex terminis cõtrariis, sed solũ in terminos cõtrarios habent hanc vna contrarietatis causam, q̄ in contrarios sunt terminos: quã habent & motus qui sunt ex contrariis terminis in contrarios terminos: & pręter eam, habent alterã q̄ ex contrariis sunt terminis, quã primi non habent. **¶ Constat** aut motus qui sunt ex contrariis terminis in contrarios terminos, secundum plures sumi contrarietates. Na secundum contrarietate terminorum ex quibus & terminorũ ad quos: ergo maxime sunt adinuicẽ contrarij. Et licet aliqui motus ad contrarios terminos, sint a cõtrariis terminis in contrarios terminos: & cõs motus qui sunt a contrariis terminis in cõtrarios terminos, sint in contrarios terminos. Aliqui tamen motus in cõtrarios terminos, non sunt a contrariis terminis in contrarios terminos: vt quorũ termini ex quibus, non sunt contrarij. **¶ Secundo.** Motus a raritate in densitatem, & densitate in raritatem maxime adinuicẽ contrariantur. Et motus qui est a sanitate in egritudinem, motui qui est ab egritudine in sanitatem. Et motus qui est a sursum in deorsum, & qui est a deorsum in sursum: igitur motus qui sunt a cõtrariis terminis in cõtrarios terminos maxime sunt contrarij. **¶ Cum** autem quicq; mutatur in contrariu no manente sub vtroq; termino eodẽ subiecto cõpleto, no proprie motus est. Na motus est ex quodã in quodã manente eodẽ subiecto, sed ibidẽ est mutatio, vt eum ex igne fit aqua, ex calido fit frigidum: & cum ex aqua fit ignis, ex frigido fit calidum. **¶ In** quibus aut vnun eorum quẽ explicatur no est alteri contrarium: vt motus qui est in aliquid, & motus qui est ab eodẽ, quemadmodum motus in albedinem, & motus ab albedine: quodãmodo contraria mutatio est. Na quis re ipsa non sit contraria, cum nihil sibi ipsi sit contrarium: tamen ratione cõtraria est alicuius acquisitioni & eiusdẽ deperditio, quã admodũ formę generatio eiusdẽ corruptioni, & eius acquisitioni deperditioni. **¶ Quarta conclusio.** Motus qui sunt ex medio in contrarium, aut contrario in medium, quodãmodo sunt contrarij. **¶ Nam** medio ad vnun extremum coparato tanq; opposito extremo vturur. Vt motus de albo in fuscum est, vt de albo in nigru: cum fuscum ad album videatur nigrum. Vt motus de nigro in fuscum est, vt de nigro in album: eum fuscum ad nigrum videatur album. Sunt igitur prędicti motus quodãmodo contrarij. **¶ Sexti capiti note.** **¶ Quies,** in subiecto motus priuatio. **¶ Stat,** manet, quiescit. **¶ Status,** mansio, quies. **¶ Naturale** dicitur quod solitam naturę se seruat. **¶ Innaturale,** quod non. **¶ Innaturale,** violentum, pręter naturam. **¶ Dies** Critici: dies ad morbi ostensionem aut depulsionem naturę ordinati.

**¶ Sextum** caput cõtinet quinq; cõclusiones: duas rationes ad quintam: & quatuor quæstiones cũ earum solutionibus. **¶ Prima conclusio.** quies motui termini vnde de motus & no motui termini quo tendit & proficiscitur, opponitur. **¶ Manifestum** est enim motui motum & quietẽ opponi sed motum motui simpliciter & vt contrariu cõtrario: quietẽ vero vt priuationẽ habitui. Sed q̄ quies motui termini vnde motus: & no motui termini quo pergit opponatur, patet: quia mobile motu utetur, vt quiescat in termino quo pergit. Nihil autẽ in suum cõtrarium aut oppositum pergit: no igitur opponitur quies motui termini quo proficiscitur & pergit. At motuum soluti sunt duo termini: terminus vnde motus & terminus quo tendit & proficiscitur: & quies alicui motui opponitur. Relinquitur igitur eam esse oppositã motui termini vnde venit motus. Non enim alior; terminor; motibus opponi posset: vt motui qui est in sanitate no opponitur quies in sanitate, sed quies in sanitate opponitur motui in egritudine, & non motui alterius termini: vt motus in albedinem. **¶ Secunda conclusio.** no modo quies motui opponitur, sed interdum quies quieti opposita est. **¶ Quietẽ** motui opponi est manifestũ, quietẽ vero quieti, itidẽ esse oppositam hinc liquet. **¶ Distũ** est motus a cõtrariis terminis in cõtrarios terminos esse cõtrarios: vt qui ex sanitate in egritudine est, ei qui est ex egritudine in sanitate: igitur & in illis terminis quietes sunt oppositę. Si enim in aliquos terminos motus sunt cõtrarij, in eisdẽ quietes cõtrarias no esse, incõueniens esse videt. **¶ Tertia.** Earum mutationum quę non sunt de quodã in quodã: mutatio quę est ex termino ei opposita est quę in ipsum euadit terminum. **¶ Quomodo** id fit, itã distum est: vt generatio corruptioni & per sita est ablatio. **¶ Quarta.** tali in terminum mutationi itidẽ quodãmodo opposita est immutatio in termino a quo mutationis. **¶ Na** sicut est in motibus & quietibus oppositis, ita & in mutationibus (quę motus no sunt) & immutationibus eis oppositis esse videtur. Motibus autẽ quietes termini vnde motus opponuntur, & no termini quo proficiscuntur. Ita erit igitur in huiusmodi mutationibus & oppositis immutationibus: vt mutationi in terminum opposita sit immutatio in termino a quo mutationis vt mutationi quę est in esse: immutatio quę est in no esse opposita est. **¶ Quinta.** talis opposita immutatio, quies non est. **¶ Primo.** quia sicut sua mutatio se habet vt sit motus, ita ea vt sit quies. Manifestũ est autẽ suã mutationẽ oppositã non esse motum, neq; igitur eã immutatio, quies est. **¶ Secundo.** omnis quies motui opponitur: huiusmodi autẽ immutatio, quies est: motui igitur opponitur: hoc autẽ falsum est. Aut generatio & corruptio sunt motus: quod non fecit falsum est: no igitur huiusmodi in mutatio, quies est. **¶ Prima quæstio.** Cur sicut motuum secundum locum quidã est naturalis & alter violentus, itidẽ & quietum: no est

37



similiter est in generatione & corruptione, augmentatione & diminutione & alteratione: videtur enim & generatio & corruptio utraq; secundum naturam esse, sicut inuenescere & senescere secundum naturam sunt. Et augmentatio & diminutio utraq; & alterationes oppositae secundum naturam sunt: ut sanatio & egroratio, albatio & denigratio. Horum enim alterum altero non magis secundum naturam est. Soluit dicens motus penes naturale & violentum sumptos esse contrarios, similiter & quietes. Et sicut hi in motibus secundum locum inueniuntur, ut videre promptum est: ita est quaedam generatio naturalis, quae facta & naturae seruata serie euenit. Et quaedam praeter naturam & violenta. Et quaedam corruptio naturalis, & quaedam corruptio violenta ipsi opposita, & quae praeter fatum & naturam serie eueniat. Et quaedam augmentatio naturalis quae naturam seruat ordinem, & quaedam violenta: ut messis triticum illud praecox, immaturumq; & ante tempus incrementum, cum suscepto alimento subito longam porrigitur & pubescit in segete. Et quaedam alteratio ut sanatio naturalis est: ut quae fiat Creticis diebus. Quaedam vero innaturalis: ut quae Cretico die praueinat, eodem se sequatur. Unde fit ut generatio generationi contraria sit, & corruptio corruptioni: ut corruptio quae secundum naturam est, & quae dulcis nominatur, ei quae violenta & tristis dicitur, quodammodo contraria est: & augmentatio augmentationis, & ita in ceteris. Neq; hic modus inuestigandi contrarietate altus est ab eo quae supra probauimus: ut ignis motus sursum naturalis, contrarius est eiusdem motui deorsum violento & contra naturam: qui sunt motus contrariorum terminorum in contrarios terminos. Contrariantur enim locus sursum, & locus deorsum. Itidem & de terra & ceteris dicat, & ignis motui sursum opposita est violenta quies in imo & deorsum: quae est quies in termino unde motus & in termino a quo: & ignis quieti naturali sursum, opposita est quies innaturalis deorsum: quae motum oppositorum & in terminis oppositis quietes sunt. Unde persequitur eadem motus, eiusdem motui violento esse contrarium: & quae violenta, eiusdem motui naturali: dico enim eiusdem: nam nihil prohibet motum vni naturalem, eundem aut similem alteri esse violentum: ut motus sursum igni naturalis, est terrae violentus, qui contrarius non sunt, & ita de quiete intelligas. Secunda quaestio. utrum cum graue continue sursum feratur, sicut & si quiescat & sit, cum hoc violente sit, cur non velocius semper feratur: cum omne quod fertur cum violente stet, velocius ferri debere videatur: cuius tamen oppositum videtur, quare quiescens videtur non quiescens. Respondet non omnino stare & quiescere: stat tamen praeter motum cum fertur, & hoc violente, sicut motus violentus est: neq; idcirco confiteri oportet velocius mutari debere. Nam duntaxat velocius est omne quod fertur, violente stans postremo velocius moueri, cum natura feratur. Tertia quaestio. cum quies in termino a quo motus venit, opposita sit motui inde proficiscenti: & quando mobile mouetur, parte motus partem quietis illius habeat: quomodo igitur non simul erunt opposita, aut non est quies in termino unde motus est (ut dictum est) opposita? Respondet non secundum idem moueri & secundum idem adhuc manere & stare. Nam si motum actu & priore respicias (ut cum lapis deorsum feratur) quietem illius priorem non habet. Si vero ad motum attendis qui futurus nondum actu est, sed potentia: mobile stare ad huc apprehendit, sed status ille & quies & pars ea motus non simul sunt, & si motus pars alia simul cum quiete illa existat. Unde fit ut motus motui ut motus sursum motui deorsum magis euadat oppositus, quam quies motui. Nam motus illi neq; secundum totum neq; secundum partes aliquas se in eodem admittit: ad autem admittunt motus & quies. Quarta quaestio. An motus ignis sursum qui est secundum naturam, contrarius motui ignis deorsum qui est praeter naturam: aut motus terrae deorsum qui est secundum naturam, ferat non eodem modo? Respondet ignis motum sursum qui est secundum naturam, eiusdem motui deorsum qui est praeter naturam proprie contrarius, & ita in quietibus oppositus. Sed haec motus vnus, & quae quies vna, qui motus contrarius, quae quies motui, & quies quieti opposita sit, satis dictum videtur.

Quinti Physicorum finis.

Notarum sexti capitis declaratio.

Quies non cuiuscumq; transmutationis priuatio est, sed illius duntaxat qua idem subiectum completum sub utroq; termino manet, quae hoc in loco motus dicitur. Mutatio autem est quado non manet idem subiectum in utroq; termino, ut generatio & corruptio: Et illius priuatiue oppositum est immutatio, quae est mutationis in subiecto nato priuatio, ut cum generatio aut corruptio perfecta est. Naturale est quod solitum naturae ordine seruat, ut arbores florere in vere, & folijs nudari in hyeme. Innaturale vero quod non solitum naturae ordine seruat: ut arbores florere in autumno. Dies cretici siue iudicarij dicuntur quibus aut morbus inualescere aut deficere natura determinate cognoscitur. Inualescere quidem, cum virtus naturae superatur a morbo. Deficere vero, cum natura superat morbum. Praecox est quod ante alios fructus coquitur & maturefcit: quasi praecoquam siue prius coctum, quemadmodum fruges praemature, & alias sua maturitate praecedentes.

Sexti capitis prima conclusio. Quies in aliquo termino opponitur motui qui est ab illo termino, & non motui qui est in eundem terminum. Ut quies in loco deorsum opponitur motui qui est a deorsum in sursum: & non motui qui est a sursum in deorsum. Sic quies in loco sursum opponitur motui qui est a sursum in deorsum: & non motui qui est a deorsum in sursum. Supponitur enim Physicus motui motui: contrarius & secundum rationem solum. Quae autem quies in aliquo termino non opponitur motui ad eundem terminum, patet: quia nihil in suum priuatiue oppositum mouetur. Mobile autem mouetur ad terminum ad quem, ut in eo quiescat: igitur motus ad aliquem terminum non opponitur quieti in illo termino: quare per relatiuorum conuertentiam quies in aliquo termino non opponitur motui ad illi terminum. At quies (ut supponimus) alicui motui opponitur, & non motui ad illum terminum in quo sit quies, ut modo probatum est: nec aliorum terminorum motus

eui opponitur: ut quies ab ambulatione non opponitur calefactioni. Nam quies ad suum motum duntaxat comparari debet. Relinquitur igitur quiete opponi motui a termino in quo est quies. Nempe cum motus solum sint duo termini, terminus a quo & terminus ad quem, ut supponitur Physicorum: nullus alius relinquitur motus cui quies opponi possit. Secunda conclusio. Non solum quies motui opponitur, sed & quies alteri quieti opposita est: ut quies in caliditate quieti in frigiditate, & quies in sanitate quieti in egritudine. Patet, quia motus a contrarijs terminis in contrarios terminos sunt contrarij: ut praecedenti capite monstratum est: ergo in contrarijs illis terminis quietes sunt contrariae. Si enim motus in aliquos terminos sunt contrarij, & quietes in illis terminis sunt contrariae. Tertia conclusio. Earum mutationum in quibus non idem manet sub utroq; mutationis termino subiectum completum: ea quae est ex aliquo termino est opposita ei quae est in eundem terminum. Ut corruptio quae est ab esse alicuius formae substantialis, contrariatur sicut secundum rationem generationi quae est ad esse eiusdem formae. & diuerso generatio quae est a non esse alicuius formae, contrariatur corruptioni quae est ad non esse eiusdem formae. Id in fine praecedentis capitis dictum est: ut generatio alicuius formae, corruptioni eiusdem, & formae substantialis a materia deperditio, eiusdem in materia susceptioni. Quarta conclusio. Mutationi in aliquo terminum priuatiue opponitur immutatio in termino unde ipsa mutatio proficiscitur: ut mutationi quae est ad esse priuatiue opponitur immutatio quae est in non esse. Ex quo quidem termino, mutatio quae est ad esse, proficiscitur. Et mutationi quae est ad non esse opponitur immutatio quae est in esse. Nam ex eo termino, mutatio quae est ad non esse progreditur. Nam sicut quies opponitur motui, sic immutatio mutationi. Similis enim eorum est ad se inuicem proportio. At quies in aliquo termino opponitur motui qui est ex illo termino, & non motui qui est ad illum terminum, ut ostendit prima conclusio. Ergo immutatio in aliquo termino priuatiue opponitur mutationi quae est ex illo termino, & non mutationi quae est ad illum terminum: quare per conuertentiam relatiuorum mutationi in aliquo terminum opponitur immutatio quae est in termino unde ipsa mutatio proficiscitur. Quinta conclusio. Mutationi priuatiue opposita immutatio, quies non est. Patet primo, quia sicut se habet mutatio ad motum, ita immutatio ad quietem. Vt enim habitus ad habitum, ita priuatio ad priuationem. Nulla autem mutatio est motus: nisi & re & ratione ab inuicem discrepant, cum hic manente eodem completo subiecto fiat, illa vero non manente eodem subiecto, igitur neq; immutatio est quies. Secundo. Ad impossibile idem patet. Omnis quies motui opponitur, immutatio autem per aduersarium quies est, igitur immutatio opponitur motui. Consequens est falsum: alioquin mutatio ut generatio & corruptio (cuius immutatio monstrata est priuatiue opponi) esset motus: quod non minus est impossibile: ergo aliqua assumptarum praemissarum est falsa. Sed maior non est falsa, ergo minor: quare eius contradictoria quae est conclusio intentata & proposita est vera. Prima quaestio. Cum motuum secundum locum quidam sit naturalis & quidam violentus, similiter & quietum a motu secundum locum: quare similiter aliarum mutationum & motuum non est aliquis naturalis & violentus: sed videntur aliae mutationes & motus omnes esse naturales, neq; potior assignanda ratio cur vnus altero magis secundum naturam est. Respondet Philosophus motus quorum vnus naturalis est & alter violentus ad inuicem esse contrarios: similiter & quiete naturale quieti violentae. Deniq; quiete naturale motui violento, & quiete violenta motui naturali. Naturale autem naturali non opponi, neq; violentum violento. Et quemadmodum in motu secundum locum, ita in ceteris quoq; naturale & violentum inuenitur: ut generatio naturalis: quae seruata naturae serie, tempore debito fit: ut florum in vere, & pueri nono mense. Violenta autem generatio quae natura determinatum tempus praecedat, aut sequitur: ut florum in hyeme, aut foetus in sexto mense: eorum mulier parit abortum. Sic quaedam corruptio naturalis est dulcis qua defuncti senio extinguuntur: quaedam violenta est tristis qua repente interit, naufragio, incendio, aut ferro quis ante suam periodum occumbit, ita quaedam augmentatio naturalis, qua senem cum tempore, apta & respondens magnitudo acquiritur: quaedam violenta qua minori tempore plus equo magnitudinis aut diu turniori tempore minus acquiritur: ut si puer quarto anno sit maior quam alter decimo quarto, aut quando triticum mandatum terra subito surgit in oblongum calamum ante debitum tempus, & spicas emittit, cum aliud naturaliter crescenti vix humo exierit. Sic diuinitus naturalis est, ut quae in decumbentibus ad senectutem fit: quaedam autem violenta: ut quae tempore adolescentiae morbo corpus extenuante & depauperante contingit. Sic alteratio quaedam naturalis est, ut sanatio facta cretici diebus tempore a natura determinata: quaedam autem violenta, ut sanatio cretici, iudicarij q; dies praueinens aut sequens. Et in omnibus istis naturale violento eiusdem generis opponitur: ut generatio naturalis generationi violentae, & corruptio naturalis corruptioni violentae, & ita in ceteris. Et hic motus inuestigandi contrarietate motuum penes naturale & violentum non est alius a modo inuestigandi contrarietate motuum per terminos ex quibus & ad quos prius posito. Nam ubi hic inuenitur, simul & ille incidere deprehenditur: ut motus ignis sursum contrariatur eiusdem motui deorsum, naturalis scilicet violento: & idem duo motus sunt a contrarijs terminis ad contrarios terminos: quare & hoc, & illo contrarietatis modo repugnant. Sic motus ignis sursum contrariatur quieti ignis in loco deorsum: naturale scilicet violento, & quies illa est in dato termino, & motus ab illo termino. Datus igitur motus & quies utroq; praedictorum modorum repugnant. Deniq; quieti ignis sursum naturali contrariatur quies eiusdem deorsum violenta: & illae sunt quietes in terminis oppositis. Ambe igitur quietes ad inuicem opponuntur utroq; contrarietatis modo: & eo qui hic datur, & qui secunda huius capitis conclusione positus est. Ut autem motus naturalis motui violento aut quieti violentae opponatur: necesse est ipsa eiusdem esse subiecti, similisq; speciei. Nam diuersorum subiectorum motus aut quietes ad inuicem non opponuntur, nisi vnus naturalis & alter violentus fuerit, ut motus ignis sursum naturalis non contrariatur motui terrae sursum violento: neq; quieti terrae sursum violentae, quia non sunt consimilium mobilium. Secunda quaestio. Cum graue ut sit continue sursum feratur, utrum simul quiescat. Quod si quiescat, cum id violente sit, cur postea non velocius mouetur. Nam omne quod fertur si violente quiescat postea velocius mouetur. Respondet quod mobile si non omnino quiescit cum mouetur in parte a b sed partim quiescit ut a latiore futura in b, c, d, & d e. Sic quando a mouetur in b, non amplius ab illa latiore quiescit: tamen quiescit a latiore futura in c, d, & d e: eorum ea nondum habeat natum ipsam habere. Et sicut motus ad partem b e violentus est, ita & quies a b ea latiore violenta est: neq; idcirco oportet mobile in posterioribus spatijs partibus velocius moueri. Nam violenta quiescens postea velocius mouetur, cum sequens quiete motus naturalis fuerit, ob minore scilicet spatij resistentiam. Cum autem motus post quiete violentus fuerit: tardius mouebitur ob debiliorem virtute motuam. Tertia quaestio. Cum quies in aliquo termino opposita sit motui ab illo termino procedenti, & mobile si quan

Quid hic sit mutatio.

Qui dies dicitur cretici.

Cui motui quies opponitur.

Quies etiam quieti opponitur.

Quid inter quiete & immutationem interest.

Prima questio.

Responsio.

Inuestigatio contrarietatis motuum per naturale & violentum.

Secunda questio.

Responsio.

a e f b c d e











a b lita b. Et pars motus d fita parte mobilis a c: & pars altera motus f e in parte altera mobilis c b: vt liqui  
do percipias motum, partium mobilis partibus sitate partiri. ¶ Seco. omnis motus alicuius est totus, qui  
& idē plurium totus esse non potest: d igitur alicuius est totus: & positus est totus esse mobilis a b. Non  
est igitur totus a c aut totus c b: partes enim sunt vtraq; & idē motus plurium esset totus: neq; per idē ala  
terius partium vltius, totus; erit igitur totus motus d e totius mobilis a b: & partes eius, partibus mobi  
lis a b, toti motus respondēt. Et certe prectū esse videt, vt totū totius existit, & partes, partū esse. ¶ Ter  
tio. quia cum totus motus d e sit totius mobilis a b, cum diuidetur mobile in partes a c & c b, & quascū  
q; alias libuerit. Si partes motus, mobilis partibus æquantur, cōfectum est quod volumus: motum scilicet  
cum mobilis partitū de partiri. Si vero motus deficit, ita vt liceat mobilis partē extra accipere motum nul  
lum habentē vt a g: cum totum mobile a b positum sit moueri: & pars eius a g mouebit: quē motum nō  
habent: mouebitur igitur aliquid sine motu, quod est impossibile. Si vero dixeris motū mobilis partes sit  
perare, ita vt aliqua pars eius vt h e extra mobilis partes cadat. Erit igitur motus h e sine mobili: non enī  
erit in altero mobili, cum totus motus d e positus sit esse vnus. At viro si totus motus sit vnus, & mobile  
esse vnū (vt iam cognitum est) necesse est: quā si impossibilia sunt, perspicuum euasit motum non mo  
do temporis, sed & partitōne mobilis partiri. Et quamuis & quod mouetur & motus & tempus & plar  
raq; alia, diuisiones correspondent habean: vt vnus diuisionem reliqua oia sequantur: nō tamen oia  
hæc cōsimiliter diuiduntur, sed quātitas vt magnitudo & tēpus per se diuiduntur: quod mouet, sūa ma  
gnitudinis diuisione, & affectiones & qualitates, per accidens: quia simul iis accidunt, quibus ea (quæ p se  
sunt diuisibilia) insunt. ¶ Secūda cōclusio. nō modo vt tēpus, motus diuisibilis, imo ecōtra retroagitur vt  
motus diuisibilis: & tēpus diuisibile esse oportet, & vt motus diuisibilis: & quod mouetur. ¶ Sit a mo  
tus, b tēpus: diuideo motū per medium. Motus medium est in minori tēpore q̄ totus motus a. Et itē me  
dii sumo medium aliud: quod erit in minori tēpore, vt manifestū est: & semp hoc modo, vnde fit notum  
vt motus, ita & tēpus diuidi oportere. Sit itē a totus motus c: c vero quod mouetur, medietas motus, mi  
noris est q̄ c: & itē medii medietas minoris erit: & ita semper procedendo, vt quācūq; motus partem  
accipias: eius quod mouetur parti correspondeat, vt pars mota a d: parti eius quod mouet c d. Et pars a e,  
parti c e. Et a f, c f, & ita quācūq; aliā acceperis. Ita (vt prædemōstratum est) vt nunq; partes motus: eius  
quod mouetur deficient partibus: aut quod mouetur, aliqua parte motum excedat: sed vt totum totius,  
& partes partium existunt: vt igitur motus diuiditur, & quod mouetur diuisibile esse oportet. Et cōsimi  
liter nō strari possit spatium esse diuisibile, & id scdm quod est motus: & ex vnus (vt quod mouetur) d i  
uisione: omnium aliorum diuisiones perspicere: vno enim diuiso, cætera vt diuidantur necesse est. Et vt  
vnum finitum ut a cū: & cætera finita esse oportet. Et vt vnum infinitum vt potestate & diuisione in sem  
per diuisibilia, & cætera cōsimili modo esse & infinita, si enim alio modo, & alia alio modo.

Notarum quarti capitis declaratio

¶ Totum moueri dicitur, cū ipsum q̄ quelibet eius pars integralis mouetur, vt cum lapis cadit deorsum, quælibet partū lapi  
dis scdm quantitatē sumpta mouet deorsum. ¶ Cū in probatione scdæ cōclusionis dicit litera, diuideo motum per medium: ibi me  
dium nō sumitur pro medietate secundū molē q̄ attendit scdm subiecti diuisionē, sed pro medietate secundū successiōne. Cū vero  
deinde subiungit: medietas motus, minoris est q̄ c: ibi medietas motus secundum molē q̄ extensionem subiecti sumitur:

¶ Varii capitis prima conclusio. ¶ Motus dupliciter diuiditur: primo penes tēpus in quo fit, quomodo in partes successiōis  
priorē & posteriorē in eadē subiecti parte vicissim existentes diuiditur. Seco. penes ipsius mobilis partes secundū dimen  
sionē sumptas, quomodo in partes simul secundū duratiōne existentes diuiditur: sed quæ in diuersis sunt subiecti partibus. Vt motus  
lapidis bipedalis in vna hora primo diuiditur secundum diuisionē tēporis: & prior pars motus priori tēporis parti respondet,  
posteriori vero posterior. Secundo idē diuiditur in motum primi pedalis, & motum scdī pedalis simul scdm tps in diuersis sub  
iectis existentes. Quæadmodū albedo primo in partes intensionis & p se diuidit, secundo in partes extensionis gratia subiecti. ¶ Patet  
primū, quia tps mensura est motus, & prolixior motus diuturniore sit tēpore, breuior autē correptiore: vt latio vnus horæ in vna  
hora, & latio minuti in vno minuto: perinde igitur atq; pānus diuiditur secundum dimensionē vniē in partes respōdētēs, ita mo  
tus secundum successiōne tēporis diuisionē recipit. ¶ Secundum patet: primo. Sit a b mobile quod totum moueat motu d e. Diui  
do ipsum mobile per c in duas partes a c, & c b. Quia totum mobile a b mouetur, per diffinitionem q̄ a c eius prima pars mouetur.  
Et cum a c moueatur, habet igitur motum quo mouetur vt d f. Nam rem moueri motu non presente impossibile est. Sic cum totū  
mobile a b moueatur, & eius altera pars c b per diffinitionē mouet. Habet igit in se motū quo moueatur, vt f e. Nā sine motu im  
possibile est quicūq; moueri. Et quæcūq; alia detur pars ipsius a b, cōsequens est eā moueri q̄ in se motum habere. Neq; vna pars mo  
uetur motu alterius partis vt c b motu d f. Nam si motus d f ponatur esse in parte c b, cum etiam sit in parte a c, idem erit accidēs in  
diuersis subiectis. Si vero d f non ponatur esse in parte c b: tunc aliquid mouebitur motu qui non est in ipso: quod æque impossibile  
est atq; aliquid esse album albedine quæ non sit in eo. Est igitur totus motus d e in toto mobili a b, & pars motus d f in parte mobi  
lis a c, & f e altera pars motus in parte mobilis c b, quod est propositum. ¶ Secundo. omnis motus, alicuius subiecti est totus: qui  
& idem plurium subiectorum totus esse non potest. Alioquin eadē forma esset in diuersis subiectis. At d e est motus, ergo to  
tus est in aliquo subiecto vt a b: & non est totus in subiecto a c, neque totus in c b, aut quacūque altera parte. Alioquin cum  
a c sit pars totius ab & similiter c b idem motus d e esset totus plurium subiectorum scilicet a c partis & a b totius: aut c b  
partis, & a b totius, quod est oppositum assumpti principij. Quod si quis dicat esse quidem incommuniens eundem motum esse to  
tum plurium subiectorum non communicantium: sed non repugnare eundē esse totum plurium subiectorum cōciantium: vt a b

totius, & a c partis. Ponat ergo gratia disciplinæ d e motus esse totus ipsius a b, & totus a c subiectorum cōciantium. Arguit sic: si  
cut a b & a c totum, & prima pars sunt subiecta cōciantia: ita a b & c b totum, & sua secunda pars subiecta sunt cōciantia: er  
go sicuid e pot esse totus ipsius a b & a c pari rōne poterit esse totus ipsius a b & c b: quo admissio idē motū d e erit totus plurium  
subiectorum nō cōciantium scz a c & c b, qd impossibile esse vltro admittit aduersarij. Cū ergo totus motus nō possit esse ipsius a c,  
& ipsius a c sit aliquis motus: est igitur pars motus vt d f: & partes c b pars motus vt f e, & ita cōsequēter. ¶ Tertio. cum  
totus motus d e sit totus mobilis a b, cū totū mobile diuiditur in partes a c, & c b. Si partes motus æquatur partibus mobilis, vt  
nulla sit pars mobilis sine parte motus, neq; vlla pars motus quin sit in aliq; parte mobilis, habet propositū, scilicet motū diuidi  
ad diuisionē sui subiecti. Si vero motū excedat a subiecto, vt possit dari aliqua pars mobilis nō habens in se motū. Det ergo gratia  
disciplinæ a g pars totus mobilis a b, nullū in se motū habēs. Cū totū mobile ab moueat, & eius pars a g p diffinitionē mouet.  
At a g p hypothesim nō habet in se motū: igitur aliquid sine motu mouetur, qd est impossibile. Si vero cōtra qd dixerit motū excedere  
ptes mobilis: vt aliqua pars motus (exēpli gratia h e) sit extra partes mobilis, & nulli partū mobilis assit. Sic arguit. Motus h e p  
hypothesim nō est in aliq; parte mobilis a b, neq; est in aliquo altero mobili. Nā totus motus d e positus est vnus & cōtinuus, quare  
oportet eius mobile esse vni numero, p ea q̄ quintus liber ostēdit: ergo motus h e est sine mobili, quod est impossibile. Relinquitur igitur  
motū totū toti subiecto, & quālibet partium motus alicui parti subiecti respōdere, quod est propositū. Et quis hæc tria, mobi  
le, motus, & tēpus correspondēt diuidantur, nō tamē oia eodē modo. Nā aliqua per se, & primo, nulliusq; alterius gratia in pa  
rias partes diuisionē habet, vt magnitudo in partes extensionis, & iustas in partes intensionis, latio in partes successiōnis, nūcerus in ptes  
multitudinis. Alia nō sui gratia sed alterius quod in ipso est diuiduntur, vt subiecta in partes integales gratia magnitudinis q̄  
est in ipsis. Alia vero neq; per se primo, neq; gratia alterius quod sit in ipsis vt subiectis diuiduntur: sed per accidēs & gratia al  
terius quod simul est in eodē cum ipsis subiecto: vt albedo in partes extensionis diuiditur: quia est in subiecto in quo est magnitudo,  
cuius diuisionē in huiusmodi partes albedo secatur. Motus autē penes tēpus per se & primo diuiditur, penes subiectū vero per  
accidēs & in partes accidentarias. ¶ Secūda conclusio. Nō solum motus diuisione tēporis & subiecti diuiditur, sed & econtra  
tempus diuisione motus qui in eo fit, & subiectū n, sui motus partitōne secatur. ¶ Sit a f motus q̄ fiat in toto tpe b k. Sumo medie  
tate ipsius motus quæ sit a d. Manifestum est ipsam fieri in minori tēpore vt b g. Et iterum illius medietatis sumo medium, scilicet  
a e quod fiet in minori tēpore vt b h. Et ita partes tēporis, motus partibus æqua diuisionē respondēt. ¶ Præterea sit a totus motus,  
& vero mobile: medietas motus scilicet a d est in minori subiecto q̄ c, scilicet in c d: & illius medij medietas vt a e est adhuc in mi  
nori subiecto vt c e: & iterū minor pars motus vt a f in minori parte subiecti c f: & ita cōsequēter, vt nō inueniatur pars mobilis  
sine motu, neq; motus sine mobili. Et ita demonstrandum est spatium super quod fit motus esse diuisibile cōsimiliter ad motum qui  
fit super ipsam, in partem priorē & posteriorē. Et etiā id secundum quod est motus sine forma q̄ per motū acquiritur aut des  
perditur, vt forma rei naturalis, quātitas, & iustas, & latio: diuiditur scdm diuisionē motus p quæ acquiritur. Vt quæadmodum calefa  
ctio decē graduū: ita quoq; caliditas decē graduū diuisionē recipit. Et sicut oim prædictorum: mobilis, motus, tēporis, spatij, &  
formæ vni est finitum actū & infinitum diuisionē: ita quodlibet cæterorum. ¶ Quinti capitis nota.  
¶ Quod mutatur, mobile. ¶ In aliquid, terminum aliquid. ¶ Mutatio secundū contradicōnem, generatio, corruptio. ¶ Mu  
tatum, mutatum secundum finem, mutatum esse completum. ¶ Mutatum esse secundum principium, mutatum esse incomple  
tum & imperfectum. ¶ Magnitudo, spatium.




Vintum caput cōtinet tres cōclusiones: & tria correlatiā. Primum primæ: secundū  
secundæ: & tertium tertix. ¶ Prima cōclusio. Omne quod mutatur: cum primū  
mutatum est, in eo (quo proficiscebatur) termino est. ¶ Nam omne quod mutatur,  
ex quodā in aliquid mutatur. Et quod mutatur, a termino vnde mutatur deficit, &  
cum mutatum est, defecit. Vt enim mutari ad deficere se habere videtur: ita & muta  
tum esse ad defecisse. Tunc sic. Vt in mutatione secundum contradicōnem cōperi  
mus: æquum est in cæteris mutationibus ita sese habere intelligere. Nā simile est &  
in cæteris. At vero cum quid generatur, cum primū ex non ente in ens mutatum  
est, ipsum est & est ens: igitur ita se habere in cæteris est intelligendū: erit igitur omne quod mutatur cum  
primū mutatum est, in eo (ad quē proficiscebatur) termino. ¶ Itē quod mutatur, cum primū muta  
tum est, aut est in termino vnde proficiscebatur, aut in eo quo proficiscebatur, aut in vtrorūq; medio: ho  
rum trium vnū esse oportet. At vero nō erit in termino vnde proficiscebatur. Nā mutati esse est ab eo  
termino defecisse. Neq; alibi in medio vt in c, cum mutatum sit in b. Nā cum mutatio cōtinua sit, qd  
mutatum est tum cum mutatum est, ad id moueretur in quo mutatum est: hoc autē impossibile: relinquitur  
igitur quod mutatur cum primū mutatum est, in eo esse termino ad quem profectum est. ¶ Corre  
larium. Vnde fit ut omne genitū, cum primū genitū est, sit: & omne corruptum, cum primū corruptū  
est, nō sit: & oē autum, cum primū autum est, sit autū: vt bicubitū, tricubitum, & ita de reliq; mu  
tationibus oibus. Hoc tamē in mutatiōe secundum contradicōne clarius quodāmodo elucet. ¶ Secūda  
cōclusio. in quo res primo mutata est: Atomū & impartibile esse necesse est. ¶ Nō terminum motus, sed  
more Atomum intelligimus. Si id igitur in quo res primo mutata est, partibile sit: esto ipsum a b: quod  
partitur in signo c vt pars prior sit a c, posterior vero c b: aut res primo mutata est in a: c aut in c b, aut  
in toto a b. Nō in a c: quia cū posita sit esse primū mutata in a b: & a c prius existat, erit prius primo: quod  
esse nequit. In eo enī primo dicimus aliquid mutati: in quo cum non secundum alterum, nihil eo sit prius  
in quo sit res itidē mutata. Nec in c b, quia mutatum esset in a b scdm alteræ. Neq; in toto a b, quia sterū  
mutati esset in a c partē eius priorē, atq; esset prius primo. Non erit igitur id in quo res primū mutata







stat mouetur: igitur in quo mobile stat primum tempus dabile non est. **Quinta.** In quo res primo, per se & non secundum alterum quiescit, tempus est. **¶** Nā in nunc impartibili nihil quiescere natum est: ut primo huius libri capite ostensum est. Cum omne quiescens cōsimiliter se habeat prius & posterius. Id autē fieri nequit nisi tempore intermedio inter duo extrema. **¶** Nunc impartibilia intellectu, quod intelligatur diuidi in partem priorē & posterioꝝ, in quarum vtraque cōsimiliter sese mobile habeat: igitur in quo res primo quiescit, tempus esse necesse est. **¶** Sexta. in quo tempore res primo & non secundum alterum quiescit, & in qualibet eius parte quiescit. **¶** Ut de eo quod mouetur & stat eadē ratio est per definitionem clara. **¶** Septima. In quo res quiescat, primum tempus dabile non est. **¶** Nā quicquid quiescit, in tempore quiescit per quintam cōclusionem. Temporis autē nō est danda prima pars, cū data quacūq; parte possit dari scilicet eius media, igitur in quo res quiescit, primum dabile non est. **¶** Octaua cōclusio. Mobile quod p̄ spatium cedēs & nō simul motū, aliquo tempore primo mouetur: in nullo tempore motus secundū se & qualibet sui partē pot esse penes aliquid illius spatij sibi æquale. **¶** Sit a mobile: quod in tempore k n. primo (hoc est in qualibet tempore parte) transeat spatium b c b i. Dico q̄, in nulla parte tempore est penes aliquid spatij sibi æquale, primū: id est secundū se & qualibet sui partē. Quod si quis dubitet: ponat gratia discipline mobile a esse penes aliquid spatij: id est in aliqua parte spatij sibi equali ut penes partē b c d e in parte tps k m. Cū mobile a primū esset penes partē b c d e sibi equalē in tempore k m: ipsū & quilibet eius pars eodē tpe penes illas essent partē. Et cū oē tēpus in duo æqua sit partibile, diuidatur tēpus k m in duas partes, k l, & l m. Quia mobile a esse in tēpo tēpo k m penes spatium b c d e: in qualibet parte tempore penes illud esset spatij, ut in parte priorī k l, & in parte posteriorī l m. At quod priorī parte tempore & posteriorī penes id est spatium sedm se & suas partes: nō mouetur, sed quiescit. A igitur mobile quiescit in tempore k m, in quo positū est moueri. Non igitur in aliquo tempore mobile est in spatio sibi equali, sed in solo nūc & impartibili in quo neq; mouetur, tamē neq; quiescit. Cum nihil natū sit in tempore impartibili aut moueri aut quiescere, ut tempore huius libri capite dictū est. **¶** Instātia Zenonis. Quicquid spatij sibi æquale obtinet, quiescit. Sed quod videtur moueri, semper spatij sibi æquale obtinet: ergo quod videtur moueri quiescit. **¶** Que hoc pacto dissoluitur. Negādū est quod spatij sibi æquale cōtinue obtinet, quiescere. **¶** Nā datū mobile a in nūc tps impartibili obtinet spatij sibi æquale, & tamē in nūc tps impartibili minime quiescit. Et nā negādū est q̄ id quod mouet, semper cōtinue spatij sibi æquale obtinet. Nā (ut octaua cōclusio ostēdit) in nullo tpe motus mobile occupat spatij sibi æquale, sed in solo nūc & impartibili: q̄ nō cōtinue mobile occupat æquale spatij, alioquin duo impartibilia essent sibi in eodē cōtinuo proxima: quod est impossibile. In tempore igitur quo mouetur nō est in loco actu: nam occuparet spatium sibi æquale, sed in solo nūc & impartibili quare iterū nō oē quod loca mouetur, cū mouet, in loco esse necesse est. **¶** Noni capitis nota.





**Falsa descriptio. Argumentatio falsigrapha.**



Onum caput continet sex Zenonis rationes q̄ nō sit motus aut mutatio: & earum solutiones. **¶** Sex rationes q̄ non sit motus aut mutatio. Quatuor primæ sunt Zenonis, quæ olim antiquis difficultatem solutionis ingerebant. **¶** Prima. Inquit Zenon. Si quicquam moueatur, ipsum prius, spatij dimidium conficere necesse est. Atq; in spatio quolibet, infinita sunt dimidia. Infinita autē trāfire impossibile est, igitur & quicq; moueri. **¶** Huius rationis ex præcedētibus haberi potest manifesta dilutio. Nam sicut infinita dimidia potētia concedimus: ita quoq; & infinita potētia trāfiri posse non negamus. **¶** Secunda. si quicquam moueretur, velocissime motū assequi aliquando valeret tardissime motum: at vero velocissime motum tardissime motum assequeretur nunquam: non igitur mouetur quicquam. Et q̄ velocissimum nunq; assequatur tardissimum, ita palam fit. Sit a velocissimum, b tardissimum, c d spatium: in cuius spatij termino c, locetur a, & in medio b: ut b dimidio spatio antecedit, & incipiant a & b simul d versus moueri. Cum a peruenit in signum mediū, iam b ab eodē recessit (si ipsum moueri possibile est) & est præcedens in alio quopiā signo: ad quod cum perueniat a, iterū b recessit: & in alio signo antecedit; & ita semper fiet ut pari ratione tardissimum tanq; si Achilles perfonat. **¶** Sed diluitur. Velocissimum tardissimo aliquando coniungitur: neq; est (ut Zenon suspicatur) semper tardissimum signum reliquissē in aliquo alio præcedens, cum velocissimum ad signū peruenit. Nā tamē si a in æquali tempore plura spatia potētia non pertranseat quam b: pertrāsit tamē maiora: ut si duplo velocius, duplum: si triplo, triplum. Vnde fit ut in aliquo spatij signo, ipsa aliquando coniunctum itri oporteat. Et hæc a prima ratione differt, q̄ in ea Zenon spatium partitur in dimidia, & infinitis potētia: ut in finitis actu videtur: & hinc sua cognoscitur pendere solutio. In hac vero falsa oppositū motuum proportionem: & ex motuum vera in spatij proportione hæc diluitur ratio: & Zenonis (ut vocat) Achilles. **¶** Tertia. quicquid spatium sibi æquale obtinet, quiescit. Atq; sagitta quæ ocysissime ferri videtur, cōtinue spatium sibi æquale obtinet: sagitta igitur illa & quæcūq; ferri videntur, eadem ratione quiescunt. **¶** Paulo ante huius patefacta est respōsio. **¶** Quarta. si possibile est (inquit Zenon) quoda cūq; moueri: sint tres magnitudines a, b, b, c, & magnitudines & velocitate pares, directe alia super alia iacentes: & a cōtinue moueatur ad dextram: & simul b b cōtra nitatur versus leuam & c quiescat: & c mobilis perseveret: accidit eodē tempore eadem & æqualia spatia a mouētē & quiescētē esse pertranfita. Nā quo tempore ut d e, spatium c cab a mouētē pertrāsitum est, eodē tempore & b b æquale spatium pertranfatum est a c c spatio quiescētē. Et nō modo hoc incommodi sequatur, sed idē tempus sibi ipsi esse duplū. Nā esto inqt aaa directe supra ccc: & bbb foris in dextera: ut b primum sub vltimo sita. Et cōtra nitatur modo prædicto aaa bbb, quiescētē & immobilē perseveratē ccc: cū a primū stat cū medio c: a primū stat cū b



**¶** Nota capitis prima ratio. **¶** Si aliquid mouetur, necesse est ipsum prius conficere dimidium spatium q̄ totum. Sed in quolibet spatio infinita sunt dimidia. Infinita autē pertranfere impossibile est: igitur nō est possibile aliquid moueri. **¶** Que quidē dissolutū admittēdo q̄ quicquid mouetur, prius conficit mediū spatium q̄ totū. Siquidē mediū secundū motū est in quod natura cōtinue mutans q̄ in extremū prius pertranfere natum est. Cōcedendū est in super in quolibet spatio esse infinita dimidia potētia nō autē actu & secundum magnitudinē. Impossibile autē est infinita secundum magnitudinē & actu pertranfere: nō autē infinita diuisione & potētia, ut in secundo capite huius libri dictū est. **¶** Secunda ratio. Si aliquid moueretur, tunc velocissime motum deberet aliquando pertranfere tardissime motū. Sed nunq; velocissime motū potest peruenire ad tardissime motum: quia cum velocissime motū peruenit ad illud spatij in quo prius fuit tardissime motum, tunc tardissime motū ab illo spatio recessit, igitur nō pot aliquid moueri. **¶** Que & dissolutū cōcedendo velocissimum aliquando cōsequi & pertranfere tardissimum, & cū eo in aliqua spatij parte conuenire. Nā q̄ quis a velocius in æquali tempore plura spatia potētia nō pertranseat q̄ b tardius, cum vtrunq; infinita spatia potētia percurrat, in infinitis autē neq; plura neq; pauciora inueniuntur, quatenus infinita sunt: tamen a tempore æquali pertranfuit maiora spatia q̄ b. Quare ambo tandē in aliquo signo conueniunt imo velocius interdū præterit mobile tardius, ut ponatur spatium c e esse duplum ad spatium e f. Sit ponatur spatium e g diuidi in duas medietates scilicet e f, & f g: & mobile a duplo velocius q̄ mobile b moueatur. Cū mobile a sit duplo velocius, in æquali tempore ut b i duplum absoluat spatium ut e g: & eodē tpe mobile b dimidiū spatium f g: q̄re mobile a velocius, & b tardius cōsequunt se & conueniunt in puncto spatij g. Et ita si ponat d mobile triplo velocius q̄ b: & e d diuisum in tres tertias, tpe b i mobile a pertrāsit spatium c e & mobile b spatij e f subtriplum. Et tempore i k mobile a trāsit spatium e d & mobile b spatium f g: quare mobile a assequitur ipsum b in aliquo signo medio inter f & g. Et ita quæcūq; alia portio fuerit data. **¶** Secunda autē ratione huius capitis Zenon vocat Achilles: quia opinio maximā haberet efficaciam, atq; indissolubilis esset: perinde atq; Achilles ob viriū suarū præstantiā dicitur fuisse insuperabilis a Troianis. Idq; Zenon inflata bucca & ore tragico personabat: quia propriam rationem iactabundo & altoquino sermone plus æquo efferebat. **¶** Tertia ratio in fine præcedentis capitis formata est & soluta. **¶** Quarta ratio duo videtur inferre inconuenientia. Primum q̄ idē spatium eodē tempore pertranfretur a spatio mouente & quiescētē. **¶** Patet. sint data tria spatia primū a a, secundū b b, tertium c c magnitudinē æqualia: & a a cōtinue moueat ad dextrā partē, b b vero in oppositā partē moueatur ad partē sinistra, & c c spatium maneat quiescens. In tempore d e spatium c c pertranfretur ab a a, & eodē tempore spatij b b pertranfretur a spatio c c quiescētē: ergo eodē tpe spatij b b pertranfretur ab a a, spatio mouētē. Eodē igitur tpe d e, idē spatium b b, pertranfretur a spatio mouētē a a, & a spatio quiescētē c c, quod videtur impossibile. Secundum inconueniens est q̄ idē mobile in eodē tempore pertranfret dimidium spatium & duplum. Sint enim data tria spatia, primū a a a, secundum b b b, tertium c c c. Et sit a a a directe supra spatium c c c, ut a primum respondeat c primo, & a secundum c secundo, & a tertium c tertio. At spatij b b b sit in dextra parte foris collocatū, ut primum b sit directe sub vltimo a, sed nihil vnius sit directe sub altero alterius. Et moueatur spatium a a a versus dextram partem: & b b b contranitatur,









L

Camillatio.  
Solutio.

veri est impossibile, quare & mobilia numero infinita eodem tempore finito moueri. Possibili enim concessio, nullum sequitur impossibile. **C**Neq; ualet camillatio si quis dicat, impossibile quidem esse mobilia numero infinita moueri eodem tempore, motibus specie aut genere diuersis, tamen bene posse moueri motibus iisdem genere aut specie. **C**Nam utrumq; aequè impossibile est, tempore enim finito impossibile est fieri quoscumq; motus infinitos. **Q**uid autem ad motum eundem genere/specie & numero requiratur, dictum est in quarto capite quinti physicorum.

**C**Secundi capitis notæ.

**C**Primum, proximum. **C**Motus, motus accidentalis.



**S**ecundum cap. continet vnam conclusionem & eius probationem. **C**Conclusio. Primum mouens non vt gratia cuius, sed vnde motus, simul est cum moto. **C**Simul ea dico, inter quæ nullum intercipitur medium. Et certe id omni proximo mouenti & moto commune est. **Q**uod patet, quia motus tres sunt species, secundum quantitatem, quæ augmentum & decrementum dicitur, secundum qualitatem vt alteratio, & secundum locum quæ est latio, & secundum locum mutatio. At inter augens proximum & auctum nihil interiact, fit enim aliquo aduentente. Neq; inter minuens & diminutum, nam fit alicuius subtractio. Neq; inter proxime alterans & alteratum, quod in singulis speciebus facile est intueri. Ea quippe quæ alterationi apta ventunt, sensibilis sunt sonus, silentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, leuitas, grauitas, mollietas, durities, raritas, densitas, horum media: & cetera similia quorum sensus existit, & secundum hæc corpus a corpore differre dicere solemus. At omnium talium agentia proxima tangunt passa, vt proxime sonans, sonorum/colorans, coloratum, dulcorans aut amaricans, dulcoratum aut amaricatum, & ita in ceteris. Et quot modis inanima patiuntur, tot modis & animata pati reperiuntur. At hoc non conuertitur. Patiuntur namq; & alterantur animata secundum sensum: non autem inanimata & sensus expertia. Item secundum sensibiles passiones fiunt alterationes. At cum quid secundum ipsas patitur, videmus omnia adinuicem contigua vt aerem ad visibile corpus, quod terminatur ad lumen, & lumen ad visum. Et ita de audibili, gustabili, & tangibili, est igitur proxime alterans omne, simul cum ipso alterato, de latio & secundum locum mutatione vt proxime mouens simul cum moto existit, idem euent. Nam si a principio intrinseco moueatur, hoc statim notum est / cum inter ipsum & motum, nullum queat assignari medium. Si autem ab extrinseco principio, aut pellitur, trahitur, vehitur, aut in giro torque tur. Ad horum enim quatuor villum, pullionem, tractionem, uectionem, vertiginem, & cæteros ab extrinseco motus factos reducimus omnes. At vero proxime pellens, trahens, vehens, aut vertigine torquens simul est cum pulso, tracto, vecto, aut vertigine acto, vt inter ipsa proxime pellentia & pulsa, trahentia & tracta nullum hiet interceptum medium. Est enim pulsio, ipseus mobilis ab se abieccio. cuius species sunt impulsio, cum mouens moto non deficit, & expulsio, cum eidem deficiat. & proiectio, cum velocior motus est quæ naturæ latè compatat. Tractione opposito fit modo. Est enim ad se aut propinquum alterum, factus motus, cum trahens a tracto non fit separatim. cuius species sunt inspiratio, respiratio, congregatio, & similes. quemadmodum expiratio/aspiratio/sputio/segregatio, quæ sub pullione continentur. Vectio aliquando motus est per accidens, vt cum ad motum uentis in ipso aut supra ipsum feratur, aliquando fit pellendo/aliquando trahendo/& aliquando vertigine torquendo, vt in tribus aliis motibus uectionem reperi sequeas. Vertigo vero ex pulsu componitur & tractu. Est enim, cum mouens hanc partem pellit/illam vero trahit. Manifestum est igitur proxime mouens, simul esse cum moto.

**C**Notarum secundi capitis declaratio.

**C**Mouens primum est mouens proximum mobili, & refertur ad proximum motum ut suum correlatiuum. Mouens autem est proximum moto, siue simul cum moto, quando inter mouens & motum nullum interiact medium, siue mouens tangat motum / ut ignis aerem proximum quem calefacit, siue non tangat/ut forma substantialis est proxima rei naturali cuius est pars/quam tamen non tangit, cum non habeat magnitudinis ultimam. **Q**uare esse simul communius est in proposito q̄ se tangere aut attingere esse. **C**Motus in presenti loco solum pro motu accidentali capitur, scilicet augmentatione, diminutione, alteratione, & mutatione secundum locum.

**Q**uid primū mouens gratia cuius; **S**ecundi capitis unica conclusio: **C**Primum mouens non gratia cuius sed vnde motus, simul est cum moto. Primum quidem mouens gratia cuius, est id ad quod cetera mouentia ordinantur. ut forma substantialis precipuum est mouens gratia cuius accidentia instrumentaria & minus præcipua sunt. Primum autem mouens vnde motus / est proximum mouens a quo ut mouendi principio fit motus, simul est cum moto. **C**Patet, quia motus tres sunt species, scilicet secundum quantitatem ut augmentatio & diminutio/ secundum qualitatem ut alteratio, & secundum locum ut latio. At inter augens proximum scilicet animam rei naturalis que augetur, & auctum scilicet ipsum corpus animatum/nihil est mediū. Similiter inter minuens ut animā / & id quod minuitur, ut corpus animatū, nullū interiact mediū. Anima quidem corporis animati ut maiorem producit quantitatem in aucto, dicitur augens, ut vero minorē reparat / dependit est/dicitur minuens. Inter proxime alteras est alteratū nihil itidē est mediū, quod in singulis alterationū specielus manifestū est. **Q**ualitates enim secundū quas proprie fit alteratio sunt hæc quæ sensu exteriori percipiuntur, scilicet visu, ut albedo/nigredo,

auditu, ut sonus/silentium/olfactu, ut redolentia/grauis olentia/gustatu, ut dulcedo/amariitudo/tactu, ut caliditas/frigiditas/humiditas/siccitas, secundum quas qualitates unum corpus ab altero differt. Corporum enim hoc calidum est ut ignis / hoc uens est simul ro frigidum, ut aqua. **C**ceteræ qualitates sensibiles corporum sensibilibus differentie sunt. Omnium autem talium qualitatum cum moto, agentia & alterantia tangunt passa siue alterata, ut proxime colorans tangit coloratum, ut aer calidus rubesciens cerasum quod tangit. Sol autem est colorans mediatum siue remotum, quia inter solem & cerasum multa interiact corpora. Proxime sonans ut fistula aut tuba efficiens sonum est cum sonoro, scilicet aere suscipiente in se sonum. Proxime odorem produens cum proximo suscipiente in se odorem, ut rosa simul cum aere. dulcorans & dulcedinem produens / ut lac/cum proxime dulcorato ut lingua/ & proxime calefaciens ut ignis cum proxime calefacto ut aere. Homo enim aliquantum distans ab igne non est proxime motum / sed remotum. **C**Et quot modis inanimata alterantur, totidem modis animata alterari percipiuntur. Quæcumq; enim qualitates habent inanimata secundum quas alterantur, easdem habent & animata. Non tamen quot modis alterantur animata, totidem modis alterantur inanimata. Nam animata alterantur qualitatibus sensibilibus quatenus sensibiles sunt, quia illas aut earum species in proprijs organis suscipiunt & apprehendunt. Inanimata autem non alterantur secundum sensum, neq; qualitates sensibiles quatenus sensibiles sunt suscipiunt / sed solum ut affectiones & accidentia substantiarum, quo modo & animata eas habent. Præterea alterationes sunt secundum passiones sensibiles, hoc est qualitates cito transeuntes (sub quibus & passibiles qualitates comprehenduntur) a sensu percipibiles. At cum secundum passiones aut passibiles qualitates aliquid alteratur/corpora adinuicem contigua sunt & proxima, ut aer proximus est ad visibile corpus ut parietem aut quodcumq; corpus opacum, quod terminatur ad lumen, quia recipit lumen secundum extremam superficiem. & lumen terminatur ad visum, quia in organo visus lumen suscipitur quo color conspicuus redditur. Et ita de audibili/olfactibili/gustabili/ & tangibili dicendum est, q̄ sentiens a proxime sensibili alteratur, igitur omne proxime alterans est simul cum alterato. **C**In latioe itidem proxime mouens simul est cum moto. Nam si a principio intrinseco & forma substantiali mobilis ipsum mobile mouetur, manifestum est inter motum secundum locum uens & mobile nihil intermedium interiactere. Si autem ab extrinseco mouente mobile mouetur, aut ergo pellitur/trahitur/uehitur/aut cum proxime gyro torque tur. Ad hæc enim quatuor species, omnis motus uiolentus reducitur. At proxime pellens simul est cum proxime pulso, motus simul & proxime trahens cum proxime uecto/ & vertigine torquens cum vertigine moto, ut ex est cum motu eorum diffinitionibus, manifestum est. Est enim pulsio / ipsius mobilis ab se abieccio, ut cum uentus pellit puluerem aut pluuiam. **Q**uid pulsio: Cuius species sunt impulsio/expulsio & projectio. Impulsio est cum pellens non deest pulso sed ipsum semper sequitur, ut impellens manibus saxum aut lignum/ adhaeret & adest saxo etiam quædiu mouetur. Expulsio est cum pellens pulso deficit / neq; ipsum contine sequitur, ut cum quis arcum sagittam excutit aut lapidem sursum expellit/ non sequitur sagittam aut lapidem. Et hæc interdū projectio nominatur. Hic tamen projectio dicitur cum uelocior est motus q̄ naturæ mobilis conueniat, quis ad eundem locum fiat **Q**uid projectio: quo mobile natum est moueri, ut si lapis suapte natura natus moueri per unum aeris stadium in duobus minutis, tanto impetu deest elio. **C**orsum pellatur ut uno minuto tantundem spacij absoluat, ibi est projectio. Nam in minori tempore / si natura moueretur / equalē absoluit spacium. **C**Tractione uero pulsioni opposita / est alicuius mobilis ad seipsum trahens aut alterum corpus trahenti propinquum factus motus, cum trahens a tracto non separatim sed ipsum semper tangendo assequitur. ut cum quis lignum quod manu continet post se trahat, ut tractum sequatur trahens. Eius species sunt inspiratio siue respiratio / que est aeris ad se attractio, & congregatio que est plurium corporum in unum locum coniunctio. **Q**uemadmodum pulsionis species sunt expiratio siue aspiratio / & aeris emissio / & segregatio que est corporum prius in unum locum congregatorum dispersio. similiter & sputio siue creatio que est spatio emissio. **C**Veccio autem interdum est motus per accidens, ut cum aliquid ad motum uentis in ipso fertur / quemadmodum homo dormiens in nauī, aut supra ipsum/ ut in sidens equo mouetur ad motum equi. Et fit interdum pellendo: ut quis impellens bigam ante se dicitur eam uehere. Interdum trahendo, ut equus trahens post se bigam. Interdum ueccio fit uertigine torquendo, ut quis leuaturus onus primum a se pellit / & deinde retrahit, ut commodius eleuet. **C**Vertigo autem ex pulsu componitur & tractu respectu duarum partium ipsius mobilis. Est enim uertigo, cum mouens unam partem ad se trahit & alteram a se pellit. ut si quis uertens rotam, partem dextram ad se trahit / sinistram uero a se remouet. Ita qui rotant dolla, inferiores partes ad se / superiores autem a se mouent.

**C**Tertij capitis notæ.

**C**Figure, secundum dimensionem: forme uero secundum figurarum translationem & habitudinem sumuntur. **C**Materia: materia ex qua & denominationis subiectum. **C**Æneus, æreus. **C**Pyramis, figura corporea cuius inferior est superficies, a qua omnes laterales & ambientes superficies una aut plures ad eundem punctum sursum sunt erecte, qui quidem punctus, Pyramidis uertex & conus dicitur. Superficies uero infima (a qua omnes alie eriguntur) Pyramidis basis nuncupatur. **C**Corporum pulchritudo est debita membrorum commensuratio. **C**Turpitudō uero contra, eorū inelegans & inconcinna cōmensuratio. **C**Inconcinna, naturæ incoeuens ac indebita. **C**Perfunctio, officium.



**T**ertium cap. continet quatuor conclusiones. tres rationes ad primam. duas ad secundam. & duas ad tertiam. **C**Prima conclusio. In formis, figuris, earum acceptio- nibus atq; priuationibus non consistit alteratio. **C**Primo: quia uidentur alterata, ut rarefacta & calefacta eandem seruare figuram, & eam deperdere nulla re acquisita, ut sola partium detractio, aut sola alicuius deperditione. **C**Secundo. quod alteratum est, materie nomē proprie retinere uidentur. ut si sit es calefactū/ frige factū: aut hūefactū, semper es noiamus. quod uero figuratum est, postea quæ figuram acceperit (vt es, statuq; pyramidis/ aut lecti) nō amplius materie nomē retinere solet, sed aut statua aut pyramis, aut lecti/ aut ceteri, aut statua ænea, pyramis ænea/ aut lecti æneus. Nō est igitur scdm figuram alteratio. **C**Tertio. Incoeuens est dicere res prius quæ existat/ alterari, ut cum p̄ficiunt, quæ admodum cum hō gnaf.

Ipse simul cum perficitur (ut cū domus testū sumit aut lateres) formam & figuram accipiunt. Nō igitur secundum formas & figuras est alteratio, quare neque secundum earum acceptiones aut priuationes. **¶** Secundum neque in corporis habitibus neque animi, proprie alterationem locaveris. **¶** Nam corporei habitus in quadam proportionē consistunt, aut disproportionē, ut sanitas in calidorum/ frigidorum/ humidorum/ & siccorum proportionē quadam & temperamento. Aegritudo vero in eorum disproportionē. Sic est & de pulchritudine & turpitudine. At quōs in proportionē consistunt & disproportionē. secundum ad aliquid sumuntur. secundum autem ad aliquid dictum est non esse motum, quare neque erit alteratio. Idem & animi habitus ut virtutes & vitia: secundum proportionem aut discrepantiam sumuntur. Est enim virtus/ in mediocritate & equalitate quadam locata. Vicia vero in dissonantia & in equalitate (ut in superabundantia aut defectu) sita sunt. Item quod perficitur aut imperficitur, non idcirco proprie alterari dicitur, ut neque domum cui fundamentum iacitur/ aut quę integritur/ alterari dicitur, neque circulum dicitur alterari/ quia fiat quod maxime natura potest maxime & perfectissime circulus. At virtutes potius sunt perfectiones ut generationes quędam, & vicia earum labe & corruptelę. non igitur in corporis habitibus aut animi, proprie alteratio locanda est. Quod vero virtus animi sit impassibilitas quędam: malicia vero passibilitas ei contraria, quę omnis virtus moralis circa delectationes ac tristitias/ & alias animi perturbationes moderandas versetur, aut actu/ aut memoria/ aut spe: in dagnosis est alterius disciplinę. **¶** Tertia. intellectusque partis habitus/ alterationes non sunt. **¶** Primo. quia intellectusque partis habitus ut scientia secundum ad aliquid sumi videntur. **¶** Secundo. vniuersalia ex quibus scientia nascuntur, ex particularibus experientia notis colliguntur. & actus si qui ad intellectum pertinent, nullo motu/ nullaque alteratione egēt, ut qui temporali perfuntione non parentur. Quietudine enim & residentia anima sciens fit & prudens. Huius signum est, dormiens, ebrius, egrotans/ infans & senex, qui ob motuum perturbationem ab usu scientię prepediuntur, quibus cessantibus ut in quiete quodammodo & residentia, ad scientię contemplationem euehuntur apti. Et quibus extante, fluentesque tempore intelligamus & contemplemur, propterea arbitrandum non est nos intelligere aut contemplari in tempore. Simile enim esset ac si dicamus aspectum & tactum fieri in tempore, cum etiam singulo quoque momento (nullo temporis interueniente beneficio) res ipse se tangant. manifestum est igitur habituum intellectusque partis animi non esse alterationes. **¶** Quarta. solum secundum sensibiles qualitates proprie sumenda alteratio est. **¶** Nam neque secundum habitus, nec per idem secundum dispositiones & potentias, neque secundum formas & figuras proprie sumuntur alterationes, relinquuntur igitur solum sumentes secundum qualitates sensibiles.

Notarum tertij capitis declaratio.

**¶** Figura est magnitudo que termino uel terminis clauditur. Et secundum dimensionem sumitur/ nam re ipsa non est nisi dimensio, eius tamen ratio qualitatis est. Forma vero secundum figurarum adinuicem variationem & proportionem sumitur. **¶** Materia in proposito est materia ex qua, ut aurum est materia ex qua annuli auri, lapis/ statue lapideę. **¶** Idem est subiectum denominationis, ut aurum denominatur fuluam & lapis durus/ neque capitur hic materia pro materia subiecta. **¶** Aeneum, quod est ex ere compositum/ **¶** Idem ereum dicitur. **¶** Pyramis est figura solida sine corporea, infimam habens superficiem que eius basis dicitur, a qua eriguntur laterales & ambientes superficies aut una aut plures, que ab amplitudine ad angustiam tendentes/ in unum punctum summum omnes conveniunt. Et hic punctus pyramidis conus & uertex dicitur. Et pyramidis quędam est rotunda: cuius basis circulus est, a qua una erigitur ambiens superficies nullos habens angulos. **¶** Quędam vero laterata, quibus basis est figura recta. **¶** Hinc lineae, a cuius singulis lateribus eriguntur superficies in unum punctum supremum erecte, que si a basi triangulari tres habeat sursum tendentes superficies, pyramis trilateralis dicitur, si a quadrangulari/ quatuor, quadrilatera, & ita deinceps.

Quid pyramis

Quid pyramis rotunda.

Quid laterata

Secunda figurarum non fieri alterationem.

**¶** Tertij capitis prima conclusio. **¶** Figurarum acquisitio aut deperditio proprie alteratio non est. **¶** Primo. quia contingit aliquid alterari ut calefieri aut frige fieri/ eandem ante & post alterationem seruando figuram, ut cum homo calefit aut aqua frigescit. Etiam contingit aliquid acquirere figuram nulla penitus re acquisita, sed sola partium secundum locum mutatione & situs enariatione, ut cū cerra spherica fit triangularis nulla quantitate noua acquisita. Interdum partium detractione noua acquiritur figura, ut artifex inducit figuram in statua detrahendo partes statue/ & non aliquid acquirendo. In alteratione autē propria/ res & ratio simul acquiruntur, aut utraq; simul deperditur. **¶** Secundo. quod alteratum est/ eodem nomine subiecti denominatur post alterationem quo ante, ut aqua cum calefacta fuerit/ aqua dicitur sicut ante dicebatur, & es calefactum aut frigesca. **¶** Et semper dicitur esse priorem non deperdendo denominationem. Quod autem figuratum est, postquam figuram accepit deperdit denominationem quam prius habuit, & nouam accipit, ut cum ex auro factus fuerit annulus, non proprie amplius aurum dicitur, sed annulus aut annulus aureus. Sic anteq; ex ere fit pyramis, dicitur es, cum uero ex eo facta fuerit pyramis, non amplius es dicitur/ sed pyramis, aut pyramis erea. Et generatim ante figurę susceptionem, res nominantur a forma substantiali, post susceptam uero figuram ab artificiali. **¶** Tercio. res priusquam existunt non alterantur, ut cum acquiruntur aut perficiuntur. Quod enim mouetur (ut Quintus docuit) est completum & acquisitum. Res autem artificiales cum perficiuntur & complentur/ formam & figuram artis accipiunt, & cum figuram accipiunt, perficiuntur, ut lectus cum figuram lecti accipit: perficitur, & cum domus figuram domus suscipit, perficitur/ sic de statua & annulo. igitur cum res artificiales figuram artis accipiunt

non alterantur, quare figurę acquisitio aut deperditio non est alteratio. **¶** Secunda conclusio. Corporeorum habituum aut moralium animi acquisitio aut deperditio non est proprie alteratio. **¶** Corporeos habitus dico qualitates ad bene uel male operandum corpus disponentes & in corpore existentes/ ut sanitas/ pulchritudo/ aegritudo/ turpitudō. Habitibus autem animi morales sunt uirtutes morales, ad bene operandum acquisite/ aut uicia eis opposita. **¶** Patet. Quia habitus corporei

consistunt in quadam proportionē, ut sanitas in proportionē humorum. Aegritudo uero in eorum disproportionē. Sic pulchritudo in debita membrorum proportionē consistit, & turpitudō in eorū disproportionē. **¶** Que autem in proportionē consistunt, dicitur ad aliquid, nam in comparatione ad alterū. **¶** At secundum ad aliquid probatum est in quinto libro non esse motum, igitur corporeorum habituum acquisitio aut deperditio non est alteratio. Similiter uirtutes morales earumque officia secundum proportionē & compariationem ad circūstantias quantitates/ sines/ qualitates/ personarum/ loci/ & tps sumuntur, ut eadem operatio respectu unius persone habitus aut motus sit studiosa/ & respectu alterius uiciosa. **¶** Vno itidem tpe & loco facta operatio uirtutis officium est: quod si altero tpe aut loco fiat/ non tales uirtutes est uirtutis officium. Vicia autē secundum discrepantiam circūstantiarū sumuntur, ut uirtus in equalitate/ & mediocritate locata dicitur non esse motus. **¶** Vicia autē in unequalitate abundantia aut defectu. **¶** Pręterea quod perficitur aut imperficitur, non proprie alterari dicitur est, ut cum domus fundamentū ponitur aut lectū tegitur/ non recte domus dicitur alterari. Et si circulus fiat quod maxime natura potest circulus perfectus, faciendū rem planam quod maxime fieri potest/ & in plano maxime polito circulum describendo, in quo perfectior longe est circulus quod in ligno aspero & in equali, non idcirco dicitur est circulus alterari. Est enim alteratio/ in subiecto completo perfectoque qualitatis acquisitio aut deperditio. **¶** At anima cum uirtutem suscipit perficitur, quę admodum corpus sanitatem suscipiens/ aut oculus dispositionem/ actumque uidentem. cū uero suscipit uicia, imperficitur/ & quodammodo corrūpitur, sicut corpus aegritudine taletur. **¶** Vicia autē in dispositionem malā ad uidentem accipiunt. **¶** Est enim uirtus, animi perfectio, uicia uero/ labe eius & corruptelę igitur. Cur autē uirtus impassibilitas dicitur/ & malitia passibilitas, & quod omnis uirtus moralis circa uoluptates & tristitias, & alias animi passionēs ac affectionēs ad mediocritatem reducendas uersetur, aut cū agimus quę adiacenti nobis tpe, aut rē recordamur pręterita, aut speramus futura, ad indagatōnem alterius disciplinę utpote moralis philosophię pertinet. **¶** Impassibilitas tamen uirtus dici potest, quod animū serenū/ quietūque reddit, & non passionibus fluctuat. **¶** Viciū uero passibilitas, quod animū efficiat turbulentū, inquietū, & cupiditate, iracundia, timore ceterisque noxijs animi passionibus agitātū. **¶** Tercia conclusio. **¶** Habituum intellectusque partis acquisitiones aut deperditiones proprie alterationes non sunt. **¶** Primo. quia huiusmodi habitus secundum ad aliquid sumuntur. **¶** Est enim scientia scibilis scientię/ & intellectus intelligibilis intellectus, secundum aut ad aliquid non est motus. **¶** Similiter scientia & ceterę intellectus uirtutes sunt ipsius perfectiones quędam, ignorantia uero & error, imperfectiones. **¶** Secundo. quia uniuersalia & demonstrationū principia ex quibus acquiruntur scientię/ ex singularibus experientia notis cognoscuntur, ut quod omnis res naturalis in suo loco natura quiescit, & ad eū ferri natura sit, quod idem est motus & locus totius & partium/ ex singularibus notioribus ad nos inductione cognoscitur. Et operationes intellectus nulla mutatione ut fiant indigent/ quia temporali successione non intellectus operatur. **¶** sed esse completeque sunt in nunc tps impartibili. **¶** Quiete enim & motus absentia scientia acquiruntur, eiusque consecutio rationes non fit motu & mutatione impeditur. **¶** Cuius iudicium sunt dormientes ob corporis internam inquietationem propter digestionem/ ad rem in tempore, scientię operationes indispōsit. **¶** Ebrii ob humorum exaltantium agitationem. **¶** Aegrotantes ob motus sanguinis & aliorum humorum ad partes aegras. **¶** Infantes propter motū augmentationis. **¶** Senes propter motū diminutionis, ad acquisitionē scientię minus sine acquisitione sunt apti, cessantibus aut huiusmodi motibus interius in corpore, ad scientiam acquirendā redduntur apti. **¶** Et quia anima alligatur corpore ne impeditur, sicut quanta est per accidens, ita & eius operationes per accidens trahuntur fluore tps: ut succedat una item & altera tps parte intelligamus, non tamen idcirco intellectiones sunt in tpe, ut calefactio aque. **¶** Nā calefactio dicitur tps successione perfecta eua dere potest. **¶** Intellectio autem non indiget successione temporis, sed quolibet momento perfecta euadit. **¶** Neque sequitur. anima intelligit fluentē tempore/ ergo intellectio eius mensuratur tempore, sicut in simili non sequitur, corpora se tangunt fluentē tpe, ergo corporum contactus indiget tpe. **¶** Nā in quolibet nunc tps impartibili fit contactus corporū, sicut neque sequitur, aer succedat tpe illumini natur, ergo illuminatio fit in tempore. nam fit in instanti perfecta completeque. **¶** Quarta conclusio. Solum secundum qualitates sensibiles proprie sumitur alteratio. **¶** Patet, nam alteratio est secundum qualitates, sed non secundum qualitates primę speciei, ut habitus aut dispositiones (sunt enim dispositiones habitus imperfecti) quemadmodum secunda & tertia conclusio ostendit, nec secundum qualitates secundę speciei ut naturales potentias aut impotentias, quoniam per motum non acquiruntur, sed rebis imate sunt, nec secundum qualitates quartę speciei ut formas aut figuras, ut prima ostendit conclusio. **¶** ergo fit secundum qualitates sensibiles tertię speciei, que si faciliter sint mobiles & non permanentes, passionēs dicuntur, si uero difficulter mobiles sunt & permanentes, passibiles qualitates, sunt enim passionēs ut dispositiones, & passibiles autem qualitates/ ut habitus.

Quarta capitis nota.


**¶** Circulus/ orbis/ spherica. **¶** Vniuoca/ que eiusdem sunt nature. **¶** Equiuoca/ que sunt diuere. **¶** Equiuoca/ Homonyma. **¶** Proxima/ que in eodem genere sunt proxima/ & quasi similia. **¶** Susceptiūm quod, est quod non alterius ratione recipit. **¶** Quo uero, quod alterius ratione/ medianteque, altero suscipit.



8

9

Varium cap. continet unam quęstionem, duas conclusiones, duas rationes, & quatuor comparabilium conditiones post primam. vnius quęstionis solutionem post secundam. **¶** Quęstio. An omnis motus omnī motū penes uelox & tardum comparandus existat? **¶** Prima conclusio. non omnis motus omnī motū comparabilis existit. **¶** Primo. quia si omnis omni cōparabilis est, ut equę uelox dicitur quod in equali tempore mouetur, erit motus circularis alicui motū recto equalis, & alicuius maior/ & alicuius minor. hoc autem esse non potest. **¶** Quomodo enim erit circulus recte equalis? **¶** Secundo. quia si equę uelox dicitur quod in equali tempore mouetur, cum in equali tempore aliquid feratur & aliquid alteretur, erit quadam alteratio loci mutationi equalis. quod si ita esset, & passio equalis esset spacio & longitudini, & hęc maior/ hęc uero minor. hoc autem esse non potest, ut neque recte circulus equalis. **¶** quare neque alteratio loci mutationi comparabilis. **¶** Neque ualeat si dixeris, quod circulo mouetur/ uelocius aut tardius moueri oportere eo quod secundum rectum fertur, quia si uelocius aut tardius, ergo & equaliter, ut si b circulo torquetur in



tempore a. & c recto feratur in parte a, & idcirco dixeris motum b velocitate minorem, c vero maiorem. Nos vero dicimus motum circulare, neque velociorem, neque tardiores, maiorem, aut minorem recto. Nam oportet circulum rectum esse comparabilia secundum maius, minus, & equale. Est enim id velocitas quod in equali tempore spatium percurrit maius, & id tardius quod in equali pertransit minus. Et circularis motus spatium, circulus est, & rectus: rectum. At qui crederet motus esse eque veloces, & equali tempore abfoluuntur velociores: qui minori/tardiores: q maiori, nihil aliud est quam si credas lente ambulantes eque velocius aut velocius corrente moueri, immo & currentem tardius/si pluri tempore currat.

¶ Comparabilia quatuor conditiones. ¶ Prima. omnia non equiuoca sunt comparabilia, ut augmentatio augmentatio/diminutio diminutioni/albefactio albefactioni, & ita in ceteris. Non autem equiuoca, ut vinum non est stilis acutijs, aut in fidijs postrema Chorda, quia acuties in vino, & acuties in stilo, & Chorda, equiuoca est, & magis alteratio & loci mutatio. Vnde fit ut si vini acuties non dicatur penetratu velocior aut tardior acuminis stili, multo minus dicitur alteratio velocior aut tardior loci mutatione. Et si dicas, eadem ratio est acuti in vino & stilo, ut quod sensum penetrat, & multi in tempore/circulo/& recto. Dicitur hoc falsum esse, sed esse equiuoca / quibus nomina sint eadem.

¶ Secunda. comparabilia debent esse eiusdem naturae/aut sub proximo genere contenta. ut equus & canis genere proxima sunt, & vox & aqua non sunt genere proxima, ideo non comparabilia. ¶ Tertia. q non differant susceptio ut quo & quod. ut dulcedo in melle, nullo medio suscipit, dulcedo vero harmonice/medante voce in susceptio recipitur, ideo comparabilia non sunt. Sunt item & homonyma. ¶ Quarta. comparationes faciendae sunt secundum speciem indiuiduam, & non secundum eam que diuisua est, ut coloratum diuisum est in album & nigrum, idcirco non bene comparabimus album nigro secundum coloratum, neque rite assignabimus an albus sit nigro magis coloratum. ¶ Secunda conclusio. ut motus eque veloces dicantur, non sufficit eos eodem tempore fieri. ¶ Nam alteratio & secundum locum mutatio eque veloces dicerentur, pariter & motus circularis & rectus/quod est inconueniens. Non igitur ut eodem tempore fiant sufficit, ut dicatur equales.

¶ Et si qras. cur non comparentur? an quia alteratio genus est, aut loci mutatio/aut tempus. ¶ Dicimus tempus semper idem specie esse, & eundem specie eius partes copulantes atomum/ sed alterationem & loci mutationem longe genere diuersa esse, immo & ipsa diuersa esse genera, que copulationibus non apta esse dicimus. Et species habet alteratio, albefactionem, nigrefactionem, & huiusmodi caeteras secundum qualitatum sensibilitium species. Et loci mutatio species habet secundum terminos diuersas, ut sunt motus sursum & deorsum, secundum spatia/ ut circulare & rectum, & secundum instrumenta motus exequentium, ut ambulationem secundum pedes, volatum secundum alas, & similes. Et licet genus vnum sit, in eo tamen multa latent etiam equiuoca, quorum haec valde distantia sunt, haec vero similitudine proxima, ita ut (cum equiuoca sint) non percipiuntur. Et (ut summarie multa complectamur) haec eque velocia sunt, que in equali tempore mouentur secundum equalem magnitudinem/ secundum idem specie indifferens: & motum specie indifferenter. Hinc perspicere licet, que generationes eque veloces dicantur, ut eque que in equali tempore/ equali magnitudine/ & secundum idem specie indiuisibile (ut homo & equus) sunt. Ita & corruptiones, & augmentationes, & diminutiones. Et alterationes eque veloces, que in equali tempore secundum eandem specie indiuisua passionem (que neque magis sit, neque minus/ sed equaliter) existunt, ut eorum que in equali tempore equaliter albefcunt aut sanantur.

¶ Et si dixeris, secundum qualitatem similitudo, & secundum quantitatem equalitas. Non igitur alterationes que sunt secundum qualitatem, dicentur equaliter veloces aut equaliter esse. ¶ Dicimus, cum eas eque veloces dicamus, nos ad tempus inter caetera respicere, & cum eas neque magis/ neque minus sed equaliter esse, numerum respicimus. Et ita que loci mutationes eque veloces sint intelligas, per que & protinam que velociores & que tardiores secundum vnumquodque mutationum genus sint mutationes, facile cognoscas.

¶ Notarum quarti capitis declaratio.

**¶** Equiuoca sunt res eiusdem specie/rationis & naturae, ut homo homini, albedo albedini. ¶ Equiuoca (que greco nomine homonyma dicantur) sunt res que diuersae sunt rationis & naturae, ut albedo & dulcedo / homo & equus. ¶ Proxima sunt que licet eiusdem non sint naturae, tamen in eodem sunt proximo genere & quasi similia/ immo saepe ea similia reputamus, quia non facile est inter ea ponere discrimen, ut lumen & ignis/ & solis uidetur eiusdem naturae tamen non sunt, quia lumine solis apte colores discernimus, sed non usque adeo conuenienter lumine ignis, sic exhalatio ligni & vapor aquae quasi similia uidentur, ita imago faciei directa & reflexa. ¶ Gustus ratione sui & non alterius dulcedinem mellis suscipit, & est susceptiuum quod. Auditus autem dulcedinem harmoniae suscipit mediantes uoces, & est susceptiuum quo. ¶ Protinam/protinus/statim/idem.

**¶** An omnis motus omni motui penes uelocitatem & tarditatem comparabilis est. ¶ Prima conclusio. Non omnis motus omni motui penes uelocitatem & tarditatem comparabilis est. Motus enim diuersarum specierum aut generum non recte adiuice comparandi sunt, sicut neque linea superficie recte comparatur penes maius & minus, neque albedo dulcedini penes intensius & remissius. ¶ Patet, quia si omnis motus omni motui comparari possit, ut diffiniatur eque uelox quod in equali tempore mouetur, motus rectus motui circulari erit eque uelox/ & aliquis uelocior & aliquis tardior. Quod si sic, & spatium circulare erit equali tempore esse spatium recto/ & aliquod maius, & aliquod minus. Si enim motus adiuice comparatur, & spatia adiuice comparari possunt. Quod si spatia adiuice non comparantur, neque motus. At spatium circulare non est equali tempore recto, neque maius, neque minus, quia non est eiusdem conditionis naturae, ergo neque motus rectus, & circularis adiuice comparari possunt, igitur non omnis motus omni motui comparandus est.

Non quae eque uelocitate esse mouentur esse eque uelocia.

¶ Secundo. Si eque uelox diffiniatur id esse quod equali tempore mouetur, si eodem tempore aliquid albefat & ambulet/ambulatione erit equalis albefactioni & alteratio loci mutationi equalis. Quod si sic & albedo equalis erit spatium. Si enim motus adiuice comparantur, & ea secundum quae est motus, motuumque spatia adiuice comparantur, quod si spatia non comparantur, neque motus. At albedo non est equalis magnitudini, quia alterius est generis, ergo neque alteratio loci mutationi. ¶ Quod si quis cauilletur: Mouetur mobile b, spatium circulari in tempore a, & c alterum mobile mouetur secundum rectum medietate temporis a. Mobilis le c in minori tempore suum absoluuit spatium q b, ergo motus rectus c, est uelocior, & motus circularis b, tardior. Quod si aliud mobile mouetur secundum rectum duplo tempore ad a: motus b circularis est uelocior q rectus. Ultra, quod circulo mouetur, uelocius & tardius mouetur eo quod secundum rectum mouetur, ergo & equaliter. Dato enim mobili e quod duplo tardius secundum rectum mouetur q c, ipsum equaliter mouebitur cu b. Na utrumque, toto tempore a/ suum absoluuit spatium. Vbi quae enim est reperire maius & minus, ibi est reperire equalis.

¶ Respondet philosophus q. motus circularis neque uelocior est neque eque uelox neque tardior q rectus. Nam si uelocior, per diffinitionem in equali tempore spatium absoluuit maius. Sed spatium motus recti est rectum, & circularis circulare/ igitur spatium circulare esset maius spatium recto. Ita si ponatur motus circularis eque uelox recto, igitur per diffinitionem equali tempore absoluuit equalis spatium, igitur rectum spatium est equalis circulari. Denique, si circularis motus sit tardior q rectus/ igitur per diffinitionem equali tempore minus absoluuit spatium, quare spatium circulare est minus recto quod iterum est impossibile. Licet enim linea circularis in rectitudine porrecta, lineae recte comparari possit, non tamen quatenus circularis: modo ut aliqua recte comparentur, & res & ratio conuenire debent. Similiter lineae recta ducta in obliquum lineae circulari possit comparari non tamen quatenus recta est. Et licet eadem res sit primo recta & deinde circularis: ratio tamen est diuersa/ et repugnans. Neque recte diffiniuntur motus eque ueloces qui sunt equali tempore/ neque uelociores qui sunt minori tempore: neque tardiores qui sunt maiori tempore. Nam si istae diffinitiones essent bonae: sequeretur tarde ambulantes neque uelocissime currente eque uelociter moueri si uterque media hora moueatur: immo sequeretur lente ambulantes uelocius moueri corrente, si ille solum media hora, hic uero integra moueretur hora, quod per simile est atque si quis dixerit testudinem uelocius moueri lepore/ q. minori tempore moueatur.

¶ Comparabilium quatuor conditiones. ¶ Prima. Omnis motus eiusdem specie & naturae adiuice comparabilis sunt, ut calefactio aquae/ calefactio aquae, & frigesfactio frigesfactio. Acquiuocae autem motus & diuersarum naturarum non ad inuicem comparari possunt, ut albefactio ambulationi. Quod & in caeteris affectionibus quae non sunt motus inueniuntur. Vnum enim non est acutus stilo, aut ultima chorda cytharae, quia acuties uini, stili, & chordae diuersarum sunt naturarum, cum diuersis percipiuntur sensibus. Vini enim acuties gustu percipitur, stili: tactu/ & chordae, auditu. Quod si acuties uini, stili, & chordae non adiuice comparantur/ quae tamen eiusdem sunt generis scilicet qualitatibus sensibilis, multo minus alteratio & secundum locum mutatio adiuice comparari possunt/ quae sunt diuersa genere generalissimo immo diuersa genera, quare & magis equiuoca.


¶ Quod si quis instet. Eadem ratione acutum dicitur de uino, stilo, & chorda: quia scilicet quodlibet eorum penetrat sensum, & multum eadem ratione dicitur de tempore/circulo & recto. ¶ Respondet philosophus q. licet eadem ratione generica, & coramuni acutum dicatur de illis, non tamen eadem ratione specialissima & propria, na uinum acutum est, quia gustum penetrat. Stilus acutus, quia tactu pungit, & chorda, quia auditum. Similiter alia est ratio multi in quantitate, qualitate & latitudo, quia multi in quantitate est secundum extensionem aut discretionem, in qualitate secundum intensioem, & in latitudo secundum successioem, sicut & spatium eque uelocitate de illis dicitur. Hic aut eadem ratio secundum speciem specialissimam & indiuiduam sumenda est, & non secundum speciem indiuiduam.

¶ Secunda conditio. Comparabilia debent esse eiusdem naturae aut saltem sub proximo genere contenta, ut sortes & plures eiusdem naturae sunt, equus & canis sub proximo genere animal continentur. Vox autem & aqua non sunt genere proxima, sed diuersis generibus generalissimis continentur/ hoc sub substantia, illud sub qualitate, quare non comparantur adiuice.

¶ Tertia conditio. Comparabilia non debent differre susceptio quod & quo. Quare dulcedo mellis & harmoniae adiuice comparari non possunt, nam dulcedo mellis habet susceptiuum quod, dulcedo uero harmoniae susceptiuum quo. Etiam diuersae sunt inter se rationis & naturae, quare aptam comparationem non habent.

¶ Quarta. Comparationes faciendae sunt secundum proprietatem speciei indiuiduae & specialissimae, & non secundum speciem subalternam, ut nix & paries bene comparantur secundum albedinem, nam albedo speciei specialissima est. Et quis subiecta sunt genere diuersa/ & idcirco secundum substantiam comparari non possunt: tamen qualitas in qua fit comparatio est eadem. Sed non recte comparantur secundum colorem, quia color speciei subalterna.

¶ Secunda conclusio. Ut motus dicantur eque ueloces non sufficit eos eodem tempore fieri. Licet id requiratur. Sed praeter hoc requiritur q. equalis spatium pertransit/ & eiusdem sunt rationis & naturae. ¶ Patet, quia si id sufficeret: alteratio esset equalis mutationi secundum locum, & motus circularis eque uelox motui recto, quod est falsum. Equalitas enim ipsi causa est necessaria eque uelocitatis sed non sufficiens, quare ex sola ipsi equalitate non sequitur eque uelocitas. ¶ Et si qrat. quare alteratio & mutatio secundum locum non comparantur penes uelocitatem & tarditatem, an hoc prouenit quia alteratio est gen? & est loci mutatio, an quia tempus est diuersum specie. ¶ Respondetur, q. id non euenit ratione diuersitatis temporis, na tempus totum est homogeneum cuius partes suscipiunt denominatione totius, & omne tempus omni tempore eiusdem est rationis & naturae. quae admodum oes partes lineae similis sunt naturae. Similiter nunc ipsi imparabilia inter se similis sunt naturae, sicut puncta eiusdem lineae inter se sunt eadē specie. Sed hoc coniungit quae alteratio & mutatio secundum locum sunt diuersa genere, immo diuersa motus genera, q. dicta sunt non posse adiuice comparari. Alteratio autem species habet sumptas secundum uelocitatem diuersas sumptas primo secundum diuersos terminos, ut motum sursum, & motum deorsum. Secundo secundum diuersa spatia, ut motum rectum, & motum circularē. Tercio secundum diuersa instrumenta/ substantiaibus peragitur, ut ambulatione secundum pedes, uolatio secundum alas, natatio secundum natatoria. Et licet notio generis una sit, tamen sub ea continentur equoae, id est multa diuersarum naturarum, ut ratio atalis una est, tamen atal importat ea q. sunt diuersarum naturarum. Et eorum que genere significantur quaedam sunt ualde distantia, quae statim cognoscuntur esse diuersa, quaedam uero sunt similitudine proxima, quae usque adeo parum differunt ut quauis diuersae sint naturae, tamen non percipiuntur habere naturae diuersitatem, ut ambulatio hominis, & ambulatio equi.



Lineae rectae circulari non possunt comparari.

Quatuor conditiones comparabilium.

O b i e c t i o.

Secunda conditio.

Quarta.

Quaestio. Responsio.

Quomodo sumpta.

**Diffinitio de velocitum.** Ex his colligitur diffinitio aequae velocitum quae sunt quae aequali tempore mouentur secundum aequale subiecti magnitudinem (ut si in uno mobilium acquiratur forma in pedali & in altero & si in decupedali & in altero. In motu autem secundum locum / magnitudo secundum spacium attendenda est: ut in extensione) secundum idem specie indifferens (id est secundum eundem terminum ad quem spectatur ad eandem specie formam substantialem / quantitate qualitate & locum) & secundum motum specie indifferens: id est secundum motum eiusdem speciei in quibus: ut eiusdem speciei generatione / corruptione / augmentatione / diminutione / alteratione / & mutatione secundum locum. Ex qua diffinitione facile est trahere diffinitiones specierum motus aequae velocitum: ut generationes aequae veloces sunt quae fiunt in eodem tempore / aequali magnitudine & secundum eandem speciem / indiuisibilem formam, ut generatio hominis generationi hominis / & generatio equi generatio equi. Sic alterationes aequae veloces sunt quae fiunt in aequali tempore: & secundum eandem specie indiuisibile qualitate & aequaliter secundum qualitatis gradus: ut si duo parietes albeantur: uterque albedine decem graduum. Quod si quis dicat, secundum qualitatem sumitur similitudo & secundum quantitatem aequalitas, ergo alterationes aequae veloces non debet dici aequales aut aequaliter fieri. Respondetur quod secundum quantitatem sumatur per se & gratia sui aequalitas extensionis aut discretio nis: tamen secundum qualitatem recte sumitur aequalitas intensiois: gratia tamen quantitatis scilicet numeri / cum in qualitatibus idem est numerus graduum. Ut si duarum aquarum utraque calefacat calore decem graduum: illae qualitates sunt intensiois aequales. Ex quibus facile est intelligere quae mutationes uelociores & quae tardiores dicende sunt.

**Quinti cap. nota.** Mouet / mouet secundum locum. Medietas mobilis est mobile subduplum. Non mouentium & mobilium moles quantae sunt respiciende sunt: sed mouentium & mobilium moles. Medium / dimidium.



**Vintum cap. continet septem comparationum mouentium & mobilium regulas.** Prima regula. si aliquod mouens moueat aliquod mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio: idem mouens aut aequale mouebit mobilis medietatem per duplum spacium in eadem tempore. Sit a mouens, b mobile, c spacium, d tempus. manifestum est quod quicquid mouet aliquanto: aliqua vi superate mouet / aliquanto tempore / & spacio. unde ex Analogia: regula euadere potest vel quae manifestissima. Secunda. Si potentia mouens moueat mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio: potentia eadem aut ei data aequalis mouebit mobilis medietatem per idem spacium in temporis medietate. Tertia. si potentia mouens moueat mobile aliquanto tpe & aliquanto spacio: eadem potentia aut ei data aequalis mouebit idem mobile per spacium medietatem in medio tempore. Quarta. si virtus mouens quocumque moueat mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio: media virtus / mobilis medietatem eodem spacio mouebit & in eodem tempore. Harum omnium causa est par / eademque Analogia. Quinta. si virtus moueat mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio: non necesse est eandem virtutem aut datam aequalis mouere duplum mobile per dimidium spacium in eodem tempore: aut per aequale in duplo tempore. Sit a virtus motiua, b mobile, quod moueat spacium c. in tempore d, & l. duplum mobile b, non oportet virtute a, etiam omnino l. mobile duplum mouere posse. Nam accidit l. mobile vim motricem, a. superare. Sexta. si virtus mouens moueat aliquod mobile aliquanto tempore / & aliquanto spacio: non oportebit virtutis medietatem idem mouere mobile per dimidium spacium in eodem tempore: aut per idem spacium in duplo tempore. Alioquin si quinquaginta simul homines mouerent nauem: contingeret & vnumquemque solum mouere nauem. Et ex hoc deprehenditur calumnie zenonis solutio. Argumentabatur enim sic. Si inquit modius militi cadens in terram sonaret: & illius medietatis medietas / & iterum illius medietas / & ita in infinitum: vt minutissima militi pars sonum ederet, quod est impossibile. Non oportet (quod zeno conficere intendit) si modius militi aut militum cadens sonum faciat: & medietatem sonum efficere. Nam forte ita exilis atque attenuata eius virtus fuerit: vt medii resistantiam non superet: & aerem non diuidat / neque cadat. Et quibus pars illa in toto vna cum reliquis totius partibus moueret: non tamen & actu & per se mouebat, vt numerus mouentium nauem / & vnus in illo numero. Septima. si duae virtutes motiuae moueant aliqua mobilia aliquanto tempore & aliquanto spacio: virtus ex illis collecta mouebit mobile ex mobilibus collectum per idem spacium & in eodem tempore. Ex analogia (vt ceterae) cognita est. Et has comparationis mouentium ad mobilia regulas applicamus. consimiliter ad augmentationem / diminutionem / alterationem / & reliquos motus: huc in modum. Si augmentans / diminuens / aut alterans: augmentat / minuit / aut quocumque alterat aliquanto tempore / aliquanta quantitate / aut qualitate: idem augmentat / minuit / aut alterat: duplex dimidium in eodem tempore. Et idem augmentabit / minuet / aut alterabit mediu in temporis medietate. Et dimidia mutatio in temporis medietate. Et media virtus augens / minuens / aut alterans: mediu aut tunc minuit / aut alterat in eodem tempore reddit. Et non est necesse ipsam posse in ipso duplo in duplo tempore. Neque virtutis augmentis / minuetis aut alteratis medietate posse in toto. Et si duo mouent duo vt augmentando: & virtus augmentans collecta / duorum aggregatum eodem tempore mouebit, & virtus diminuens & alterans consimiliter. Et de his haecenus dictum sit sufficienter.


Septimi physicorum finis.

Notarum quinti capitis declaratio.

In septem regulis literae mouere sumitur pro mouere secundum locum, quia mutationi secundum locum primo illae regulae applicandae sunt. Medietas mobilis est mobile secundum uirtutem / subduplum, ut si mobile, id est uirtus resistens mouenti fuerit ut sex, eius medietas scilicet uirtus resistens ut tria est medietas mobilis. In his regulis non mouentium & mobilium moles & mas

gnitudo attendenda est, sed utriusque uirtus & potentia / ut potentia agens mouetis / & uirtus resistens mobilis, quare duplum mobile est dupla uirtus resistens mobilis. Et medium mouens, media uirtus & potentia mouens.

**Quinti capitis prima regula.** Si aliquod mouens moueat aliquod mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio, eadem uirtus mouens mouebit mobilis medietatem per duplum spacium in aequali tempore. Sit a mouens, b mobile, c spacium / d tempus. Et moueat a mobile b, per spacium g c, in tempore d e. Sit i medietas mobilis b / & spacium g h duplum spacio g c. Dico quod a mouet i per spacium g h in tempore d e. Patet. Nam si qua uirtus ad totum habet proportionem, duplo maiorem habet ad eius dimidium. At a mouet ad b habet aliquam proportionem, nam mouet ipsum, igitur a duplo maiorem habet ad medium ipsum b. Tunc sic. Velocitates motuum sequuntur proportionem potentiarum motuarum ad potentias motas / id est uirtutes quae maiori proportionem mouet sua mobilia uelociter mouent, & ab aequali proportionem / aequae uelociter, quae uero a minori proportionem tardius. At a duplo maiori proportionem mouet i. mediu g h integrum, ergo a duplo uelociter mouet i g h, quare per diffinitionem duplo uelociter / in aequali tempore mobile i duplum absoluit spacium. At spacium g h duplum est spacium g c, igitur a eadem uirtus mouet in tempore eodē d e mouet i medietatem mobilis per duplum spacium, quod est propositum. Secunda regula. Si aliquod mouens moueat aliquod mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio, eadem mouebit mobilis medietatem per idem spacium in medio tpe. Sit a uirtus mouens b / mobile / g h spacium, & d e tempus, quod diuisatur in signo f in duas medietates. Sit i media uirtus resistens mobilis b. Et moueat a ipsum b per spacium g h in tempore d e. Dico quod a mouebit i medietatem b per idem spacium g h in d f medietate totius temporis. Nam cum a mouet b, aliqua habet ad ipsum proportionem. Mouentis enim ad mobile supponimus esse proportionem, cum utriusque finitum sit. At i est medietas mobilis b, igitur a ad i duplo maiorem q ad b habet proportionem, per principium prius positum. Vltra. A duplo maiorem habet proportionem ad i q ad b, igitur a duplo uelociter mouet i q b. Quae enim uirtutum proportio, eadem est uelocitatum / per principium prius positum, quae per diffinitionem uelocitatis, i medietas mobilis per transit idem spacium g h in duplo minori tpe ut d f, quod est propositum. Tertia regula. Si aliqua uirtus mouet aliquod mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio, eadem mouebit idem mobile per mediu spacium in medio tpe. Moueat a uirtus mouens ipsum b mobile per totum spacium g h (cuius g c sit medietas) in toto tpe d e, cuius d f sit medietas. Dico quod a mouebit b per medietatem spacii g c in medio tpe d f. Nam ostensum est in secundo capite sexti physicorum in quarta conclusionem quod mobile aliquod regulariter mouetur (qualiter b mobile in hac & qualibet septem regularum moueri supponimus) consimiliter diuiditur magnitudo siue motus spacium, & tempus, ut tota magnitudo toto tempore & pars consimilis parti respondeat. ergo si a mouet b per totum spacium in toto tpe, mouebit idem mobile b per medium in medio, alioquin eadem manente uirtute mouente & mobili / dissimiliter spacium & tempus diuideretur quod est inconueniens & oppositum prius ostensi. Aliter. si a moueat regulariter b per totum spacium g h in toto tempore d e, & tamen non moueat ipsum b per medium spacium g c in medio tpe, gratia discipline moueat a ipsum b in medio tempore solum per primam tertiam spacium g h, scilicet g l. Cum b per hypothese moueatur regulariter, igitur in aequalibus temporibus equalia praestitit spacium, quare in tempore f e aequali tempore d f praestitit secundam tertiam l m. non igitur in toto tpe d e praestitit totum spacium g h, sed solum eius partem g m quod est oppositum hypothesis. Secundo gratia discipline transeat b mobile in tpe d f duas tertias spacium g h scilicet g m. Cum b moueatur regulariter, in aequo tpe aequum absoluit spacium, quare in f e praestitit spacium aequale ipsi g m. Illud autem est maius q spacium m l: residuum, immo est illius duplum, igitur b toto tpe d e maius praestitit spacium q g h / quod iterum est hypothesis oppositum. Cum itaque non possit transire in medio tempore d f minus q medietatem spacii, neque plus, relinquitur tertium scilicet q. transit ipfam spacium medietatem, quod est propositum. Quarta regula. Si aliqua uirtus mouet aliquod mobile aliquanto tpe & aliquanto spacio, media uirtus mouet mediu mobile per idem spacium in aequali tempore. Moueat a ipsum b per spacium g h in tempore d e. Et sit k medietas ipsius a, & l medietas b. dico quod k mouebit i per idem spacium g h in eodem tpe d e. Patet. Nam quia a mouet b, aliqua habet proportionem ad b, quare & k eius medietas eadem habet proportionem ad i medietatem ipsius b. Nam q proportio totius ad totum, eadem dimidium ad dimidium. Vltra, eadem est proportio k ad i q ad b, igitur k aequae uelociter mouet i sicut a mouet b. Eadem enim uirtutum mouentium ad sua mobilia manente proportione, aequa est motus uelocitas, igitur k mouet i per aequale spacium in eodem tpe per diffinitionem aequae uelocitatis. Sed a mouet b per spacium g h in tpe d e per hypothese, igitur k mouet i per idem spacium in eodem tempore, quod est propositum. Quinta regula. Si aliqua uirtus mouet aliquod mobile aliquanto tpe & aliquanto spacio, non oportet eandem uirtute mouere duplum mobile per mediu spacium in eodem tempore aut per idem spacium in duplo tempore. Sit a uirtus mouens b secundum proportionem sesquialteram per spacium g h in tempore d e. Dico quod non oportet a mouere l duplum mobile ad b per medium spacium g c eodē tpe d e / aut per totum spacium g h in duplo tpe d e. Patet. quia a mouens est sesquialterum ad b mobile, igitur l duplum mobile est sesquialterum ad a mouens. Nepe si numerus datus ad alterum est sesquialter, duplum minoris est sesquialterum maioris, ut tria ad duo est sesquialter, & quatuor duplum minoris est sesquialterum ad tria maiorem numerum. quare l mobile est maius, & a uirtus mouens est minor. At uirtus minor non potest mouere mobile maioris uirtutis. Quicquid enim mouet, aliqua ui superante mouet, & a minori uirtute aut aequali non fit motus / sed solum a maiore. igitur a non mouet l, igitur neque ipsum mouet per mediu spacium in eodem tempore / neque per idem spacium in duplo tpe, quod est propositum. Sexta regula. Si aliqua uirtus mouet aliquod mobile aliquanto tempore & aliquanto spacio, non oportet media uirtute mouere idem mobile per mediu spacium in eodem tempore, aut per idem spacium in duplo tempore. Sit a mouens sesquialterum ad b. & moueat ipsum b per spacium g h in tempore d e. Sit k medietas ipsius a. Dico quod k non mouet ipsum b per mediu spacium g c in eodem tpe d e, aut per totum spacium g h in duplo tpe d e. Patet quia a mouens est sesquialterum ad b, igitur k medietas ipsius a est subsestertium ad b. Si enim numerus ad numerum est sesquialter, dimidium maioris est subsestertium minoris ut sex ad quatuor est sesquialter, & tria dimidium maioris est subsestertium ad quatuor numerum minoris, quare k est minor q b, igitur k non potest mouere b. A minore enim uirtute non fit motus, igitur k non mouet b per mediu spacium eodem tempore, neque per idem spacium in duplo tempore, quod est propositum. Quod si quis asserat oppositum istius regulae oporteret si quinquaginta homines traherent nauem, & unum quolibet eorum sigillatim trahere nauem semper eodem seruato mobili uirtutem mouentem mediano, quod clarius in numero pariter pari ut sexaginta quatuor (qui ad unitatem usque diuisione recipitur) ostenditur. Nam si sexaginta quatuor homines trahant nauem, per huius sextae regulae oppositum (quod gratia discipline asseritur) & media uirtus triginta duo




94  
32  
16  
8  
4  
2  
1

homines trahēt eandē nauē, & per idē media virtus in sexdecim homines insup & media virtus octo homines, p̄terea quatuor deinde duo, & postremo unus solus traheret eandem nauem. Id autem manifestum est in conueniens. igitur. Et ex isto cognoscitur solutio rationis & conueniens: quia uoluit probare q. modus milij cadens in terram nō posset sonum efficere. Si enim (inquit) sonū efficeret, ergo & ipsius medietas sonum efficeret/ & iterum medij medietas, quare millesima pars grani milij cadens in terram efficeret sonum. Id autem manifestum est inconueniens. igitur. Respondetur negando quod Zenō cōcludit. nam tandem peruenietur ad tā parū partem quæ non sufficit diuidere aerem & desum cadere/ sed manebit pendula in aere sicut minutilli pulueres. Neq. eadē est totius & partis ratio, non enim oportet quicquid totum efficit & partem id ipsum efficere posse, cum uirtutum totius & partis sit inæqualitas. Et quia exigua pars grani milij in terram caderet, non sequeretur propterea ipsum efficere sonum, nā lente ad modum & tarde terram sine concussione contingeret, ex quo contactu non fit sonus/ ut lana satis probat. Ad sonum enim uehemēs contactus & magna potentia requiritur, a languida autē & parua potentia contactus sonum non elicit. Et quis quilibet millesima grani milij simul cum alia sonum edit in potentia & conuenientem. Nam uirtus totius ex omnium partium uirtute collecta consistit, quare si nulla conuenientiarum partium sonaret neq. totum. Nulla tamen actus, id est tota & nullus pars existens/ & per se solitariaq. sumpta sonaret, sicut si quinquaginta homines trahant nauem, quam quadraginta nouem non possent trahere: neq. primus homo sigillatim trahit nauem neq. secundus sed quilibet cum altero simul trahit/ immo uno remoto residui nō possent trahere, ita si totum granum milij edat sonum quem omnes millesimæ partes una dempta non possent efficere, tūc neq. prima millesima per se facit sonum, neq. secunda per se, immo neq. nonaginta & nonaginta nouem possent efficere sonum, sed quilibet eorum cum altera simul. Quare a tota uirtute collecta ad partem uirtutis collecte recte eiusdem effectus non ualet argumentatio.

Septima regula. Si diuerse uirtutes motuæ æque uelociter moueant plura mobilia sigillatim aliquanto tempore & aliquanto spacio, uirtus ex illis mouentibus collecta mouebit mobile ex mobilibus omnibus collectum per idem spaciū in eodem tempore.

Sint tria mouentia æque uelociter a/m/ o: quorum a moueat b per spaciū g h in tpe d e/ & m moueat n per idem spaciū in eodem tpe. Similiter o moueat p per idem spaciū in eodem tpe. Dico q. uirtus collecta ex tribus uirtutibus mouentibus mouebit z mobile collectum ex tribus mobilibus per idē spaciū g h in eodem tpe d e. Patet. quia mouentia æque uelociter mouent & mobilia sunt æque uelocia, igitur mouentia mouent secundū eandem proportionē, ut quæ proportio a ad b eadem sit ad n & o ad p/ quare ipsius q ad z eadem erit proportio quæ unius cuiuslibet ad unum. Nam p uicesimā secundā arithmetice Iordan. Si quodlibet numerorū ad totidem alios fuerit una proportio, quæ unius ad unum, ea oim simul sumptorum ad omnes pariter acceptos erit proportio. Ultra eadem est q ad z proportio quæ a ad b & ceterorum mouentium, ergo q æque uelociter mouebit z sicut a mouet b. Ab æquali enim proportione nascitur æque motus uelocitas. igitur per diffinitionem æque uelocium, q mouebit z per æquale spaciū scilicet g h in eodem tempore ut de/ quod est propositum. Et similiter sunt hæ regulæ applicandæ ad augmentationem/ diminutionem/ & alterationem, ut docet littera.

Cometary in septimum physicorum finis.



Primi cap. octauī Physicorum nota.

Assuerant, affirmāt. Perenne, per æuū, perpetuū: quod principio sineq. careat. Principiū & finis durationis. Vel etia. Causa liber physicorum continet decem capita. Primum cap. continet unā questionem, quatuor antiquorum de motus perpetuitate opiniones, duas cōclusiones & quatuor rationes ad primam. Questio. An factus sit motus: ut ante ipsum nullus omnino præcesserit/ an deficiet, ut ne ullus quidē postea sit futurus: an neq. hoc pacto factus sit vnq. nūq. ue casurus, sed semp fuerit, sempq. sit futurus, ut quidam immortale & sine quiete, & ut uita quædam oibus rebus natura cōstantibus.

Quatuor antiquorū de hac re opiniones. Prima est ponentium infinitos mundos, quorū quidā continue occidant, alij uero continue oriantur, qui (quia credūt) huiusmodi rerū ortus & obitus sine generatione & corruptione fieri nō posse, quare neq. sine motu) motum assuerant esse perpetuum. Secunda est ponentium vnū esse mundū, sed eum perpetuum esse affirmētum. Tertia est Anaxagoræ mundū esse genitum ponētis & motum incepsisse, at neq. motū neq. mundum postea interitura esse. Aiebat enim omnia infinito quo in Chao & cōfusione delituisse & quiescisse, quæ diuina mens aliquando incepsit segregare, & tunc quoq. mundū & motum incepsisse. Quarta est Empedoclis qui mundum interpollatis uicibus ponit generari & corrumpi. generari quidē, cum lis segreget & diuidat: corrumpi cum amicitia congreget atq. uniat. Ponit enim litem segregando vnū multa facere, & amicitiam congregando multa facere vnū. Et interuallis ineditis (cum neq. lis separet neq. amicitia congreget) omnia quiescere. Et hæ sunt opiniones naturaliter loquētium & qui motum esse cōfessi sunt. Qui uero motum nō admiserunt, de hac questione (quod nobis uile sit) nihil meminerunt. Et certe huius questionis inquisitio non modo uilis est ad naturæ explorationē, sed & ad eam philosophicæ partem quæ primum rerum exordium cōtemplatur, atq. primum totius naturæ principē. Prima conclusio. Motus non incepsit, ita ut ante ipsum nullus præcesserit motus. Primo, motus est actus mobilis ut mobile est, quæ admodū prius ostensum est. si quādo igitur factus est motus, & res mobiles (quæcūq. fuerint illæ) præcessisse, necesse est, quod vel sine motus diffinitione cōcedas, ut si quæ futura sit alteratio, & alterabile piacere necesse est. Et si loci mutatio, loco mutabile. Et si combustio, & cōbustum & combustibile. Aut ergo res ipse mobiles perpetuæ fuerunt antecætes, aut aliquando genitæ, si genitæ, ergo motus eas præcessit per quē in lucem sunt editæ. Motus igitur quem assignabas non erat primus. Quod si dixeris res eas æternas atq. perpetuas antecætes, & hoc certe incōmodum uidetur, & (ut a scientibus dicatur) indignum. Non igitur motus uidetur factus, ut nullus ante ipsum antecæterit motus. Secundo.



quia si motuum & mobile æterna fuerint: cum hoc moueri posset, illud uero semp mouere, seculis æternis id mobile quiescit, & motuum ipsum non mouit, factum aliquando primū mouens. Erat igitur causa quietis aliqua, est enim quies: motus priuatio. At uero esse nequit causa quietis uilla sine motu priuo. Non igitur dabis primum motum, quoniam omnē motum præcedet motus prior. Quod si dixeris uirtutem illam motuam ad opposita posse, ut scientia contrariorum est, & non ut ignis: qui tantum calefacit & non frigidat, id dictum parum pondus habere uidetur. Nam uidemus quæcūq. possibilia sunt mouere & moueri, se consimiliter habentia, & proxima, semp mouere & moueri. Essent enim talia, quare potius alterum semp moueret/ & alterum moueretur. Et si ante nō moueret vnū, neq. alterum moueretur, non semp in eadem dispositione fuerunt/ & nunc, cum mouet alterum, & alterum mouetur, de mutatum igitur uidetur vnū aut alterum, & prior incepsisset motus eo quē tu ponis primum, ut si hoc nunc est duplum cum ante non esset duplum, aut ipsum aut ad quod dicitur duplum, mutatum esse uideretur. Tertio, consensus philosophorum (vno/ Platone scilicet excepto, qui in Timæo tempus cum cælo genitum asserit) est/ tempus esse perpetuum. Democritus enim uolens ostendere omnia facta esse/ impossibile esse, ita argumentatur. Tempus perpetuum est, igitur ut omnia facta sint/ impossibile est. At si tempus est perpetuum, & motum esse perpetuum oportet. Est enim tempus (ut ex præcedentibus cognitū est) numerus motus secundum prius & posterius, Et motus passio quædam & affectio esse uidetur. Non est igitur modo qui dictus est factus. Quarto, si dixeris cum Platone tempus factum & incepsisse, cū tempus sine nunc incepsisse intelligi non possit, nunc autem omne/ medium sit, ut vnus finis & alteri principium, ut tempus sepe offerat perenne atq. perueni. Quod si tempus perenne est, & motus perennis erit atq. perpetuus. Est enim tempus (ut superius dictum est) numerus & passio quædam motus. Secunda, motus ut neq. factus incepsit, ita quoq. neq. interiturus est vnq. ut ne ullus sequatur. Nam quædam modū qui motus ortum consistitur/ coguntur concedere motum/ motu primo priorē, ita & qui desitutum putant, cōcedere oportebit motum citimo atq. postremo motu posteriorē, quia aut eo corrupto res ipse simul corrumpuntur, aut manent superstites. si corrumpuntur, cum nihil in nihilum corrumpatur, abibūt in alterum. Hoc autem esse nequit nisi comitate motu. Erit igitur is motus citimo & postremo motu (qui positus est) posterior. Si manent superstites, isdem quæ de motus incepsione posita sunt, uirgendum est argumentis.

Notarum primi capitis declaratio. Cum diffinitur perpetuum esse, quod principio, sineq. careat, principium & finis sumitur pro principio & fine durationis. Cum in prima ratione primæ conclusionis dicit littera, quod uel sine motus diffinitione cōcedas, ibi uel capitur pro etiam.

Rimi capitis octauī Physicorum questio. Vtrum motus incepsit & sue durationis exordium habuerit, an desinet & sine habiturus sit, an neq. incepsit neq. desinet, sed semp fuerit & semp futurus sit ut perpetuum & irrequietum, & rerum naturalium uita. Quia enim cælum est primum vnuerſi corpus: uidetur motus eius esse prima causa omnium uiuentium & rerum sensibilium q. primus sit & prima operatio, & ideo aliorum uitas & operationes mensurare. Quatuor hac de re opiniones. Prima est ponentium mundos secundum numerū successiue esse infinitos, & alternatis uicibus aliquos corrumpi & alios oriri. Et quia mundos ponent generatione physica oriri & corruptione occidere, idcirco motum posuerunt perpetuū. Secunda est ponentium unum esse mundum, & eum perpetuum. Et hæc est Aristotelis. Tertia est Anaxagoræ ponentis mundum esse genitum, & motum incepsisse cum diuina mens incepsit res a chao segregare, sed nunq. mundum aut motum desitutum esse, quia ipsa mens segregans nunq. ab huiusmodi segregatione desisset. Quarta est Empedoclis ponentis mundum aliquando quidem generari ut lite segregante, & interdum corrumpi ut amicitia congregante, & interdum a generatione & corruptione quiescere/ scilicet tempore intermedio inter litem segregationem & amicitia congregationem. Et huiusmodi alternationem generationis/ corruptionis & quietis sepius iterari. Et hæc sententiæ sunt philosophorū naturaliter loquentiū & qui motum esse concesserunt, nā qui motum negauerunt, nihil præsentis conducent quæstioni dicere uisi sunt. Cuius inuestigatio non solum ad rerum naturalium cognitionem conducit, uerum etiam ad metaphysicam supremamq. philosophiā. Prima conclusio. Motus sue successionis non habet principium neq. incepsit, sed quemcūq. motum datum alius præcessit motus. Siquidem q. motus non incepsit eo modo quo posuerunt antiqui neq. mundus per generationem physicam, recte asserit philosophus, & id iure molitur rationes ostendere. Nō enim per generationem, sed per creationē philosophis incognitam incepsit mundus. Quod autem asserit ante quemcūq. motum, alij præcessisse, non recte sentit, quia primus motus cum primo mobili habuit initium. Primo, quia (ut tertius physicorum docuit) motus est actus mobilis, id est forma existens in mobili ut subiecto/ in quatuor mobile est, id est pro quāto subiectum est in potetia ad suscipiendum id motus quod nondum est acquisitum sed restat acquirendum. Ergo si sit factus motus, necesse est mobile præcessisse, ut si sit generatio, necesse est materiam præesse in qua forma suscipiatur. Si corruptio, præcedit corruptibile. si calefactio, calefactibile: & si motus sursum, præcessit mobile sursum. Ipse igitur res mobiles quæ motum præcesserunt primum, aut sunt aliquando genitæ, aut perpetuæ. si genitæ, ergo eas præcessit generatio per quam exortæ sunt: & generatio est motus, igitur primo motu est motus prior, quod est impossibile, aut datus motus nō erat primus, quod est hypothesis oppositum. Si uero ponantur res mobiles perpetuæ & tamen non semp fuerint motæ, hoc absurdum est/ nam tunc fuissent ociosæ & sine propria operatione igitur & id ex quo sequitur. Secundo, si motuum & mobile fuerunt perpetua, & mobile infinitis seculis primum motum præcedentibus non mouebatur quibus tamen natum erat moueri, ergo per diffinitionem, ipsum mobile quiescit. & ipsum motuum prius non mouens, postea fuit mouens, illius igitur quietis aliqua erat causa, quæ nō potuit esse sine motu priuo. Nā motus est ut affirmatio & esse. Quis autem

Quatuor anti  
quorū de mū  
di ppetuitate  
opiniones.

Quo pacto in  
telligit philo  
sophus motū  
esse mundū nō  
incepsisse.

L

Cavillationis  
exclusio.

ut privatio non esse. Sicut ergo esse precedit non esse, ita in mobilibus motus precedit quiete. igitur primo motu est aliquis motus prior quod est impossibile. ¶ Quod si quis dicat illam virtutem motuam libere mouere non esse ad opposita scilicet posse mouere, non esse non mouere, sicut homo potest ambulare & potest non ambulare. Et non sicut ignis qui potest quidem calefacere sed non potest non calefacere, non recte dicere videtur. Nam quæcumque possibilia sunt mouere & moueri consimiliter se habentia & sibi proxima, eorum unum semper mouet & alterum mouetur. ut in semine oliuæ omnibus dispositis ad generationem oliuæ consimiliter producitur oliua, & omnibus ad progressionem eodẽ modo dispositis consimilis fit progressio. At motuum & mobile sunt consimiliter se habentia. & sibi proxima. igitur motuum semper moueret & mobile semper moueretur. Nam ex opposito si unum non semper moueret & alterum semper moueretur, igitur non fuerunt prius in eadem dispositione cum non fiebat motus/ & nunc quando fit motus. Aut igitur mouens mutatum est & nouam accepit dispositionem/ aut mobile, & sic ante primum motum fuisset motus prior. Non enim contingit denominationes contradictorias eidem vicissim competere, nisi aut ipsum, aut alterum ad quod refertur mutatum fuerit. ut sit linea a bipedalis & linea b tripedalis, & addita linea pedali fiat quadrupedalis, quo facto linea a est subdupla lineæ b, & prius non fuit subdupla. & quævis linea a eadem manserit, tamen linea b est mutata. Ita si motuum prius non fuit mouens, & postea fuit mouens, aut ipsum aut mobile ad quod refertur mutatum est. ¶ Tertio. Omnes philosophi tatiõe circa ipsum aut alterum aut aliter ad quod refertur facta.

Contradictoria de eodẽ dici nõ posse successiuem similitatiõe circa ipsum aut alterum aut aliter ad quod refertur facta.

¶ Quarto. si tempus inceperit quemadmodum posuit Plato, & nunc temporis impartibile eius principium assignandũ esset, quod nullius alterius temporis esset finis. At omne nunc temporis impartibile/mediũ est & continuans, & unius temporis principium/ & finis alterius, perinde atq; omne punctum lineæ circularis est finis unius lineæ & principium alterius partis, igitur quodcumq; assignatur nunc, eo prius est tempus, sicut quodcumq; punctum lineæ circularis precedit lineæ pars, igitur tempus est perpetuum & nõ incepit, quare neq; motus. Unde constat philosophũ assimilasse tempus lineæ circulari, & nunc temporis puncto lineæ circularis, quod cum ut de mundi perpetuitate perperam sentiret induxit. Si enim tempus ad lineam rectam, & nunc temporis ad lineam rectam punctum (ut debuit) comparasset, continuo & mundum & tempus exordium habuisse cognouisset. ¶ Secunda conclusio. Motus sicut non incepit, ita nõ definit/ neq; ultimus datus est. ¶ Patet, quia si ultimus ponatur esse motus, postremo motu erit motus posterior. Nam motu corrupto vel res mobiles simul corruptur vel remanent. Si corruptur, ergo in aliud transmutatur, quia nihil in nihilum corruptum natum est, sicut ex nihilo nihil fieri. Sed non possunt in alterũ transmutari nisi per motum generationis, qui sequetur motum postremũ. Si uero res mobiles manent, erit in eis ociositas, & eadẽ q; prius sequetur inconuenientia.

¶ Secundi capitis nota.

¶ Minor mundus, homo & in eius similitudine unumquodq; animal. ¶ Minor mundus, Microcosmus. ¶ Maior mundus, uniuersum. ¶ Maior mundus, Macrocosmus.



¶ Secundum cap. continet vnam conclusionem. duas rationes ad eam. tres rationes non esse motum perpetuum probantes. & earum solutiones. ¶ Conclusio. Et Anaxagoras & Empedocles haud conuenienter mundum esse factum asserere videntur. ¶ Primo. quia in nature explanatione id summopere obseruandũ est ne quid sine ratione probetur, & ne id causa sumatur quod causa esse nõ possit. Hoc autem in sua ipsa assertione Anaxagoras & Empedocles non obseruant, quin potius sua dicta figmento similliora videtur. Inquit enim Anaxagoras in eam illam infinitis seculis abstinuisse & postea operatam fuisse, semperq; in futuram operaturam, neq; causam ullam adhibuit. Sic enim mentem illam infinitis seculis ociosam/ torpentemq; faciebat. Et Empedocles asserit adueniente lite mundũ generari & adueniente amicitia interire, & id copluribus, alternatisq; vicibus fieri, & interpolatim quiescere. Neq; causam amolitur adducere, cur hunc in modũ alternentur vices nunc ortus, nunc obitus, nunc quietis. Debuisset saltem Empedocles inducere, Amicitia est quæ homines congregat, inimicitia autẽ sciungit & segregat. Fugiant namq; abinuitẽ inimici, quare & in uniuerso sic erit. Et quævis id insufficientis sit, visus tamẽ rationem sequi fuisset. Quod quidem & Democritus faciebat, & eorũ quæ facta erant causas inquirebat. Aeternorum vero & eorũ quæ semper sunt nõ amplius volebat nos ratione inquirere. quod in parte recte, in parte vero insufficienter volebat. Nã triangulũ angulos tres duobus rectis habere equales, æternũ est, & huius causam inquiremus/ & causam habet principia perpetua. & horum quidem principiorũ nõ amplius causa vlla est. ¶ Secundo. quia nihil in vniuersa natura est, quod aut ratione, aut ordine careat, & natura omnibus quæ natura constant, ordinationis causa esse videtur, & semper vniformis, similib; pferens rans ordine nature tenor, vt non aliquãdo quidem sic, aliquando vero nõ procedat, vt semper ignis ad superna conscendit, grauium vero motus semper ad ima. At vero Anaxagoras assertione sua, q; infinito tempore res quiescerint/ & postea moueri cœperint, omnem tollit ordinationem. Infinite autem quietis ad motum (quem postea ponit infinitũ futurũ) nulla ordnatio est. Neq; reddi ratio potest vlla, cur tunc factum/ cur non prius. ¶ Vnde fit etiam vt Empedoclis dictum minus irrationale videatur. Nam ponit mundum generari, deinde interire, & interpolatim medijs interuallis quiescere, & iterum nasci, ac oriri: vbi videtur seruatus nature ordo & tenor. Non tamen sufficiẽter (vt diximus) nulla vsus ratioe id astruunt. ¶ Tres rationes motũ non esse perpetuũ probantes, pariter & earũ solutiones. ¶ Prima. Omnis motus est de quodam in quoddã, vt de contrario in contrarium, sed de contrario in contrariũ motũ, infinitũ

esse impossibile est, igitur nullus motus, infinitus & perpetuus est. ¶ Secunda. Videmus ea quæcumq; agitata fuerunt omnino neq; secundum se neq; suas partes, vt ignis, aer, aqua, terra: inanimata pariter & animata: post huiusmodi quietem posse incipere motum, quid igitur prohibebit & mundi motum itidem incipi potuisse. ¶ Tertia. Animalia mouentur post summam quietudinem nullo impulsore. Non enim vt moueantur, extrinsecum quicq; afferre oportet, quid igitur mundum post summam illam (quam Anaxagoras astruit) quietem motum incipere prohibet: Si id in minore mundo inspicimus, cur nõ liceat & in maiori inspicere: Et hæc ratio fortius persuadere videtur/ non tamẽ has rationes diluere difficile erit. ¶ Prima solutio. dicimus nullum motum qui ex contrario in suum est contrarium, perpetuũ atq; perennẽ esse, sed omnem talem contrariis clausum & terminatum. & non semper numero esse posse vnum & continuum. vt neq; idem numero sonus quem Chorda primo ista reddit, & quem secundo ista. Omnẽ enim motum de quodam esse in quoddam, vt de contrario in contrarium, sensibilem motibus applicari debet. Et enim præter hos alius quidam motus, quem nihil vetabit semper esse vnum & eundẽ/ continuũ/ iugem & perpetuum, vt amplius ex sequentibus fiet manifestum. ¶ Secunda. non est inconueniens ea quæcumq; agitata fuerunt inchoare motum. De inanimatis vero nihil mirari dignum est si vt excitetur a quiete extrinsecum motorem habeant appositum, quo absente quiescunt, & hoc natura facta quiete. si violẽta fuerit quies, extrinsecum motum vetante absente, protinus mouetur. Et hæc ratio videtur quære causam cur aut non semper quiescant/ aut semper moueantur, sed hoc aliud de fiet exploratum. De animatis autẽ maiorem esse difficultatem, de quibus nunc dicendum est. ¶ Tertia. dicimus animal nunq; sine naturali motu esse. habet enim semper in se naturalem motum, & non vnum solum, sed forte multos, quorum spiritum totum animal causa non est/ sed est intra se delitescens omnium horum causa. Et idcirco animal nõ ex omni motu quiete nullo extrinsecum administrante mouetur, sed ex quiete motus qui secundum locũ est, cuius causa quandoq; contingit ab extrinsecum, quandoq; ab intrinsecum & a motibus (qui plures sunt) interius nunc intellectum nunc appetitum mouentibus. Et certe ostendit somnus multos in animali interiores esse motus, cum eius partes exteriores moueri non videantur, quæ aliquo inexistente iterum experrecta surgunt. Ex minori igitur mundi similitudine non conficias maioris mundi motum post quietem incepisse. Sed de his adhuc ex sequentibus aliquid apparebit manifestum.

¶ Notarum secundi capitis declaratio.

¶ Homo dicitur minor mundus, quia utriusq; nature & sensibilis & intelligibilis est nexus & vinculum. Ipsiusq; mundi (ut ait Trimegistus) miraculum. Et quæcumq; sunt in mundo intelligibili & sensibili, inueniuntur in homine in analogia. Animalia autẽ cetera, imagines sunt hominis, quæ omni aialũ est veritas. Nempe animalia earum virtutum, potentiarumq; habent vestigia quarum homo habet veritatem, proinde unumquodq; animal in hominis similitudine dicitur minor mundus, quia ad maioris mundi similitudine est factum. Quod enim est in uniuerso terra, hoc est in animali melancolia. quod in uniuerso est aqua, in animali est flegma, quod aer uniuersi, hoc san guis animalis, & quod in uniuerso ignis, hoc in animali colera.

¶ Quare homo dicitur minor mundus.

¶ Secundi capitis conclusio. ¶ Anaxagoras & Empedocles non recte asserunt mundum esse factum. ¶ Nam in tradenda rerum naturalium disciplina nihil ratione comprobari natum sine ratione asserendum est. neq; id pro causa sumendum/ quod causa esse non potest. Anaxagoras autem & Empedocles eorum quæ rationem requirunt nullam rationem adduxerunt, & pro causa id sumunt quod causa esse non potest. Nam Anaxagoras dixit mentem diuinam æternis seculis a segregatione abstinuisse/ & deum segregare incepisse/ semperq; segregaturã esse, neq; causam adhibet cur nõ semper segregauerit, & cur tunc potius q; prius inceperit/ inno mentem illam ociosam & sine operatione torpentem posuit. Unde Aristoteles mutationem primi mobilis putauit primam ipsius primi mouentis operationem, quare ne primum mouens concederet esse ociosum, posuit mundum esse perpetuũ, & celi motum perpetuum. Non autem cognouit propriam summi boni operationem intrinsecam, qua pater superbenedictus conuincat filio infinitam bonitatem/ uitam/ sapientiam/ potestatem. quare ante mundi constitutionem non erat ociosus, sed solũ cognouit extrinsecam operationem dei, scilicet moderationem mundi, quam ponebat a deo pendere necessario sicut lumen a sole/ cum sol si esset æternus, & lumen quoq; haberet æternam. Quod veritati non consonat. Nam pendet illa a deo tanq; mouente uoluntario quod pro arbitrio mouet. Empedocles autem dixit adueniente lite mundum generari, & adueniente amicitia corrumpi/ nullam adducens rationem. Potuisset quidem hanc rationem asserre. Sicut est in hominibus, ita in uniuerso. At amicitia homines congregat & conuincit, discordia vero dissipat & dispergit. igitur & in uniuerso, quæ licet insufficientis sit & inefficax, tamen ad persuadendũ aliquantulum non fuisset inutilis. Democritus uero rerum naturalium & transmutationis earum causas inuestigabat & recte Aeternorum uero & perpetuorum causas a nobis inquirendas esse noluit. Sed id secundum Democritum non recte dixit. Nam proposito triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis est æterna & perpetua veritatis, quia nõ a sua veritate decidere potest: & tamen eius assignatur causa scilicet principia quibus demonstratur. Ipsorum autem principiorum (cum sint primæ in disciplinis cause) non est amplius causa petenda. ¶ Secundo. Nihil in tota natura ratione aut ordine caret, natura enim nihil ociosum & nihil frustra facit. Et omnibus rebus naturalibus natura & forma substantialis tã pulchre ordinationis causa esse videtur, ut in flore forma floris est causa operationum & fragrantie eius, in equo forma equi. Sic ordinationis particularis causa picipua est forma particularis. Ordinationis autem uniuersalis causa est forma uniuersalis & absoluta, cuius forma substantialis ordinationem & dispositionem quantum potest imitatur. Et hoc loco Aristoteles ex admirabili ordinatione nature nos molitur euellere ad considerandum summam ordinationem & pulchritudinem primi opificis, cum dicit q; natura in suis operationibus est vniformis & consimili ordine nisi fuerit impedita constans, ut semper graue tendit deorsum, & leue sursum. Anaxagoras autẽ in sua positione huiusmodi nature ordinationem non seruat. Nam dicit res postq; infinitis seculis quiescerint, moueri incepisse. Infinita autẽ quietis natura.

¶ Anaxagoras & Empedocles improbatio.

¶ Pulcherrima mundi ordinatio hic insinatur.

precedentis ad sequentem motum nulla est proportio, ut neq. infiniti ad finitum. Quare ea ex parte Empedocles minus irrationabiliter locutus videtur. Nam posuit prius mundum generari deinde quiescere, & ultimo corrumpi. Deinde iterum generari, & ita has ortus & occasus vias alternatim seruari/quod quodam ordine nature seruato fieri videtur. Anaxagoras autem tollit re-

Tres rationes probantes motum non esse perpetuum. Prima solutio. Tres rationes motu non esse perpetuum ostendentes. Prima. omnis motus est de quodam termino in quodam termino: ut de contrario in contrarium. At motum de contrario in contrarium, perpetuum esse continuum impossibile est. igitur motus non est perpetuus. Solutio. Rerum sensibilium & corporum naturalium motus sunt de contrario in contrarium, quare non sunt perpetui quia determinatis clauduntur terminis. Neq. sunt ydem numero, quia motus ad eundem specie terminum aliquo temporis intermedio spacio facti (ut frige factio in tempore a, & frige factio in tempore b aliqua intersit quiete) non sunt ydem numero, sicut non est ydem sonus numero que reddit chorda primo pulsata/ & eadem secundo post aliquantulam mora tacta. igitur a fortiori neq. motus ad diuersos immo contrarios terminos facti, sunt ydem numero. Corporum autem celestium motus non sunt de contrario in contrarium, quia motui circulari nihil est contrarium, ut primus liber de celo ostendit, proinde id non prohibet aliquid motum circulare esse perpetuum. Secunda ratio. Corpora sensibilia tem animata q inanimata post quietem possunt incipere motum. igitur & mundi motus consimiliter inceptit. Solutio. Admittitur assumptum. Nam animata post quietem incipiunt motum extrinseco motore coadiuuante. Si enim quies fuerit naturalis ut lapidis sup terram, motus ab illo loco uiolentus erit, & per extrinsecum mouens cuiusmodi est impellens aut propiciens. Si vero quies fuerit uiolenta ut lapidis super trabem, applicandum est: apponendumq. remouens obicem: cuiusmodi est frangens trabem aut detrudens lapidem & tunc mouebitur naturaliter. Non autem simile est de corporibus sensibilibus & celestibus, quia sensibilia naturam habent que est principiu mouendi & quiescedi. Celum autem solum habet principium mouendi & non quiescedi. Tertia ratio. Animalia post summam quietem mouentur nullo extrinseco impellente. Vt enim equus progrediatur & auis uolet, non requiritur aliquid extrinsecum impellens. ergo & in toto uniuerso post quietudinem inceptit motus, quare motus celi non est perpetuus. Solutio. Non est admittendum q animalia post summam quietudinem hoc est cessationem a quocunq. motu incipiant moueri. Nam a principio animal habet in se motus potentie uegetatiue scilicet conuersionem cibi in suam substantiam, nutritionem, digestionem & cordis agitationem, qui qdum animal uiuit sine quiete permanent/ non quidem extrinseci sed intrinseci, quorum totum animal non est causa sed forma substantialis animalis intra animal latitans. Ea enim cibum conuertit, digerit & nutrit mediante calore naturali. Animal tamen a motus secundum locum quiete excitatur ad motum, quia non cum primis est, loco mouetur, sed postq instrumenta sibi a natura ad motum deputata, apta sunt motui exercendo. & non continue eo motu agitatur sed interquiescit quia ea mouendi uirtus ut progressiua, uolatiua, defatigabilis est, uirtus autem nutritiua continua operatione non defatigatur. Et huiusmodi motus secundum locum causa quandoq. contingit ab extrinseco, ut obiecto appetibili impellente animal ad motum, quandoq. uero ab intrinseco, ut in brutis ab imaginatione & appetitu. In homine uero a ratione & uoluntate, ut tertius de anima clarius ostendit. Quod autem interiores sint motus in animalibus facile ostendit somnus, in quo partes animalis exteriores non uidentur moueri, ipse tamen ab aliquo scilicet forma substantiali inexistente iterum experrecte euigilant. Nempe in somno actus animalis pcpimus digestionem cibi commodius exercet, non occupatus circa functiones sensus exteriores, & expellit superflua per sudores & cetera media quod indicio est in animali motus esse interiores. Et completa digestionem, finitur somnus & fit experrectio. Quare ex similitudine animalis non recte concluditur motum celi incepisse, cum animalium motus non sit motui celesti analogus, sed potius animalium nutritio.

Secunda solutio.

Tertia solutio.

Immobile primo. Locus proprius, locus naturalis. Aliqua, res naturales aliquae. Caprificus, siluestris ficus, omnia quibus innascitur loca disscindens ac rampens.

tertium cap. continet vnam diuisionem, tres conclusiones. duas rationes ad primam tres ad secundam. vnum correlarium ad tertiam. Diuissio. Neceffe est omnia entia aut semper moueri, aut quiescere, aut immobilia esse, aut aliqua semper moueri, quiescere, aut immobilia esse. Aut omnia aliquando moueri, aliquando quiescere aut immobilia esse. Aut aliqua aliquando moueri, aliquando quiescere, aut aliquando immobilia esse. Et haec discutere, utilitatem ad ea (que paulo ante dicta sunt) affert, pariter & ad presentis operis rursus dubitatorum solutionem, & totius absolutionem & completionem. Prima conclusio. non omnia semper mouentur. Adunt enim qui hcc astruunt, omnia semper moueri, sed motu illum latere sensum, neq. quo motu semper moueantur determinant, sed id falsum esse monstratur. Primo. quia natura est principium quietis, ut & motus. Ita igitur dicentes: principium negant physicum. falsum igitur dicunt omnia semper moueri. Secundo. non omnia semper generantur, aut corrumpuntur, augmentantur, aut diminuantur, neq. continentur auctio & diminutio, sed semper inter auctiorem & diminutionem mediu interiacere oportet. ut si tot guttae aut innascens caprificus lapidem cauent. non oportet qualibet guttam lapidem cauare, & in toto tempore precedente guttam aut caprificum aliquid lapidis abscondere, sed tot cauant simul & non quelibet, ut tot homines simul trahunt atq. mouent nauem, & non quilibet. Ita & in auctiione & diminutione. Neq. omnia semper alterantur. Primo. quia quous id quod alteratur, in infinitum partiat, non idcirco uniuersa temporis serie alterationem trahi oportet. Nam pleraq. alterationes veloces, & in toto subiecto assecutas ut congelationes, perpeftas habemus. Secundo. eger in tempore sanatur, quem posteaq. conualuit & eo completo tempore, manifeste a sanatione quiescere pspicimus. Est enim sanatio, ut alteratio. Tertio. alteratio est inter terminos contrarios, clauditur igitur, & non in infinitum procedit. Quarto. videmus lapides tanto tempore manetes, neq. duriores neq. molliores fieri. Signum igitur est non omnia semper alterari. Et certe qui putat oia semper alterari, in nimis manifestis



errant. Neq. dicere possunt omnia semper fieri. Primo. quia perridiculum est credere montes & saxa semper deorsum ferri, & ea uideri semper in terra manere, & id nos latere. Secundo. ignis/aer/aqua/terra & pleraq. aliorum in suis propriis locis existunt. At uero unquodq. in suo proprio loco natura quiescit, aut ex eo uolente detruditur, quiescunt igitur talia in suis propriis locis. Non igitur omnia semper moueri est astruendum. Secunda conclusio. Non omnia semper quiescunt. Primo. quia quaedam moueri sensu vel perspectissima sunt, & hoc illustris/manifestusq. est qd vt rationem requirat. Querere profecto rationem ubi sensus fidem faciat/quaedam intellectus infirmitas est. Secundo. quia qui dubitat motum esse, non modo in physica, sed alia qualibet scientia trahit errorem, quia omnes quodammodo moti uiuuntur. Tertio. quia sicut importunitates ad mathematica principia nihil ad mathematicum pertinent, ita quoq. neq. eae que sunt ad motum esse/ad physicum spectant, est enim physica supposito, & natura principium esse motus prius posita est. Ex his enim intelligis non omnia semper quiescere/ & ne hoc quidem modo, sed neq. oia semper immobilia pseruare posse. Tertia. no aliquid semper mouent, & aliquid semper quiescunt. Quia res non semper generantur aut corrumpuntur, sed simul atq. genitae sunt, non amplius generantur. & sui interitus finis est & terminus. & ceterae mutationes sunt generationes quaedam & corruptiones. Quae augentur, certum est non semper augeri posse, & quae minuuntur, non semper minui, & quae alterantur, non semper alterari/ & quae feruntur, non semper feruntur, nam in suis locis natura quiescunt. & extra ut moueantur, uiolentus exigitur motus, qui non semper perseuerat, & consimiliter offedas eas non semper quiescere, ut quae aliquando orientur: aliquando occidunt/ incrementum fumant/atq. decremantur. Correlarium. unde fit exploratum aliqua aliquando moueri & aliqua aliquando quiescere.

Notarum tertij capitis declaratio. Immobile in proposito pro prima significatione accipitur, scilicet pro eo quod nullo modo potest moueri. Ceterae eius significationes in secundo capite quinti physicorum enumeratae sunt. Locus proprius hic non dicitur qui est locato immediatus/ & ut respondet loco communi, sed est in quo res naturalis quiescere nata est/ & opponitur loco uiolento. Aliqua in litera ide est quod res naturales aliquae, sic omnia, res naturales omnes/ secundum materiam subiectam. Nam quae hoc in textu dicuntur, solum de rebus natur alibus intelliguntur.

Tertij capitis diuissio quadrimembris. Neceffe est oia semper moueri/ aut omnia semper quiescere/ aut omnia semper immobilia esse. Aut neceffe est aliqua semper moueri, aut aliqua semper quiescere, aut aliqua semper immobilia esse. Aut neceffe est aliqua aliquando moueri, aut omnia aliquando quiescere, aut omnia aliquando immobilia esse. Aut neceffe est aliqua aliquando moueri/ aliqua aliquando quiescere, aut aliqua aliquando immobilia esse. Et horum discussio non parum ad ea quae hic determinantur aptius intelligenda conducet. Prima conclusio. Non omnia semper mouentur, ut posuit Heraclitus & sui sectatores. Primo. quia prius diuissio est natura esse principium mouendi & quiescedi. Non minus igitur natura principium quietis est q motus. Et id in physica principium est, quod tamen negant qui omnia semper moueri ponunt. No igitur recte dicunt. Secundo. no omnia semper generantur, sed completa assecuta formam a generatione quiescunt, neq. omnia semper corrumpuntur, sed completa generatione, aliquando tempore perfecta permanent anteq. corrumpantur. Neq. oia semper augentur, nam statum augmentatiouis a natura definitum non excedunt, neq. diminuantur omnia semper. Nam & augentur interdum, & tempore inter auctiorem & diminutionem medio ab utroq. motu quiescunt. Quare neq. contingantur aduicem augmentatio & diminutio/ sed inter eas est status & quies intermedia. ut si centum guttae cauant lapidem, aut caprificus scopulo innascens eum perarumpit, non oportet quamlibet guttam sigillatim lapidem cauare, neq. quamlibet caprifici piculam scopuli partem perfringere, sed totidem simul guttae lapidem cauant, & totus caprificus disscindit rupem, sicut centum homines simul trahunt nauem & non quilibet sigillatim. Ita in augmentatione omnia alimenta simul eam complent, & in diminutione ab omnibus partibus substantiae fluxe deperditio eam facit, & non sigillatim una alimenta pars. Neq. omnia semper alterantur. Primo. quia licet qualitas secundum qua fit alteratio in infinitum secundum intensionem diuidatur, non tamen alteratio tota temporis serie durat. Na ensu cognoscimus aliquas alterationes toto subiecto simul assecutas, & non prius in una subiecti parte q altera, ut congelatur aqua secundum omnes partes suas simul & a principio extrinseco scilicet frigiditate aeris & que circumstante. Similiter cum aqua reducit se ad frigiditatem/ non prius in una q altera parte frigeat, quia aequae forma substantialis aquae est propinqua omnibus partibus aquae. Secundo. eger temporis successione sanatur, & postq. conualuerit, quiescit a sanatione. Quae tamen si proprie alteratio non sit, tamen quandam habet cum alteratione similitudinem. Tertio. alteratio est inter terminos contrarios. At motum contrariis terminis clausum perpetuum esse impossibile est, igitur nulla alteratio est perennis. Quarto. neq. dura mollescere/ sed longo tempore suam seruire duriciem, neq. mollia semper indurescere oculis perspicimus. non igitur omnia semper alterantur. Neq. omnia semper loco mouentur. Primo. quia absurdum est credere montes & saxa semper deorsum ferri sicut & ignem semper ferri sursum, quia & leuibus & grauibus determinati sunt a natura limites/ quos ultra moueri non possunt. Secundo. quia elementa & pleraq. res naturales in suis locis naturalibus existunt. Sed unaquaeq. res naturalis in suo loco naturali quiescit suapte natura, extra que non nisi uiolente mouetur. igitur & huiusmodi res naturales in suis locis quiescunt. quare non omnia semper feruntur.

Secunda conclusio. Non omnia semper quiescunt. Primo. quia sensu recte disposito cognoscimus aliqua moueri, neq. id ratione probari amittendum est. Nam rationem quere eius quod sensu cognoscitur/ imbecillitatis intellectus indicium est. Secundo. quia qui motum negant/ non solum in philosophia naturali errant, uerum etiam in alijs disciplinis quae aliqua motus specie utuntur. ut in astronomia quae motum celestem considerat/ in musica & perspectiua quae motum specierum coloris & soni ad organum uisus & auditus determinat. Tertio. quia sicut argumentationes sophisticae & canillationes contra principia mathematica (ut coru qui negant puncta impitibilia/ & magnitudinem a substantia alteram esse/ qui lineas & superficies non admittunt a corpore dis-

Diuissio qua-  
drimembris.

Non oia semper  
augeri aut mi-  
nu.

Non oia semper  
alterari.

Non oia semper  
per loco ferri.



Singuli nihil pertinent ad mathematicum. Ita quoque Sophistica calumnie contra principia physica nihil ad physica spectant quare non debent quemquam mouere. At motum esse principium est physicum. Et natura in secundo physicorum definita est esse principium motus, igitur non omnia semper quiescunt. quare neque omnia semper immobilia sunt cum res naturales omnes sint mobiles.

**¶ Tertia conclusio.** Non aliqua semper moventur, & aliqua semper quiescunt. **¶ Patet.** quia nullae res naturales semper generantur / sed tandem consumantur earum generatio neque semper corrumpuntur / sed cum nihil formae restat deperdendum finitur corruptio. Nullae itidem semper augentur neque minuantur, nam natura constitutus est augmenti & decrementi terminus. Neque semper alterantur ut calefiunt aut frigescunt, neque semper loco moventur sed simul cum spacio motum finiunt, & in suis naturalibus locis res naturales natura quiescunt neque extra dimouentur nisi extrinseco impellente & motum violentum producente / qui non semper perdurat. Neque aliqua res naturales semper a generatione quiescunt, nam per generationem ad ortum duocuntur, neque a corruptione: nam interdum corrumpi cernuntur, alioquin essent incorruptibiles, neque ab augmentatione semper quiescunt aut diminutione. Nam animalia suscepto alimento augeri & grauescente senio minus sensu cognoscimus, neque ab alteratione aut mutatione secundum locum. Nam aquam calefieri & lapidem deorsum moueri quis negauerit? Similiter non aliqua semper immobilia sunt, quia rebus naturalibus proprium est moueri. **¶ Correlarium.** Unde manifestum est omnia aliquando moueri & aliquando quiescere, non autem omnia aliquando immobilia esse, cum aliquando moueantur omnia. **¶ Ex quo** consequitur aliqua aliquando moueri & aliquando quiescere, non autem aliquando aliqua immobilia esse: cum omnia aliquando moueantur, ex quo ex repugnantiâ natura manifestum est non aliqua aliquando immobilia esse. Et ita singulae diuisionis partes discussae & terminatae sunt.

**¶ Quarti capituli nota.**  
**¶ Sistere, quietare.** **¶ Motus, uolentus** est qui fit a principio extrinseco, non conferente uim passio. **¶ Non conferente uim passio / principio non agente intrinseco.** **¶ Violentus, praeter naturam.** **¶ Discretum / diuisum / aliud.** **¶ Potentia primo / potentia remota.** **¶ Potentia secundo / potentia propinqua & praecipua.** **¶ Sphaera, pila lusoria.**

Vartium cap. continet tres diuisiones & duas conclusiones. **¶ Prima diuisio.** Eorum quae moventur, quaedam secundum se moventur, quaedam secundum partem, & quaedam per accidens. Ita & eorum quae mouent, & quid unumquodque eorum sit, prius dictum est. **¶ Secunda.** eorum quae per se moventur quaedam a seipsis moventur, quae post quietem motum initiare / & inchoatum citra terminum sistere nullo extrinseco adueniente queunt, ut animata, Alia uero ab alio, quae id non possunt, ut inanimata. **¶ Tertia.** eorum iterum quae per se moventur, quaedam natura moventur, quae a principio quod in ipsis est moventur, ut animata a seipsis, & a principio quod in ipsis est moventur, & graue deorsum. Alia uero vi & praeter naturam, ut aliquando animata & animatorum partes / & terra sursum. **¶ Prima conclusio.** In omni motu discretum, diuisumque est quod mouetur & quod mouet. **¶ Na** in his quae vi & praeter naturam moventur, statim id manifestum est. mouetur enim ab extrinseco agitatore. In his uero quae secundum naturam (ut in animalibus quae a seipsis moventur) etiâ id deprehenditur. Nam motorem habent animam intus latentem, ut nauita est intra nauem ipsam gubernans & dirigens. De inanimatis autem cum natura feratur, difficultas affertur. Na non uidetur ab extrinseco moueri. Mouerentur enim vi quadâ, & praeter naturam potius. Neque a se, ut animata. **¶ Primo.** quia a se moueri, animatorum est proprium. **¶ Secundo.** quia quae a seipsis moventur, se quietare queunt citra terminum, ut qui ambulat, ut uult & ubi uult potest non ambulare, inanimata uero non. **¶ Tertio.** quia quae a seipsis moventur, ad oppositas partes seipsis feruntur, ut animata nunc ante: nunc post, nunc sursum, nunc deorsum, nunc in dextrum, nunc in sinistrum natura feruntur. Non autem inanimata, ut ignis. solum enim natura sursum & non deorsum fertur. **¶ Sed** his inimirum non obstantibus, inanimatorum discreta & diuisa sunt & mouens & quod mouetur, ut eorum pars uia est mouens, & altera mota & patiens. Et licet extrinseco egeant cum ipsa etiâ natura ferantur, eorum tamen ipsis intrinsecum principium uim mouendi praebet ac praestat. Non tamen (ut rite probatum est) idcirco a seipsis moueri dicuntur. **¶ Sed** haec adhuc clara, dilucidioraque euasura sunt. **¶ Secunda.** inanimata ab alio mouentur, & alterum atque alterum mouens & motum est. **¶ Nam** mouens aut est praeter naturam, ut ferreus uetus & natura grauis quippiam sursum leuans, aut mouens natura, ut actu calidum natura mouens atque calefaciens quod est potentia calidum. & ita secundum quantum, & ubi. **¶ Nam** quicquid a actu causa est, naturalem uim habet mouendi ea quae potestate talia sunt, quale quod mouet actu est. **¶ Cum** uero inanimatorum mouens praeter naturam fuerit, manifestum est ea ab alio moueri, & alterum & alterum esse mouens & motum. **¶ Quod** si secundum naturam, itidem, nam mouens erit actus, facies mobile actu esse aut quietum, aut quale, aut ubi: quale ipsum potentia erat. **¶ Verum** tamen duobus modis dicitur aliquid esse in potentia. **¶ Primo** aliquid est sic in potentia non quidem ut operetur non impeditum, sed adhuc actu egens, quomodo dicimus terram esse in potentia sursum: aut quia praeter naturam suscitari / sursumque ferri possit, aut in ea generari leuitas, quemadmodum & ipsa, aer potentia est, & sicut nondum sciens potentia est consideranda. **¶ Alio modo** ita in potentia, ut subtracto impedimento potius operetur. quemadmodum sciens (modo impedimentum non sit) considerat, & actu calidum, calefacit. & hoc pacto inanimata sunt in potentia ut in sua loca ferant, quoties iaceant extra, & in quanto, & quales similiter se habet. **¶ Et est** resistentis & impeditis quodammodo ut mouens, & quodammodo ut non. **¶ Na** mouet per accidens & non per se, ut lapis cum demolit partes, & sphaera lusoria repulsâ a pariete, ab eo ut resistentem per accidens mouetur. **¶ Sed** ex his satis esse clarum arbitramur inanimata semper ab alio moueri, & alterum atque alterum esse mouens & motum.



14  
15  
16  
17  
18  
19  
20

**¶ Sistere** est motum cohibere & quietem inducere. **¶ Motus uolentus** est qui fit a mouente extrinseco non coadiuuante uirtute motu intrinseco, ut cum lapis mouetur sursum proiectus ab impellente, illa projectio fit a projectante qui est extra proiectum, nullo principio intrinseco mouente; neque enim forma substantialis lapidis mouet neque eius grauitas, quin potius resistit. **¶ Sic** cum leue deturbatur, forma substantialis leuis & ipsa leuitas non efficiunt motum deorsum sed potius resistunt. **¶ Et haec** definitio uolenti soli debet applicari ad illos motus uolentos qui non fiunt ad suadendum uacuum, quia ob id & leuia seipsis descendunt & grauia ascendunt. **¶ Discretum** siue diuisum hic dicitur non cuius partes diuiduntur & distrauntur abinuite, sed quod ab altero aliud est & differens, ut mobile & mouens discreta & diuisa dicuntur, non quia abinuite separata sint & aliquo spatio distantia, sed quia mobile non est mouens, neque mouens est mobile. **¶ Potentia remota** est qua aliquid natum est quicquid efficere, non tamen id potest nisi aliquid dispositione qua nondum habet in ipso prius acquisita, ut puer est in potentia remota ad cytharizandum, quia potest quidem cytharizare sed non nisi arte cytharizandi quae necdum est assecutus prius acquisita. **¶ Sic** dicitur puer in potentia ad latine loquendum, pin-gendum, & ceteros habituum actus. **¶ Potentia autem** propinqua est quoad quod natum est quicquid efficere / & id ipsum potest nulla in ipso acquirita de nouo dispositione, ut habens artem cytharizandi non cytharizans est in potentia propinqua ad cytharizandum, & pictor in potentia propinqua ad pingendum & grammaticus dormiens in potentia propinqua ad latine loquendum / quemadmodum quae clausis est oculis est in potentia propinqua ad uidendum.

**¶ Quartus capitis diuisio.** **¶ Eorum** quae moventur, quaedam secundum se & per se moventur, quae mutatione quae in ipsis est & secundum se mouentur, ut lapis deorsum ruens & ignis sursum emicans, quaedam moventur secundum partem solum, quorum pars integralis aliqua mouetur, a qua totum denominatur moueri, ut sortes sanari dicitur cum oculis eius sanari. **¶ Quaedam** uero per accidens, quae non moventur motu qui in ipsis sit sed alterius, ut homo sedens in naui defertur per flumem ad motum nauis. **¶ Et forma** lapidis per accidens mouetur deorsum ad motum lapidis. **¶ Sic** mouentur quaedam per se mouent quae secundum se tota motum efficiunt & non per alterum, ut forma aquae reproducens frigiditatem, quae secundum partem solum, ut si manus sortis calefaciat & totus sortis dicitur calefacere. **¶ Quaedam** uero per accidens, ut calidum mouet sursum & leue calefacit, ut in primo quinti physicorum dictum est.

Onc. materia igitur rei naturalis essentia/substantiaq; (ut dicimus) intrinsicum principium, magis principium est q; forma principium cuius essentia principium extrinsecum est. Et ita de forma in coparatione materiae sentendum est. Epi. Sequitur. Onc. Haberes ergo modo quid responderes? Epi. Habere, materia scilicet et formam, magis proprie rei naturalis principia dici debere, q; materia principium forme atq; formam principium materiae. Onc. Sed procedamus. ¶ Quid res naturalis? Epi. Est q constat ex naturis. Onc. ut ignis: constat ex materia et forma ignis, et aqua ex materia et forma aquae. quae admodu tu, ex tua aia constas atq; tuo corpore. Quod enim in te est rationalis aia, in igne est ignis forma. et quod in te corpus est in igne, ignis materia est. Epi. Intelligere uideo, sicut haec duo habeo aiam uidelicet et corpus, meas quidem duas naturas, ex quibus consto, constitutorq; ita quoq; ignis duo habet duafq; naturas: formam scilicet, q meae aiae respondet/ et materia: q meo respondet corpori, ex quibus duobus ignis constat/ constituiturq;. Onc. Haud erras. Ita est, Et sicut tua aia (q tua forma est) oem tua efficit in corpore sensibile operatione, ita et forma ignis in materia ignis, oem ignis efficit operatione/ affectioneq; oem, ut caliditatem/ siccitatem/ luciditatem/ leuitatem/ raritatem/ motu sursum. Etcitq; reru oim optimus opifex, re naturali omne duabus constare naturis/ omnemq; duabus naturis, materia scilicet atq; forma nexit. hac scilicet ad agendum, illa uero ad patiendum, etq; altera sine altera socio. At nihil in natura uacuu: ocio sumq; sit unum: et omnem ex sua materia/ sua forma et utriusq; simul unione constare uoluit. Et re uera materia linea est/ forma superficies/ et unio illa profundum. Et ex illo suo ternario/res naturalis omnis: perfecta constituitur/imitaturq; q; tu cuq; potest sui principium/imitaturq; ipsi quoad potest assimilari. Her. Noli o Neropole pueru Analogijs ludere. Epi. uis ne ergo rem naturale omne, ex lineis et superficiebus constare perfecta/ copositamq; esse, quadoquid ex materia et forma constata sit? Her. uide an me no recte sentieris: te pueru ludere. Onc. ne dico sibi. et non dico ut coepis, nunc autem intelligere no possis, sed tu aliquado intellecturus referua. ¶ Nunc autem diccas, quot reru naturaliu genera? Epi. Quinq; elementa, aialia uegetabilia, mineralia, et mixta imperfecta. Onc. elementa sunt sibi, ignis/ aer/ aqua/ terra. Animalia homo, et bruta. uegetabilia: arbores/ et herbae. Mineralia: lapides, metalla et caetera similia quae effodiuntur, eruunturq; a terra. Mixta imperfecta: ut aeris flammae, nubes, pluuia, nix, grando, uentus, et cosimilia. ¶ Quid dicuntur secundum naturam? Epi. Rerū naturaliu cu ipsis conueniat accidentia. Onc. neut igni maxima caliditas, siccitas, luciditas, leuitas, raritas, motus sursum, sua dimensio atq; figura: quae admodu sanitas, pulchritudo, corporis robur atq; firmitas: tibi secundum naturam conueniunt. ¶ Quid praeter naturam? Epi. Rerū naturaliu accidentia: cu ipsis discoueniunt, suaeq; naturae sint aduersa. Onc. neut, Epi. Ego exemplū tuū aduertens dicerem: ut igni frigiditas, humiditas, opacitas, grauitas, motus deorsum/ alio conueniens quantitas et figura: mihi uero egritudo, deformitas, corporisq; eneruatio et debilitas. Onc. Recte. ¶ Interpretare ergo rem naturale. Epi. Totu, compositum, corpus sensibile, hoc aliquid. Onc. uides ergo nos primum exegisse circulum. Epi. uideo. Onc. Respirandum igitur nobis modicum est, modicaq; interiecta quiete resumendi erunt labores. Tu ad me redito cum primum moles, et me minus occupatum senseris. Epi. Redibo. Onc.

**R**euerteris Epipone, et quid petas scio. Causa te haec aduexit. Epi. uidelicet ut causam mihi declares, ac eis modis, eiusq; species aperias. Onc. ne faciam. At tendere igitur attentius scio. ¶ Tu interrogatus quid causa sit, ita respondere debetis. Causa est ad qua aliquid sequitur. ¶ Quid est ad eam aliquid? sequit: Est ea, p eam, ab ea, ipsiusq; gra, aliquid esse aut fieri. ¶ Quid effectus? id ipsum est quod ad causam sequitur, ut quod ex aliquo, p aliquid, ab aliquo: alicuius ue gratia fit ut ad corpus sequeris, na ex corpore subijctis/ ad aiam nam subijctis per aiam/ ad partes, na ab eis ipsis ortu ducis, sequeris et ad sapientia, na sapientiae gra (quae dei cōtemplatrix est, amatrix: memorq; perennis) nascitur. haec itaq; quatuor corpora ai/ parentes/ sapientia: tuae sunt cause, tu uero eorū effectus. ¶ Quid causa materialis primo, in primaq; eius significatio? Est ex qua cu aliquo fit aliquid. Et haec scientia oim et arte omne ambit, ut in Grammaticis literis, dictionibus sunt materiae, in logicis subiectu, praedicatu et copula, enunciacionis sunt materiae. Et cosimiliter Retbor/Musicus/Arithmeticus/Geometru/Astronomus/Moralis/Polyticus/Philosophus et Artifices: suū modo habent materia. Attamen de ea solū, q Physica est, et reru naturaliu materia: nobis propria/ aptaq; determinatio est. quo circa subiungitur quid reru naturaliu materialis causa. Ea enim est, ex qua cu forma fit copositum. ¶ Quid causa materialis secundo? Est in qua aliquid fit ut in subiecto. Et quia bifida aliquid in aliquo esse ut in subiecto conungit. Vno modo ut consubstantialis: in consubstantiali, quae admodu tua aia in tuo corpore, quoru utruq; tibi substantiale est, et alteru alteri consubstantialia. Quippe q simul tota coeausent, constituantq; substantia. Altero modo ut accidens in subiecto: quae admodu calor in corpore tuo. Idcirco subiectu ad duo coparatur: substantia scilicet et accidens: materia/ et hoc secundo modo causa materialis esse dicitur. Et materia primo modo, materia ex qua dicere solent. Secundo uero modo, materiam in qua materia subiectua. ¶ Quid causa formalis? Est per quam res habet esse. Et eius haec ponuntur elementa. Forma dat esse rei, remq; conseruat in esse. Ipsa naq; praesente, res est. et ipsa fugiente, absenteq; res ipsa perit, atq; amplius no est. Epi. Vocas ne elementa principia? quo pacto dignitates/suppositiones et diffinitiones uocare solemus? Onc. Voco. Si enim substantia fuerit, dat esse substantiale et esse simpliciter. ut tua forma dat tibi esse substantiale et simpliciter. et ipsa praesente corpori ut in subiecto et consubstantiale in consubstantiali, proculdubio te conseruat, atq; es, ipsa uero fugiente protinus peris, neq; amplius usq; subijctis. Et si accides fuerit, dat esse accidentale et secundum quid, ipsumq; conseruat, ut quantitas esse quantum, et qualitas esse quale, ut calor dat esse calidum, et conseruat, quo quidem calorem alicui praesente et sufficite quidem, ipsum calidum est, ipso autem absente non amplius calidum manet. At quia haec formae ratio huic discipline propria, accōmōlaq; non est, sed elementum commune atq; uagum, idcirco cause formalis Physice diffinitio subiechitur, hunc in modum. ¶ Causa formalis rerum naturalium est per qua res naturales, una quidem aut plures existunt, nihil refert. Nam per unam, una res naturalis/ et per plures, plures res naturales existunt. ¶ Quo pacto diducitur causa formalis? In causam formalem substantialem et accidentalem. ¶ Quid causa formalis substantialis est quae dat esse substantiale, et quae substantia est. ut anima. ¶ Quid accidentalis? Est quae dat esse accidentale, et quae accidens est. ut calor. ¶ Quid causa efficiens? Est a qua aliquid fit, ut conseruatur, producitur aut corrumpitur. ¶ Quo pacto diducitur? In causam efficientem conseruantem, in producentem, et corrupentem. ¶ Quid conseruans? Est a qua aliquid ne deficiat conseruatur, ut calor et siccitas ignis/ calor et humiditas aeris/ frigiditas et humiditas aquae, frigiditas et siccitas terrae. et in nobis sanitas.



Præter intentionem casus capilli, aut offensaculi lapilli in uia. Quid causa actus? Ea est quæ semper cum effectu existit, ut domificans cum domificatione. Fieri enim nequit ut quis domificans dicatur, si nihil (quod ad futuram atineat domum) extrahatur. Quid causa potestate? causa est quæ non semper cum suo effectu est, ea siquidem sine effectu esse potest, ut domificator: causa domus potestate est. Epi. Etiam puto, si ab eo facta domus sit sine nō. O ne. Nihil refert. Et si sex postremi causarum modi, causa scilicet propinqua/remota/pe se/p accidens, actus, et potentia, cuiuslibet quatuor precedentium modorum comparatur hoc pacto, causarum materialium quædam est propinqua, quædam remota, quædam per se, quædam per accidens, quædam actu, quædam uero potentia. Et formarum et efficientium, et finium consimiliter, cuius quidem rei talem descriptionem ponere possemus.

Propinqua Videmur tibi fortasse circuli causæ sufficere explanasse. Et tamen adhuc annotare licebit, eandem causæ et effectus esse disciplinam. Nā sunt opposita, opponuntur enim relatione, idea tu effectus ita deprendens, effectus materiæ, effectus formæ, effectus efficientis referentus finis, effectus causæ propinquæ, effectus causæ remotæ, effectus per se, effectus per accidens, effectus actu, effectus potestate. Et causam ad suum effectum referre, comparareque debetis: et ad nullum alterum. Sunt enim adinuicem correlatiua, sicut pater et filius, ut causa materialis ad effectum materiale referenda est, et forma ad effectum formæ, efficiens ad suum productum, cōseruatum, aut corruptum, finis ad id quod ob ipsum finem est, causa propinqua ad effectum propinquum, et remota ad remotum, et causa particularis ad suam particularem effectum, et uniuersalis itidem ad suam uniuersalem effectum, causa per se ad suum effectum per se, causa per accidens ad effectum per accidens, causa actu ad actuale effectum, et causa potestate ad effectum potentiale. Si autem secus ipse feceris, rem ridiculam, indignamque facies, perinde atque si patrem ad seruum aut nepotem inepete copares, referasque, Sufficiunt ergo ne tibi pro huius circuli intelligentia, quæ aduicem sunt. Sufficiunt. O ne. Vis ergo, nos ad circulum motus explendum transferamus, an desatisceris? Epi. minime desatisfecor. O ne. Transeamus igitur.

Utrum itaque, sciscitabitur quid sit motus, ita respondendum est, motus est alicuius in aliquo aut acquisitio aut deperditio, ut aquæ calefactio. Est enim aquæ calefactio, caliditatis in aqua acquisitio. Quid acquisitio aut deperditio? Ea siquidem dicitur quædam aliquid rei continue acquiritur, aut deperditur, ut quædam alicuius actus (sive substantia sit, sive sit accidens) aliquid actu habetur, et aliquid continue relinquatur habendum, quod quidem continue acquiratur, talis actus (quicquid sit) acquisitio notatur. Et si alicuius actus (quicquid sit, aut substantia aut accidens) aliquid continue relinquatur deperditur, deperditurque, continue, talis actus deperditio notatur, immo et motus, cui fiat in aliquo. Nō enim actus sine subiecto unquam esse potest. Quomodo acquisitio aut deperditio interpretatur? actus in potentia secundum quod in potentia, aut potius acquisitio, aut deperditio actum in potentia secundum quod in potentia interpretatur. Nihil refert. Sunt enim hæc eadem, sola uoce discrepantia: ut actus in potentia ad esse secundum quod in potentia, acquisitio dicitur, et actus in potentia ad non esse secundum quod in potentia, dicitur deperditio. Arbitraris modo multum differre motum ita desinitur: motus est alicuius in aliquo aut acquisitio aut deperditio, aut hoc pacto, motus est entis, actus in potentia secundum quod in potentia. Epi. Cum dicis motus est alicuius in aliquo, arbitror te intelligere alicuius scilicet actus. O ne. Scilicet. Et cum dico est entis actus in potentia, idem intelligo, ac si plane dicatur in ente actus in potentia, quæ admodum cum dico, parietis albedo, intendens idem esse, ac si plane dicerem albedo quæ est in pariete, cui quidem entis, in aliquo respondere fecimus. Epi. Ergo hæc duæ motus descriptiones solo uocis interstitio distant? O ne. Nisi forte adhuc differre putes, quod primæ Hermenei sunt uerba, secundæ uero uerba sunt Aristotelis, uniusque eadem eadē sententia est. Intelligo ne ex his, entis, et in aliquo, et in subiecto idem esse? Epi. Intelligo. O ne. Quid pacto interpretatur motus? mutatio/transformatio. Quid generatio est? substantialis formæ in aliquo acquisitio, ut formæ ignis in materia acquisitio, ignis generatio dicitur. Quid corruptio est? formæ substantialis in aliquo deperditio, ut formæ ignis in suo subiecto, suaque materia deperditio, eius corruptio nominatur. Quid augmentatio est? maioris quantitatis in aliquo acquisitio, ut cui pedaneus fiat bipedale, motus ac mutatio facta est quæ augmentatio dicitur. Quid diminutio est? in aliquo a maiore quantitate in minore mutatio. Et his definitionibus eadē quantitate quæ dimensio est intelligere debemus, et nō numerum aut successionem. Sunt enim dimensio tres: longitudo, latitudo, et profunditas, uniusque rerum corporearum cōcessæ, quo occupent, rebus uero sensibilibus, quo occupent, sententur, atque distrahantur. Epi. Si operæ precium ducis uelle mihi planius aperire, quod sit dimensio nobis cōcessa esse, quo occupemus/secundum mur, distrahanturque. O ne. O fili arduum est quod petis, et quod sibi nō modicam philosophiæ partem uideat. Emitar tamē utrumque potero, tibi illud aliquantulum aperire. Si abs te sciscitaueris cur o bone fili optimus nature opifex tibi albedine concesserit? arbitror te proximum responsurum, ut albus sim, atque uidear, cur iterum igni lucem tribuit? quo sit lucidus atque illuminet. Ita ne plane responderes? Epi. Responderē plane. O ne. Cui te rursus percontarer, cur rebus tribuit magnitudinem? responderem tibi consimiliter esse, quo res ipsæ magnæ sint ac occupent. Et cui in super, an tua essentia albus sis ac uidear? an ignis sua substantia lucidus sit et luceat? Epi. Proximum subiungerē non, sed ego mea albedine sum albus et uideor, et ignis sua luce lucidus/luminosusque diffusor. O ne. Et recte quidem. Sed quid tum si quererem, an tua essentia sis magnus ac occupes? Epi. Forte uelles me respondere, non, sed mea magnitudine sum magnus, ipsaque occupo. O ne. ita uolo. Et ita sicut albedo, una res in te est, a qua diceris albus et uisus, ita magnitudo, una res in te est, a qua diceris magnus et occupans, quæ quidem dimensio nō cupamus. Epi. Primum mihi clarum est, scdm uero nō usque adeo. O ne. Ne curate docilem pbe. monendum (ut aiunt) mixus es collo giganteo. Epi. Non mediustidius. nā parum distantia perpendere sufficere. O ne. Cur mihi se ubi ego sum hinc scilicet sedili immediatus insidens, una mecum simul esse, insidereque, immediatus non possit ita ut tua potentia simul sit cum mea, et tuus actus simul cum meo sit actus. Epi. Quia corpus meum nequit (ut mihi uidetur) tuum corpus subintrare. O ne. Quod uidelicet tua dimensio, pariter et mea: nequeunt se inuicem subire. Sed sic dimensio sui locum occupat, ut uelut, obstaculo, impedimentoque, sit, ne quæuis alia dimensio et quæuis aliud corpus pariter, unaqueque eadē locum occupare, ac replere possit. Quod sic cōtingeret, hoc philosophi dimensio occupationem, penetrationemque nō cupat, quæ et natura impossibile esse ponit. Sed si esset in oriente unus sol lucis aureæ, ite et alius in occidente lucis rubicundæ, ubi esset primi, aureique, solis lumen? Epi. In toto nostro concilio. O ne. Et totum nostrum conciliū: sensibilibusque circuli repleret? Epi. Repleret. O ne. Nam totum ipsum lumine suffusum,

Comparatio diffinitionis motus date ab Aristotele ad hanc diffinitionem.

Quæ in quibus distinguatur a re quantæ.

occupatumque, esset. Et ubi secundum, rubicundique solis lumen? Epi. in toto nostro concilio. O ne. ipsi sumus, repleret? Epi. repleret ut primum. O ne. sed uide hoc: ut hæc duo diuersa lumina non occupent, neque se impediant: quo minus idē replerent? et tamen hæc duo nostra corpora occupant, sibique mutuo ne omnino idē replerent, impedimento sunt. Epi. Nescio quid respondendum sit, nisi quia nos dimensiones habemus, quæ (ut paulo ante dicebas) ad occupandum rebus concessæ sunt. O ne. sane. et ubi in manu tua color est, illic omnino et calor. Epi. Arbitror ubique in mea manu colorem esse pariter et calorem. O ne. Verum quidem, cum nulla tua manus pars colore vacet ac calore, illorumque sit expertus. Numquid se occupant? Epi. Non, ut iam fassi sumus. Nā ubique in manu color est, illic et calor. O ne. Quid cause huius rei tibi esse uidetur? Epi. quod dimensiones nō sunt. O ne. Probe, posses ne ergo lumina illa, et colore et calore dicere quantitates: ut magnitudines, extensiones ac dimensiones? Epi. Minime profecto. O ne. Tu fateris ergo lumina illa, dimensiones non esse. Nā dimensiones sese occuparent, quod impossibile est: et tamen fateris illa replere, Epi. Eator. O ne. An non putas ea magis replere, quæ ita replent ut ab altero non impediuntur, quo minus replerent? et quæ idē cum altero replent: an ea quæ cum altero replere nequeunt? Epi. Existimo ea magis, quæ ut replent a nullo præpediuntur, et quæ cum quouis altero replent. O ne. Et una dimensio simul cum altera dimensione replere non potest. Epi. Non potest. O ne. et unū lumen simul cum altero lumine replere potest. Epi. uerū. O ne. Magis igitur lumen suapte natura, ipsa dimensione replitur est: imo uero dimensio cuius replentia impedit, facit enim mea dimensio et tua, ut id quod repleo tu simul una mecum replere nō possis. Epi. Impedit proculdubio. O ne. Cum itaque, charissima fili dimensio replentia impeditur, ab ipsa dimensione replentia nō proficitur. Epi. Non ut mihi uideat. O ne. Et ego et tu sine dimensione melius repleremus: quandoquidē mea replentia simul cum tua tunc esse posset. Epi. melius: ut mihi appareat. O ne. et ut ex cōcessis sequitur, et quanto quicquid magis a natura dimensio recedit, magis recedit ab eo quod plenitudine et replentia impedit. Epi. Præcedit ita uerū. O ne. Et in forte magis arbitraris lumen a natura dimensio recedere, eo ipso sensibili colore atque calore. Epi. Nec iniuria fortasse. Nā luminis replentia maior, magisque se diffundit. O ne. Et beate si intelligere pergas, lumen hoc sensibile de quo sermone agitamus: extensionem, dimensioque conuenit est, et per accidens longum, latum, et profundum: longitudo, latitudo, atque profundum conuenit sit: et eisdem subiecto cōherens: cuius quidem subiecti distrahentia, distrahentia, et sectio secat. Sed est aliud uerū lumen, cuius hoc sensibile lumen uelut quiddam, et similitudo est: quod neque dimensio conuenit, et eadē replentia celi spatia: et cū impia sunt, et pænes nō habentia: ubi quæ ipsa sunt, tota esse necesse est: hinc cum sint in oriente, tota erit in oriente: et cū sint in occidente, tota in occidente: et tota in quilibet celi parte, et in quilibet, septerna laude deū collaudantia: nec unū alteri præpedimento est, quo minus ubi unū est, nō sit et alterum: et ubi unū laudat, laudet et alterum: quod sorti humane corporea mole præditæ cōcessæ nō est. Et quæ deus, in infinitum magis, et beate ille et supramundane mētēs, ab oī dimensio, oīque dimensio cōditione recedit: ipse infinita plenitudo est: quæ sit maxime unus, et oīum maxime simplex: totus ubique sensus est, neque excludi, neque a quoque includi potest: cuius quidem infinita plenitudine, hæc sensibilia in ea ipsa (quæ uides) parua dimensio quoque possunt, imitantur: et illa felicissima entia ipsi quidem infinita plenitudine, illa in maiori plenitudine atque replentia imitantur. Epi. Hæc profecto gratissima sit: sed quæ infinita? (ut nequit oculus agere: lumen, aut e tenebris repete emurgis) mētēs uix pferat obtutus. O ne. Ad sensibilia nostra relabor, illis supramundanis et felicissimis uix a nobis tenuiter accessibilibus luminibus (quibus nos cōmendo) dimissis.

68

69

70

71  
72  
73  
74

Quæ lumen calor, et calor non sunt quantitates.

Quæ lumen magis suapte natura replentur dimensio.

Manuductio ad summam, de uinæque plenitudinem.

Quæ Philoso phie finis.

ca. factio: **Q**uia tu ambulans, tua ambulatio tua latio est: quæ quidem aliquantulum a reliquorum motuum conditione enariatur, nunquam tota a te sit, neque factio aliquid maneat: sed dumtaxat partim est dum sit atq; partim non est. Et ideo cogniti difficultior. Sed tu adverte. Audisti aliquando corpus sonans? Epi. audiui frequenter. O ne, ut tibiam, tubam aut organum. An sensus ille permaneat? an ipsius facti aliquid supersit? Epi. Nihil. O ne, **Q**uod solum dicitur sit partim est atq; partim non est. Epi. Sic est. O ne. Et cum quis continue tibi insitet, a quo causatur ille sonus? Epi. A motu (arbitror) aeris inflati, illisq; ad tibiæ latera. O ne. Quo motu? Epi. latiore. O ne, vide igitur quo modo sonus ille naturam motus (vide pro gignitur) retinet: ut scilicet non maneat factus: sed solum partim sit dum sit, atq; partim non sit. Epi. Videre videor. O ne. Tu ergo per sonum illum, motum scilicet quemdam & alterationem corporis sonori, motum localem concipe. Sicut enim sonus ille in toto aere emisso illisq; est, cuius facti nihil manet, sed dumtaxat partim est dum sit, atq; partim non est, ita in toto dum ambulans quædam latio est, quam ambulationem dicimus, cuius quidem factio nihil manet, sed dumtaxat partim est dum sit, atq; partim non est. Epi. Motus localis palchram imaginem mihi obiecti, sonum & corporum sonantium alterationem: & mihi quodammodo quod querebam sapere videor. O ne. Cui tibi itaq; ita persuadas proelamur. **Q**uo pacto interpretatur mutatio secundum locum, motus localis, latio. **Q**uo pacto dicitur: **75** in rectam, circularem, **Q** mixtam. Rectam quidem, ut motum sursum aut deorsum, circularem, ut que fit circa medium. **Cen. 76** trum enim, medium nuncupamus, mixtam vero, que utriusq; aliquid participet, ut volatus animum. **Q**uid subiective mutatur? **77** Quod mutationis subiectum est. **Q**uod si generationis subiectum est, subiective generari dicitur. Si corruptionis, corrumpi: si augmentationis, augeri, si diminutionis, minui: si alterationis, alterari: si denique, mutationis secundum locum, ferri. **Q**uid muta **78** tur terminative? forma que acquiritur, deperditurve, terminative mutari dicitur: ea si quidem terminus est: que si substantialis forma fuerit & acquiritur, terminative generari dicitur: **Q** si deperditur, dicitur corrumpi. Si dimensio maior fuerit, dicitur augeri terminative: si minor, diminui: si fuerit qualitas, alterari: si latio, ferri. Et reuera terminative generari, corrumpi, augeri, minui, alterari & terminative ferri: nihil aliud est q̄ generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio & latio: quarum que libet, quidam terminus est & forma. **Q**uid mutatur complete? Totum mutatione acquisitum aut deperditum: ut ignis qui **79** gignitur aut corrumpitur, complete gigni, corrumpi dicitur, nec iniuria. Na ipse ignis, totum, & completum est. Itide tota & completa complete augeri, minui, alterari, **Q** ferri dicuntur. Ex his manifestum euadet, formam dum acquiritur, deperditurve, materie comparatam subiectivam mutationem dici debere. Na materia est ut subiecti, **Q** ad seipsam relata, mutationem terminatiuam. Nam ipsamet, ipsa forma, atq; terminus est. Et ad totum ipsum, mutationem completiuam: nam totius est ut completi, Epi. dicitur igitur (ut arbitror) mutatio subiectiva, hoc est mutatio subiecti: & mutatio terminatiua, mutatio termini, & mutatio completiua: mutatio totius & completi. O ne. O mnino sic Euanthrus ensis dicitur ensis Euanthri. **Q**uid mouetur **80** per se? quod motu qui in eo est, mouetur. Epi. An dicit in eo ut in subiecto. O ne. hio. ut quod in se generationem habet, per se generatione: quod corruptionem, per se corrumpitur: quod augmentationem, augetur: quod diminutionem, diminuitur: quod alterationem, alteratur: **Q** quod in se lationem, per se fertur. Et quod etiam in se ut in toto generationem aut corruptionem habet, etiam per se aut generari aut corrumpi dicitur. Epi. Complete ut arbitror. O ne. Recte quidem: & materia omnifariam, modisq; omnibus subiective. **Q**uid mouetur per accidens? quod non a motu qui in eo, sed alterius moueri dicitur: quemadmodum cum tu auge **81** ris illa augmentatio minime in tuo colore existit, sed in materia: cuius quidem augmentatione, color ille pariter augeri, maioreq; fieri dicitur. Ideoq; accrescit, augeturq; per accidens. Na non augmentatio que est in ipso, sed alterius, materie videlicet. Et cum te de loco in locum transfers, omnia que in te sunt moueri dicuntur: ut anima, ut accidens: non motu quidem qui in ipse sit, sed q̄ **82** in tua sit materia: ideo tua materia per se mouetur: cetera vero que in te sunt, per accidens. **Q**uid motus acquisitiuus est? quo aliquid acquiritur: ut in generatione substantia, in augmentatione quantitas, in acquisitiua alteratione qualitas, & in mutatione secundum locum latio. **Q**uid motus deperdituus est? quo aliquid deperditur, ut in corruptione, substantia: in diminutione, que **83** titas: in deperditua alteratione, qualitas: **Q** in mutatione secundum locum, latio. **Q**uid motus naturalis est? qui rei cui inest eo venire natus sit, ut condensatio, frige factio, & motus deorsum, terra. **Q**uid violentus? qui rei cui inest discomenire natus est, **85** contraq; eius naturæ: ut rarefactio, calefactio, & motus sursum, terra. **Q** Et cum omnium **Q** actuum **Q** formarum **Q** substantiarum q̄ accidentalium materia ad suscipiendum sit indifferens, & quantum ex parte sui indifferenter sese habens, omnis conuenientia & disconuenientia, naturale & violentum, a forma sunt perquirenda: ut ea conuenientia, naturalia, & secundum naturam dicantur, que forme conuenire nata sunt, eamq; saluare: **Q** ea disconuenientia, violenta, præterq; naturam: que ipsi disconuenire nata sunt, eamq; labefactare ac expellere. Epi. Indicas ergo nihil a materia conuenire debere, aut naturale, aut violentum. O ne. Nihil. **Q**uid indifferens est? qui neque omnino conuenire neque disconuenire natus est: ut lateralis flatuum motus. Res enim naturales **87** que recto tramite agitari nate sunt, si obstaculum offendant, quo se minus in rectum agitare valeant, ad latera sese deuoluunt: ut grauias ad latera deorsum: & lenias altrorsus **Q** ad latera sursum. Et quia motus & quies opposita sunt, **Q** Peripatetici, oppositi naturam per suum oppositum perquirunt, nos quies per suos oppositos motus peruestigabimus hoc pacto. **Q**uid quies? priuatio **88** motus in subiecto nato, quando **Q** ubi moueri natum est: que quando est priuatio generationis, quies generationis dicitur: **Q** quando corruptionis, quies a corruptione: quando augmentationis, quies ab augmentatione: quando diminutionis, a diminutione: quando alterationis, ab alteratione: & quando latiosis, quies a latione. **Q**ue quando subiectum & materia respicitur, quies subiectiuam nuncupatur: quando forma, terminatiua: & quando totum, completiua. Et sicut mutatio semper pro forma atq; actu accipitur, nunc ad subiectum, nunc ad se, nunc ad totum relata: ita quies semper pro subiecto, nunc ad se, nunc ad formam, nunc ad totum relato. Epi. Sentire ergo debeo idem esse, subiectiuum motum, terminatiuum, & completiuum. Idem & esse idem, quietem subiectiuam, terminatiuam & completiuam. O ne. Subiecto videlicet atq; essentia: sunt tam hæc tamen, q̄ illa, ratione tria. Et quando est priuatio alicuius per se, quiescit per se, quando vero alicuius priuatio motus per accidens fuerit, quiescit per accidens: **Q** quando est priuatio motus acquisitiui, quiescit a motu acquisitiuo, & quando deperditui, a deperditio atq; abiectione. **Q** Sed quies naturalis **89** ea est, que rei quieti conuenit, eamq; saluare: ut terra quies deorsum. **Q** Et violenta dicitur que rei quieti disconuenire nata **90**

Declaratio motus localis p sonationem.

Quia & eadem forma est mutatio subiectiuam, terminatiua & completiua.

Distinctio quietis per analogiam motus.

Quæ infinitæ acceptiones ad philosophiam spectant.

sit, ut terre quies sursum. Indifferentem tamen haud multum dicere consueuimus: verum ipsa esset, que neque omnino conuenire neque disconuenire nata esset. Hæc pro tua qualicumque in circulo motus introductione, satis esse puto, nisi aliud tibi minus detestum fuisse videatur. Epi. Nihil. O ne. Nos igitur transferamus ad infiniti circulum.

**91** Ita expediendus nobis erit infiniti circuli. **Q**uid infinitum primo? est quicquid non est quantum: ut mens, punctus. Et interpretatur non finitum, non quantum. **Q**uid infinitum secundo? vides notulam illam nigram instar sphaerulæ? Epi. Equid. O ne. Nobis insinuat id cui adiungitur in nostro sensibili circulo reperiri non posse: nos itaq; quæstioni, qua queritur quid infinitum secundo, ita satisfacturi sumus. Si queritur quid rei, nihil est. Nam ut diximus esse non potest, ut in paraphrasi demonstratione perspicuum euadet. Si quid nominis, est quantum transitum habens sed inconsummabilem: ut si aliqua linea extremis & diuisibilibus & indiuisibilibus caret: diuisibilibus quidem, ut si nullum dandum esset eius primum, pedaneum, aut vltimum, aut pars altera que eorumq; determinate quantitas. Indiuisibilibus vero ut punctis, linea hæc hoc secundo modo esset infinita, & semper transitum haberet, sed inconsummabilem: ut que nunquam ita posset esse pertransita: & ita de discretorum multitudinem, cuius nulla vniua prima dari posset unitas aut vltima, illa siquidem numerando esset impertransibilis: & hoc secundo modo infinita.

**93** Quo pacto dicitur infinitum secundo: in infinitum magnitudine & multitudine. **Q**uid infinitum magnitudine? est quod sue magnitudinis caret extremis: ut linea que suæ longitudinis caret extremis, diceretur infinita: & superficies infinita, que sue longitudinis & latitudinis, & corpus infinitum: quod pariter longitudinis, latitudinis & spissitudinis extremorum esset expertum.

**95** Quid infinitum multitudine? est quod sue quidem discretæ, diuisæq; multitudinis caret extremis. Discretæ quidem appositum **96** est, ad multitudinem partium continui adiuicem continuatarum excludendam. Et hæc definitiones quid nominis sunt. **Q**uo modo interpretatur infinitum secundo: in infinitum actu. **Q**uid infinitum tertio? est spatium cuius cum pars vna pertransita sit, nondum totum pertransitum est: ut si proficisceris Romam, & posteaquam Mediolanum peruenisses, aut aliquo alio, aliquis te percontaretur, sili (cum tu peras Romam) an tuum iter **Q** susceptum spatium iam finitum sit, an infinitum? responderes infinitum: & bene quidem hoc tertio modo. **Q**uid infinitum quarto? est quod cum transibile sit, difficilem tamen habet transitum: magnitudine, ut orientis & occidentis inter capedo: & multitudine, ut multitudo capillorum tuorum numerando. **Q**uid infinitum quinto? est cui semper additio, subtractio ve fieri potest: ut cuiuslibet continui numero semper additio fieri potest: superatq; semper aliquid addendum. Et cuiuslibet continuo semper fieri potest subtractio, semperq; relinquatur aliquid subtrahendum. Idcirco quodlibet continuum & continui multitudo, hoc quinto modo cognoscitur infinita. **Q**uo pacto dicitur in infinitum additione, cui semper aliquid superat addendum: ut multitudo continui **Q** tempus, & infinitum subtractione cui semper aliquid relinquatur demendum. **Q**uo modo interpretatur subtractio? diuisio. **Q**uo modo infinitum quinto in finitum potentia. Et cum infiniti quinq; sunt **102** modi, & significationes, duarum tamen, secundæ & quintæ Philosophorum præcipua cura est. Epi. Memini me alias auduisse, ut infinitum cathegorematicum, & syncathegorematicum, & infiniti syncathegorematici multiplices, varioq; modos. O ne. Filiti mite sophistis suas, & Philosophis suas: quas dicis, sophistice sunt aptæ, Philosophicæ parum. Et contra, quæ Philosophicæ sūt aptæ, perparum sophistice profunt. Sed sine ad circulum loci veniamus. Epi. Sino.

**103** Vid locus? Ita respondendum est. Locus est extrinsecus terminus corporis alterum continentis. Additum est extrinsecus, non quidem corpori continentis sed contento, q̄ est si contenti superficies circundans, ipsum continet (ut te tuæ cuticole superficie extrema) ea tamen eius locus non est, q̄ ipsi contento non terminus extrinsecus, sed potius intrinsecus existat. **Q** Et didicisti locus in locum communem & proprium. **Q**uid locus communis? est qui multa continet quibus immediatus non est: ut coeli locus in concuum aërem, aquam, terram, & ex his temperata continet, quibus immediatus non est. Et eorum locus communis dicitur. **Q**uid locus proprius, est terminus corporis continentis contento immediatus: ut concuum lune, ignis locus est proprius, Nam est terminus **Q** extremum cœli, ignem continentis, & igni immediatus. Nam inter cœli lune concuum & ignis concuum, nullum omnino intercipitur, interbiatq; medium. **Q**uid terminum hic vocamus? corporis superficiem concuam. Corporum enim continentium superficies due sunt, concava videlicet & conuexa. **Q**uid concava est? corporis continentis interior vltima. **Q**uid conuexa? ea est que est corporis, omnium circundans vltima. Vidisti ut arbitror rotundum vitreum pomum, Epi. Et plerumque habui. O ne. Cum plenum est aqua aut pigmentario aliquo liquore: illa eius interior superficies que aliquem illud continget, concava est: illa vero cui manum admoues, quamq; tangis, conuexa. Epi. Nec hæc mihi captu difficilia sunt. O ne.

**110** Quid locus naturalis? est in quo res naturales natura quiescunt: ut ignis in cœli lune concavo, aer in concavo ignis, aqua in concavo aeris, & terra in concavo aque. Et solum hic rerum naturalium naturalem locum diffiniunt. Sunt enim singula secundum subiectam materiam passim expetenda. **Q** In quo loco res naturales natura quiescunt in eo natura quiescunt: in quo saluari, conferuariq; nata sunt. **Q**uid locus violentus? est in quo res naturalis minime natura quiescit: ut locus sursum ut cœli & ignis concuum: locus violentus est & aque & terre. Nam in eo minime natura quiescerent, verum vnaqueque res naturalis, vbi saluari, conferuariq; nata est, natura quiescit. An plura de hoc loci circulo requiris? Epi. Abunde dictum esse puto. O ne. Vacuum igitur transigamus.

**112** Vid vacuum primo? si queratur quid rei, nihil est: si quid nominis, responsum adhibemus, q̄ sit locus non repletus corpore natus repleti. Corpus hic corpoream substantiam dimensionibus præditam, longitudine scilicet latitudine, & profunditate intelligimus. Si itaque effim gas omnes nostri concavi corporas substantias in non esse redigi, aut ab ipsis dimensionibus auferri, tunc illa concava superficies inter cuius latera non interaceret corpus, dimensave substantia vlla, vacua esse hoc primo modo facta est: neque vacuum esse intendimus, q̄ omni substantia, omniq; plenitudine vacet. Nam infinita illa plenitudo (quam Pythagorici volunt esse infinitam plenitudinis substantiæ sphaeram, cuius centrum sit vbique & circumferentia nusquam) excludi nunquam potest. Epi. Si igitur mea substantia manente, a me subtraherentur dimensiones, vellet tunc eum (qui mihi nunc locus est) esse vacuum: tamen si mea substantia superficiem illam repletet, O ne. scilicet. Dum tamen aeris te continentis latera se non coniungerent. Epi. An se coniungerent? O ne. Procul dubio. Nam tu amplius non occupares, neque obstaculo illis aeris dimensionibus vllò

paño eſte; quo minus ſe cōiungerēt, & ſimul unaq; ſeū replet. **Q**uo pacto interpretatur uacuū primo uacuū priuatione, 113  
 nō quidē cuiuslibet oīno ſed corporis dimēſi. **Q**uid uacuū ſecundo ſi queratur quid remūbil eſt. Si quid noī, dimenſio eſt cor- 114  
 pora intra ſe nō cōcedō recipiēs. Vt ſi intelligas vna dimēſione, longiudinem ſcilicet latitudinē & ſpīritudinem noſtrā ſenſibilem  
 concavū replentem, quae nō cedēs corporibus iſpa intra ſe recipiat, & itam ſuarū dimēſionum ſimul cū corporū dimenſionibus  
 quantae ipſe corporum dimenſiones fuerint, ſemper habeat, talis dimenſio uacuū ſecundo diceretur. **Q**uomodo interpretatur 115  
 uacuū ſecundo ſpatium ſeparatum. **Q**uid uacuū tertioſquid rei, nihil eſt ſi quid nominis, eſt quod corporibus immerſum, 116  
 plenum non eſt. **Q**uo pacto diducitur in uacuū tertio priuatione (quod quidem eſt quaedam parua uacua, inania corpo- 117  
 re, nata repleri) & in uacuū tertio dimenſione. **h**oc quidem eſt paruae dimenſiones corporibus immerſe. adueniētibus cor-  
 poribus non cedentes. An aliud quicquam de uacuo deſideras. **E**pi. Nihil. Sed dicta modo, mente reuoluo; quo ſingula rectius intellia-  
 gam, & firmius teneam. **O**ne. Vltimus igitur ſupereſt labor, circulum ſcilicet temporis tibi declarare. **E**pi. **S**upereſt. **O**ne, ordi- 118  
 mur ergo hunc in modum ipſum tibi recludere.

**Q**uid tempus? **E**pi. me interrogas. **O**ne. Interrogo, ego hunc circulum te interro gando abſolvam. **E**pi. **R**eſpondeo igitur tē. 118  
**p**us numerum eſſe primi motus ſecundum prius & poſterius. **O**ne. Vt annis nōmeris eſt menſium, & menſis nume-  
 rus dierum, & dies numerus horarum priorum & poſteriorum. **Q**uem primum nōnum vocamus? **E**pi. motum primi mobilis.  
**O**ne. verum ais. Et primum mobile; vltima, ſupremaq; mobilis ſphera eſt. **Q**uo ordine ſita ſunt mobilia, ſemper a propinquo 119  
 ribus nobis ad remotiora procedendo? **E**pi. hoc ordinē. Terra, aqua, aer, ignis, celum lune, celum mercurij, celum veneris, celū  
 ſolis, celum martis, celum Iouis, celum ſaturni, firmamentum, & primum mobile. **O**ne. vides ergo primum mobile omnium  
 mobilitum eſſe ſupremum, quod & tu numerando ſeciſti vltimum ipſum tamen natura, perfectione, & dignitate omnium pri-  
 mum eſt. **S**ed quo motu mutatur hoc primum mobile? **m**iquid gignitur, corrumpitur, augetur, minuitur, alteraſcit vel? **E**pi. nō 120  
 mihi de illis videtur intelligi debere, verum de eo motu qui latio eſt. **O**ne. De eo ſcilicet, & quem motum, circulationem nuncu-  
 pamus. Sed vbi eſt ille motus? **E**pi. In primo mobili vt arbitror. **O**ne. **V**bi nam ergo? **Q**uandoquidem omnis motus in ſuo ſit mobili,  
 & ſicut vox in aere? **E**pi. Hoc modo. **O**ne. **V**oxne aeri cui ineſt coextenſa eſt; quemadmodum albedo parietis? **E**pi. Hunc in modum.  
**O**ne. **P**er accidens videlicet: quia non extenſione quae in ipſa ſit, ſed ſui ſubiecti. **Q**uanta vox, quantaq; parietis albedo? **E**pi. quantus 121  
 aer cui vox adeſt, & quantus paries cui adeſt, adheretq; albedo. **O**ne. **P**er accidens tamen. **Q**uam utroq; tempus? **E**pi. **R**eſpon-  
 dendum mihi eſt, quantum primum mobile cui ineſt: ſed a dō ſicut & tu, per accidens. **O**ne. **C**autius reſpondiſti. **H**abet ne di- 122  
 menſio extenſionem? **E**pi. **S**uaſte natura. **O**ne. Et albedo intenſionem? **E**pi. **C**onſimiliter. **O**ne. Et latio ſucceſſionem? **E**pi. **I**demidem.  
**O**ne. **A**nimaduerte igitur: ipſi in quātitate extenſio eſt, in quātitate eſt intenſio: & latio ſucceſſio. An quātitas vt dimēſio ſuaſte natu-  
 ra extenſione habeat? **E**pi. **I**ā diximus ita eſſe. **O**ne. An ſuaſte natura intenſione, & ſucceſſione? **E**pi. **M**inime. **O**ne. An quātitas vt al- 123  
 bedo ſuaſte natura intenſione habeat? **E**pi. **E**aſſi ſum. **O**ne. An ſuaſte natura extenſione aut ſucceſſione? **E**pi. **N**ō, niſi p accidēs. **O**ne.  
**R**ōnabiliter loqris: diuiſibilis ne albedo ſecū intenſione? **E**pi. **M**axime vt mea fert opinio. **O**ne. **S**ene reſpōdetes: per accidēs in-  
 tenſionem habet. Sed quas eas vocas? **E**pi. **N**eſcio, niſi vt tu modo. **O**ne. **E**t gradus & partes intenſionis eas nuncupamus: conſidera  
 igitur quot diuiſiones, parietis albedo recipiat. **E**pi. duas vt patet: vnam videlicet ſecundum partes extenſionis, ad ſui ſubiecti & di-  
 menſionis (cui adiungitur) diuiſionem, ei in propria & accidentariam: alteram vero ſecundum intenſionis partes ei quidem  
 propriam, per ſe ſuaq; nature accommoda. **O**ne. **P**eritius quam ipſe expectabam reſpondiſti: conſidera igitur vt ita aſte de tem-  
 pore reſpondeas: quot diuiſionibus ſecetur. **E**pi. **C**onſimiliter duabus: vna ſecundum extenſionem, & ſuaſte ſubiecti & dimen-  
 ſionis (cui adiungitur) diuiſionem, qua tempore in propria & per accidens eſt: altera vero ſecundum ſucceſſionis partes ei pro-  
 pria, per ſe, cuiusq; nature accommoda. **O**ne. **O**ptime, & harum diuiſionum prima, primae albedinis diuiſioni reſpondet, & ſe-  
 cunda ſecundae. **S**ed age di: milibus vnius diuiſionis pedalia partes ſuae diuiſionis vocas? **E**pi. **V**oco. **O**ne. **E**t omnes vo- 123  
 cas. Sed nunquid poſſunt ſecundum extenſionem ſimul eſſe? **E**pi. **N**on. **O**ne. **N**am ſe occupant: quod minime natura ſinit: tamen  
 illa duo pedalia ſimul eſſe poſſunt ſecundum ſucceſſionem. **E**pi. **P**oſſunt. **O**ne. **N**unquid primae latiois, ſucceſſionis partes, ſimul  
 eſſe poſſunt ſecundum ſucceſſionem? **E**pi. **N**on vt mihi videtur, ſed vna ſemper prius eſt, & altera poſterius, ſemperq; priori ſucce-  
 dens. **O**ne. **H**ic merito ſucceſſionis partes apud illari videntur. Et diximus quod in quātitate vt dimenſione extenſio eſt: in latio-  
 ne ſucceſſio nominatur. **E**pi. **D**iximus. **O**ne. In analogia videlicet & proportione. **I**deo quanta pugnantia eſt duo pedalia ſecundum  
 extenſionem ſimul eſſe: tanta eſt duas ſucceſſionis partes, vt duas horas, aut duo minuta, ſecundum ſucceſſionem ſimul eſſe. Et ſi  
 aut ſi duo pedalia ſimul eſſent ſecundum extenſionem, non plus continerent, occuparent atque replerent q̄ vnum pedaneum. Ita  
 quoque duae horae ſimul ſecundum ſucceſſionem, non plus atque vna hora durarēt. De partibus autem extenſiois ſecus euenit. **N**ā  
 bene ſimul ſunt ſecundum ſucceſſionem. **E**pi. **E**t loqueris de partibus extenſionis primae latiois? **O**ne. **L**oquor equidem. Sed pro-  
 cedamus vltimus. **Q**uomodo numerum partium primi motus arbitraris eſſe tempus: an primae diuiſionis, partium videlicet ſecun- 124  
 dum dimenſionem ſumptarum an potius ſecundae & partium ſuccedentium, quas ſucceſſionis partes nuncupauimus. **E**pi. **S**ecun-  
 dae proſecto quae ipſi ei propria, per ſe, ſecundum eius naturam exiſtit. **O**ne. **I**deo pulchre in diſſinitione adiectum eſt: ſecundum  
 prius & poſterius, ad diſcrimen numeri partium extenſionis, & ſecundum dimenſionem ſumptarum: latiois in propriam, &  
 ſecundum alterum conuenientium. **E**pi. **P**ulchre adiectum eſt: & videri mihi plane intelligere, diſſinitionem q̄ intellectum hunc ha-  
 beri. **T**empus numerus eſt primi motus ſecundum ſucceſſionis partes ſumptus. **O**ne. **S**ane admodum. **Q**uid praefens primo? **E**pi. 125  
 eſt impartibile, praeteritum futuro conuectens. **O**ne. quemadmodum medium punctum in linea partem extenſionis priorem linea  
 coniungit & poſteriolem, ita id impartibile (quod nobis adiacet) temporis ſucceſſionis partes, priorem ſcilicet & poſteriolem ſi-  
 mul necit. quarum quidē partium tempus prius diximus eſſe numerum, & id impartibile, praefens primo nuncupamus. **Q**uo? 126  
 modo interpretaberis praefens primo? **E**pi. **N**unc, inſtans, adiacens. **O**ne. **Q**uid praefens ſecundo? **E**pi. eſt tempus a dicto impartibili  
 vtrinq; non multum diſtans. **O**ne. vt hora, vt minutum. Et praefens hoc ſecundo modo temporis nomen eſt: primo autem modo nō.  
**Q**uomodo interpretatur praefens ſecundo? **E**pi. **N**unc. **O**ne. **E**ſt enim nunc homonymum vt praefens modo impartibile, modo tem- 128

**Q**uod tempus  
 diuifiam diui  
 diuif.

**P**artes tempo-  
 ris ſecundum  
 ſucceſſionē ſi-  
 mul eſſe non  
 poſſe.

**D. I.**  
**FoL. lxxxiii.**  
 129 **p**us ſignificans. **Q**uid praeteritum? **E**pi. **E**ſt temporis praefentis pars prior. **O**ne. **Q**uid futurum? **E**pi. **E**ſt tēporis praefentis pars  
 130 poſterior. **O**ne. **I**d proſecto temporis praefentis quod nunc eſt impartibile nobis adiacens antecedit, praeteritum dicitur & tempo-  
 ris praefentis pars prior. Et quod idem nunc eſt impartibile, praefentis temporis ſequitur, futurum dicitur, & temporis praefentis  
 131 pars poſterior. **E**t id tamen aduerti licet biſariam dici & praeteritum & futurum, actu videlicet & potentia. Et praeteritum  
 132 actu & futurum actu nunc diſſiſta ſunt. & ſunt: quemadmodum praefens, cuius ſunt partes. **E**pi. **H**abet ne ergo praefens ſuas  
 ſucceſſiones partes ſimul: quas prius ſimul eſſe poſſe negauimus. **O**ne. **H**abet ſimul bone fili ut in toto, non autem ſimul ſecundū  
 ſucceſſionem, quemadmodum aliqua dimenſio, duo media ipſam conſtituentia ſimul ut in toto habet, non tamen illa ſimul habet ſe-  
 133 cundum extenſionem, ſed extra ſe ſunt, & ſe non occupantia, ita ſucceſſionis partes praefentis ſecundum ſucceſſionem extra ſe ſunt:  
 134 & quafi ſe non occupantes. **E**pi. **R**ecte iam concipio. aperī modo quid praeteritum potentia, quidue potentia futurum. **O**ne. **E**o m  
 nino praeteritum potentia quod erit ſed nihil  
 134 eius ad huc eſt. **E**pi. **E**t quid ſi cōpō totum tempus a tuo natali ad nunc uſq; quod nobis adiacet. **O**ne. **T**empus id non omnino pra-  
 teritum actu, neq; omnino praeteritum potentia, ſed ipſum dicere deberes, partim actu, & partim potentia praeteritum. **E**pi. **I**n-  
 re uideo. **O**ne. **S**i ne tibi chariſſime fili unam lineam ante tuos oculos quietos & immobiliter ſtantes, directe porrectam ſine ter-  
 mino quidem a te perceptibili, hoc modo.



F A D C B E

**V**iſus tuus ex utraq; parte in aliquo ſigno porrectae lineae deſicit, ut in a & b. **S**iq; c in uisus medio ab utroq; percepti ſpaciū exten-  
 135 ſum equiſtans, ipſum ceſt ut praefens primo. a b ut praefens ſecundo. c a ut praeteritum actu, c b ut actu futurum, a f praeteritū  
 potentia. & b e potentia futurum. Et ſi intelligas lineam moueri ſuſtus, quouſq; ſignum e perueniat ad punctum b lineae oculi:  
 tunc b e fiet actu futurum: quod prius futurum erat potentia. & a d potentia praeteritum, quod prius erat actu praeteritū. **E**pi. **D**eſ-  
 136 criptionem intelligere uideo. **O**ne. **E**ſi ſi comprehendere poſſes, prompta dictorum de tēpore cognoscendorum analogia eſt. ſua  
 tamen **A**riſtoteles aſſignare in circulo. **E**pi. **H**aud ſatis intelligo. **O**ne. **N**ec cura modo, ſed ſine nos procedere. **Q**uae ſunt in tē-  
 137 pore? **E**pi. quae menſurantur tempore. **O**ne. **Q**uae ſunt ea quae menſurantur tēpore? **E**pi. **E**a ipſa ſunt quae incipiunt & deſiunt in  
 tempore, aut quorum ipſum tempus duratio eſt. **O**ne. ut res ſenſibiles & rerum ſenſibilium motus incipiunt ac deſiunt in tempo-  
 re. & orbium celeſtium, ſuorumq; motuum tempus duratio & menſura eſt. **I**dcirco haec omnia & ſunt in tempore & menſura-  
 138 tur tempore, haec quidem ut menſura equante, illa uero ut menſura ſuperante. **E**pi. **N**iſ ergo omnium & cali & terrae & ſenſi-  
 bilium durationem eſſe tempus, quod tamen extra terram & ſenſibilia oīa exiſtit. **O**ne. dictorum omnium omniſq; corporeae ſub-  
 ſtāe, ſoli primo mobili inſtrūta duratio, ceteris autē omnibus extrinſeca. **Q**uemadmodum tua dimenſio tuae materiae, coloris,  
 caloris & reliquorum tuorum ſenſibilium accidentium extenſio eſt: ſoli tuae materiae inſtrūta. **N**ā ſoli materiae ineſt; ceteris autē  
 extrinſeca eſt. **E**pi. **S**ed an oīa ſunt in tempore? **O**ne. multum. **O** ſili reſert, ſicut non oīa dimenſa ſunt extenſione, ſed meminſti  
 nos dimenſiones rebus ad occupandum & deſecandum additas eſſe dixiſſe. **E**pi. **M**emini. **O**ne. **E**t dimenſiones replentiae impedimē-  
 to eſſe. & quae dimenſionum cōditione & natura recederent, magis replere, magisq; plena eſſe. **E**pi. **E**t hoc meminī. **O**ne. quia una  
 139 dimenſio cum alia dimenſione ſimul eſſe non poteſt. **E**pi. **S**ecundum extenſionem videlicet. **O**ne. **N**eq; una ſucceſſio ſimul al-  
 tera ſecundum ſucceſſionem, ut diſſe hēſterna ſimul cum hodierna nullo ingenio eſſe poteſt. **E**pi. uerīſſimum eſt. **O**ne. **T**ota igitur  
 tēporalis duratio ſimul eſſe non poteſt, aut alicuius temporis duae ſimul medietates, ut neq; duae ſimul corporis medietates. **E**pi. **n**e-  
 140 rum. **O**ne. corporis ſcilicet ſecundum extenſionem, & temporis ſecundum ſucceſſionem. **I**mpedit igitur tempus durationem: per  
 unde atq; corpus replentiam. **E**pi. **V**idetur. **O**ne. **V**ideturq; tēpus rebus conſeſſum, quo ipſarum una duratio ita occupet ut alte-  
 ram ſecum nunq; admittat, utq; ſecetur in partes ut in annos: meſes: dies: horas: minuta: quemadmodum omnis dimenſio in inſini-  
 tum ſecabilis eſt. **E**pi. **O**mnino. **O**ne. **A**d durandū ergo ſucceſſio & tempus minime requirūtur, ut neq; ad replendum dimenſio. **Manuductio**  
**E**pi. minime requirūtur. **O**ne. **N**ome ergo quorum duratio a ſucceſſionis & temporis conditione & natura recedit, magis dura  
 a tempore ad  
 141 a tempore ad  
 aternitatem.  
 bunt: quandoquidem ſucceſſio & tempus durationem impediāt. **E**pi. **V**idetur, ut de luminū replentia & dimenſione. **O**ne. **E**t ſi ma-  
 gis adhuc recedūt, magis ſuaſte natura durabit. **E**pi. magis. **O**ne. **E**t ſi in inſinitū duratio illa a ſucceſſiois & tēpis natura & con-  
 ditione (q̄ duratio ut diximus impedimēto / obſtauloq; ſunt) recedit, euadūtq; ſemota? **E**pi. in inſinitū durabit. **O**ne. **E**nim uero oēm  
 duratiōnem cōtinebit. & cūlibet duratiō ſemp aderit, neq; ulla duratiō cōtineri poterit, ut neq; inſinita plenitudo dimenſione, neq; ab  
 142 ulla excludi unq; **E**t amice ſi ſcire cupis (& cupis ut arbitror) q̄ ea ſunt entia, ſua duratiōe a ſucceſſioe & tēpore recedūt: ſunt illa beatae  
 & ſupramūdana entia, quorū duratio & eū, ſic ſe ad noſtrā tēporaneā duratiōnem habet, ſicut ſua plenitudo ad noſtrā dimenſam  
 & corporeā plenitudinē. Et id q̄ in inſinitū ab omni ſucceſſioe tēpore & euo, ſemota recedit: de ipſe eſt, oīs eū ſucceſſiois, & tēpis  
 ſons & origo, inſinita duratiōis imenſitas & aternitas, cui oīa & pterita & futura pſentia ſunt, ut omni dimenſioi pſens adeſt:  
 q̄ nulla duratiō aut tēp aut euo cōtineri pōt, neq; a quoq; excludi. cuius quidē inſinita ſempiternitate, res caducae & ſenſibiles in hac  
 143 pauca (quā uides) ſpali duratiōis ſunclioe imitātur. Et caeleſtes corporeae ſubſtātae in toto tēp / totaq; tēpis ſucceſſioe. Et entia illa  
 beata, & ſupramūdana in toto ſuptēporali euo, maiore aternitatis ſimilitudine. **E**pi. **G**raſſiſſima ſunt haec, ſed q̄ nō ſacillime inſirmo  
 (ut de plenitudine dixim) capiat mētis obtuſo. **O**ne. **G**raſſiſſima fili, & ad q̄ & altiora multo nrae philoſophiae contēdit conatus.  
 Sed haec ne pro tua mediocri introductioe ſatis eſſe uideatur. Tu haec interim diſcere / & diſgeſta memoriae māda. Et cū uoles ab-  
 ſolui, niſi quicq; tibi relictum eſt quendam, **E**pi. nihil omnino. ab eo & quae mones memoriae mandare curabo.

**D**ialogi phyſicae introductionis ſunt.

Dialogi difficultum Physicalium Introductorii notæ.

Analogia, certa rei ad rem proportio: quæ incerta certis probatur. Platone mirifice inchoata: ab Aristotele cõpleta: multis ignota: & plerisque philosophorum occultata. Protheus filius Oceani & Tethyos: nates maximus, nõ nisi coactus, uiculusq; uolens ora neridica soluere. Milo Crotonensis athleta fortissimus: qui nudæ manus iclu in certamine olympico taurũ interfecit, s'radio uno, spiritũ retento portauit: quem totum die illo comedit.

Dialogus Iacobi. E. Stapulen. difficultum Physicalium Introductorius: adieclis Iudoci Clichtonei Neoportuensis annotatiunculis.

Enantius. Homophron. Neantia. Oneropolus.



Vam me humane hospitio susceperis O Homophron: deo semper æterno gratias ago, habeoq; tibi & semper habeo gratiam, maiorẽ quidẽ semper habiturus imo vero maximam, si priusq; a tua domo recessero, & me meq; domi recepero, ope tua Oneropolim videã. Ho. non modo videas, sed & eius familiaritate vt uoles utaris vir enim humanissimus est, & me vt Hermeneum fratrem quidem grandiore natur, summa beneuolentia prosequitur & amat. Enã. O oportune, sed scis cur id tantopere optarim, quia si domum cõcessero, vix aliquando ad vos sum rediturus, sic grandẽ uia sum etate, & me ad remotiora loca sepius transire defessa etas nõ patitur. fragi le mihi domicilium est, vt quod ppediẽ mihi ruinam minetur, & quod ubi me transferendo sepius agi tarem, veluti valido pflatum vento statim illisum corrueret. Ho. verum ais, ego & tu o Enanti fragile & vetustate caducum corpus habemus, aia autem ipsa non senescit, nosq; corporis maleficio & demolitio ne aliquando mori oportet, quando autem, nescimus. nisi quod nos qui multos iã viximus annos, & ve luti currentes vt spacium transeginus, multos nobis non fuisse cognoscimus, quos in futurum viumus. Enã. In natura vult & recta ratio iubet, Sed audi potius quid disturus sim, In hac tã gradẽ qua etate nõ vidẽ qui me maiore voluptate affecerit tuo filio. neq; id assentandi gratia dictum puta, quia eius pa ter sis, & eius probã indolẽ libenter audias. Ego propter etatem ipsum accersens dixi, O fili Neantia ad me venias, plane dico mihi q̃ si pulchrarũ literarum ludo indulgeas, si ipsum colis, colo inquit. probe in quã facis, si hanc tuam pulchra iuuentã virtutibus & scietis adornare conaris, sed quã disciplinarum inquã profiteris: an Grammaticã, Rhetoricã, Poeticã: quidã quidã benignitate respondit, In his o Enati non amplius versor, aliquando sum versatus. meum siquidem nunc studium circa Philosophiam inter tum est. Ipsum vterius interrogo, an singula modo quidẽ mirabili & mihi insuetopromptissime respõ dit, neq; suis responsionibus attonitum reddidit. Quod cum p̃sensit puer, O inquit Enati, si Oneropo lum p̃sens audias (p̃ceptor nempe meus est Oneropolus) te in maiorẽ admirationẽ conuerfusus est. Ex illa certe hora videndi Oneropoli vultum & admirabile desiderium concepi. Turpe mihi videtur senẽ virum, puerum admirari. Siquidem admiratio ex ignorantia nascitur, eorũ etiam q̃ pueri mihi cognosce re videntur. Sed turpius suam ignorantiam ad sua sepulchra seruire mihi visum est, Puerum tamẽ fateor sum admiratus. Tu igitur cum Oneropolim cognoscas, maturemus gressum ad ipsum, vt & videamus, & pariter (vt pollicitus es) ipsum audiamus. Ho. maturemus. Enan. Iube puerum vna nobiscum venire. Ho. heus Neantia. Ne. p̃sto assum pater Ho. Iceler, p̃curre nuncia Oneropolo me vna cum amico hospi te Enantio, nunc ipsum visitaturos. Ne. Nunc iabo. Ho. iã puer nunciauit. ecum Oneropolim egredium tem hunc facie macilentum, One. O vos Homophrõ & Enanti gaudio me afficitis multo, & multum fa ctis vt amici, quãdo ad hoc meum domicilium vos cõuertitis. hęc mihi profecto aiorum beneuolentia: nullo auro, nulloq; p̃cio estimãda est. Ho. voluit te o Oneropole Enatius videre, qui cum doctus sit, om nes doctos viros amat, atq; cum doctis libens cõuersatur. One. eum ipsum a multo t̃pore idem videre cu piebam, & tibi debeo grã referre, qui huc ipsum ad me adduxeris, q̃ cum doctus sit, ab ipso poterim? aliquid obtinere. Enan. Qualẽ te absentẽ Homophrõ p̃dicabat, talẽ p̃sens intueor. Sed o Oneropole ne q̃ a me q̃c̃q; discere possis. Homophroni nup narrabã, quo pacto puer q̃ te audierat, admiratione me pene stupidum & attonitum reddiderit. tãto magis id facturus es o Onerople, & me de ignorantia multo rũ liberatur. Ho. Tu Onerople nunc (vt putam) alienis negociis minime es occupatus. One. Neq; do mesticis qdẽ. verum eniuero optabã aliquẽ huc aduẽtaturũ, q̃ cum mutuos sermões agitarẽ. Ho. Et nos itã dẽ tecũ cõferre optam. Obsequere igit̃ Enatio & mihi, & in tuo docẽdi grã apas nõnulla, q̃ Enati sumõ pere cognoscere desiderat. Neq; multum i accessorio sermõe laborem. Enã. Nos id efflagitamus, & nos huc hac de re venim. gratificare igit̃ Homphrõ. One. Quãdẽ ita vultis, nõ possũ vobis nõ morẽ gere re, modo id possim qd̃ me rogatis. Sed eam intro, sunt subsellia qb̃ insideam, q̃scamusq;. Vos mõ ex plicetis q̃ in re vobis gratificari queã. Enã. Si q̃tatis naturã nobis aperueris. hinc a puero iã admiratio nẽ sum adductus. One. vt vtriq; ergo gratificer, a q̃tatis apienda natura hoc pacto sumamus exordiu.



Vantitatum hęc est cõtinua, hęc vero discreta. Enã. Discretã nũc omittam, & cõtinuẽ na turam p̃sequere. One. Cõtinuarum hęc linea, hęc sup̃ficies, hęc corpus, illa vero tẽpus. Et lineam superficiẽ & corpus dimẽsiones nũcupamus, quarum forte naturã prius audire desideras. Enã. Id ipsum. Sed interroga puerũ obsecro. in hoc vel gratificabere nõn parũ Homophroni, cognosceq; de filio me nimis vera locutum. Gratium ne tibi hoc factum

Protheus.  
Oceanus.  
Tethyos.  
Milo.

3 putabis Homophron: Ho. Gratũ. One. Dic age o Neantia quando tuo patri & Enantio gratũ est. Cur dimensiones vt longitudo, latitudo & profundum rebus sint tributa: Ne. Quo res ipse dimense sint, lo gge, latq; atq; profundq; quo res occupent, distrahantur, atq; fecentur, vt albedo rebus tributa est, quo res albq; sint, & visu discernantur. One. Et si omnes ad distrahendum rebus sensibilibus concessẽ sint, maxi me omnium corpus ad occupandũ tributũ esse videtur. Nam corpora nõ q̃ sese occupare & simul esse: 4 natura permittit. Sed an si vnus sol in oriente situs luceret & alter in occidente, an inquam vtriusq; lu men nostrum concuum offunderet: Ne. vtriusq;. One. Etiam si lumina illa collustrãtia diuersarũ essent naturarum: Ne. etiam. One. & vbiq; in nostro concavo vnũ illorum luminũ adest, illic adest & al terum. Ne. adest certe, quẽadmodum per totam manum meã & vbiq; simul adest color & calor, & vbiq; in lacte candor & dulcedo. One. Quo pacto id potius eueniat: q̃ de me & te: vt vbiq; nostrũ sit vnus simul alter nõ q̃ esse possit: Ne. Non sine ratione. Nam lumina illa color/calor/candor/dulcedo & simi: lia, neq; dimensiones sunt: neq; in se dimensiones habent: nos autem dimẽsiones habemus, quẽ cũ se oc cupare nequeant, nos simul esse posse minime permittunt. One. Sed quid replent lumina illa color/co lor/candor & similia: Ne. Replent. & quidẽ suapte natura, at nõ occupant. One. & tua anima, tuãq; po tentia: Ne. Et hęc quidẽ, vt quãtũ meq; dimensiones replent, tantum & mea aia, & mea potentia, & quẽ cũq; illis dimẽsionibus in me coniuncta sunt, neq; quidẽ hęc se occupant. Nam dimẽsiones nõ sunt. 5 One. Dimẽsionibus ergo, vt replent tibi non nos videntur. Ne. scilicet. quũ potius officit/ nocetq;. One. Sublatis ergo nostris dimẽsionibus: Homophron/Enantius/ego & tu simul idem replere posse mus, vt vnuscutiq; nostrum simul actus cum actu, & potentia cum potẽtia adestet. Ne. Nihil prohibet, nam nos nõ occuparemus, neq; alter alteri impedimẽto esset, quo minus simul esse possemus. vt neq; lu men lumĩt. One. Et cõtes vt arbitror quẽ a natura dimẽsionũ & corporea mole recedũ: magis suapte natura replere. Ne. censeo. nec ab re quidẽ. cum dimẽsiones plenitudini & replentiẽ obstatulo, p̃pedi mentoq; sint. One. Et quẽ magis a dimẽsionũ conditioẽ q̃ lumina illa posita recederẽt, magis vtiq; replerent. Ne. magis. One. At quẽ neq; sua natura, neq; per alterum dimensa sunt, magis a dimẽsionũ cõ ditione recedunt. Ne. magis certe. One. Magis ergo replent. Ne. Fateor. One. Et si quid adhuc in infinitũ repleret/ imo id ipsum infinita plenitudo esset. One. Vides ergo chare Homophronis fili q̃ facile sit ce lestes/ supra mundana q; beatas intelligentias cõlo replere, quando quidẽ hoc sensibile lumen tã facile nostrum concuum offundens, minus a dimẽsionũ cõditione, atq; natura recedat, vides rursus quo modo deus omnium rerum principium, infinita sit plenitudo: omnia idcirco replẽs, quem neq; cõli & terra capiant, infra mundum totus existens, totus & extra, huncq; mundum factum in Atomo. Ne. haud hoc vltimum intelligo. One. Suc plenitudinis scilicet. Hęc forte & similia o Enati a puero audiuisse po tuisti, si hac de re ipsum tẽtaueris. Enã. Audiuĩ equidem & alia, & semper modo mirabili, more tuo in si 6 ne aliquid diuini consciebat. Sed tu age. te aliquãtulũ de animi nostri plenitudine loquentẽ au diam. One. Vt tibi placet. Mihi siquidem videtur nostra anima magis suapte natura a dimẽsionũ na tura & conditioẽ recedere: q̃ bouis, leonis, aut cuiusq; alterius aialis anima, vt cui nihil vnq; distrahi, aut addi quicq; possit. Coercetur tamen/ contineturq; dimẽsionũ finibus. Enan. magis recedere arbi 7 tror. One. Quod nõ distrahitur, hoc habet qua cũ superioribus mentibus cõuenit. q̃ vero dimẽsioẽ coercetur/ cõtineturq;, qua cum inferioribus formis. Enã. Quid ais coercetur? One. Per accidens vide licet. Nam nostra anima nostris dimẽsionibus cõfigitur, partim sicut albedo/ partim vero alio modo. Nam corpus dimensum informat. Et sua plenitudo, suãq; replẽtia tanta est, quãtum corpus ipsum/ cor porisq; dimẽsio. Et si corpus excrecere quãtũlibet intelligamus, ipsa nullo addito totum repletura est, & si quãtũlibet minui, neq; plus minusculo corpore replebit. excrementa tamen & decrementa, natu ra determinata sunt. habet igitur ratione dimẽsionũ, vt non plus q̃ suum corpus (sive magnum sit si ue paruum) repleat. Enã. Et dices forte animã quantam per accidens. One. Nihil obstat. nam dimensio nibus coniungitur, eiusq; dimẽsionibus arcetur atq; continetur plenitudo, sed non defecatur/ distrahi turq;, vt & cõter q; forme, dimẽsionũ distractione. Sed si superior/ supramũdanaq; mẽtium aliqua sit in oriente, totam ponemus esse in oriente, nam partes non habet. Enan. verum ais. One. Et si in occiden te, totam in occidente. & vbiq; fuerit totam, Enã. vbiq; fuerit ponemus totam. Sed quid tum? One. Et cum nostra anima cõterarum inferiorum formarum, sit maxime vna, vt quẽ partibus careat quibus distrahi/ diuelliq; possit, & ipsa vbiq; in nostro sit corpore, ipsa tota erit in toto corpore/ & tota in quali bet corporis parte. quẽadmodum intelligẽtia: tota in toto cõlo, & tota in qualibet cõli parte. Vt enim cõ lum ad intelligentiam, ita corpus hoc nostrum ad animam, hoc tamen interest: q̃ supramũdana mens, cõli dimẽsionibus non cõfigitur/ illis non coercetur aut continetur: quod mens nostra suis cõiuncta dimẽsionibus: sustinet & patitur. Enã. videor cõcipere quo modo nostra anima, tota sit in toto corpore, totaq; rursus in qualibet corporis parte. quod ad hanc vsq; etatem elanguĩ cognoscere, & me hac igno 8 rantie egritudine (fateor) pulchre soluisi. One. Sed quid de puncto? Enan. Tuum exspecto iudicium: One. Perparũ mihi replere videtur, sed potius esse replentiẽ terminus. Nam lineq;, quẽ lõgitudine tantũ replet, Enan. Et mihi quidẽ ita videtur. One. Quod igitur horum magis plenum, magisq; replet: an

L

punctus, linea, superficies, an corpus? Enan. Corpus. One. Nam sita plenitudo tribus perfecta consistit, longitudine, latitudine & profundo. Replet enim & secundum longum & latum, & profundum. Deinde superficies, cuius plenitudo duobus contenta, tantum longitudine & latitudine replet. mox lineam, & sola longitudine replens. Et horum omnium ultimum locum obtinet punctum, minime sua natura plenum. Enan. Ita videtur. One. ¶ Vtrum ergo illorum an punctum, an corpus? superioribus metibus & animis nostris similis putas? Enan. Ego rationatione tua huc adductus, corpus similis esse puto. Nam maxime dimensionum plenum/replentiam habens, conclusisti punctum autem omnium minime. mentes autem superiores & anima nostra, maxime plene. One. Ergo tibi videtur superiores mentes & animam melius per corpus investigari posse & concipi, quam per punctum. Qui autem id per punctum efficere moliretur, tentaret id efficere per id quod remotius est atque dissimilius. Enan. Tentaret profecto, ideoque id fatius efficeret per corpus. One. ¶ Vides ergo quo modo nostra anima, superiorum & inferiorum media est. his affinis, quae materiae coniuncta, dimensionibus arceatur, contineaturque, illis vero: quae impers sit, nullas (ut & caelestes formae) quibus distrahat partes habens, vinculum omnis & caelestis & sensibilis creaturae. Enan. Haec mihi o Oneropole audire gratissimum est.

**Q**uamvis in quantitate continuum & discretam dividitur. Deinde continua in lineam, superficiem, corpus, & tempus: quarum tres primae vocantur magnitudines, dimensiones, vel extensiones. Et ipse rebus tributa sunt. primo quidem ut res ipsae sint magnae, longae, latae & profundae: sicut albedo tributa est corporibus ut sint alba. Secundo ut res occupent, & dividantur in partes extensionis: sicut albedo data est ut res sint visibiles, prius quidem utriusque officium respicit intrinsecum, secundum vero extrinsecum. Et rebus sensibilibus datae sunt dimensiones ad distractionem faciendam, non autem corporibus caelestibus: quia illa non sunt nata distrahi, sed in caelo dimensiones & celum reddunt magnum, & occupationem faciunt. linea autem & superficies non datae sunt ad occupandum cum secundum illas non attendatur occupatio, sed solum secundum corpus. Nam corpora se penetrare natura non possunt. Et si ponatur sol luminis aurei in oriente & alter luminis rubicundi in occidente, quae quidem luminaria collustrantia simulque lucentia diversarum sunt naturarum, utrumque lumen totum replebit concavum. & ubicunque est lumen aureum, illic est & rubicundum, sicut ubicunque in manu est calor, ibi est & color, & ubicunque in lacte albedo, ibi & dulcedo. Quod autem huiusmodi qualitates simul sunt, potius quae duae diversorum corporum dimensiones, hoc ideo evenit, quia illae qualitates non sunt dimensiones, neque habent in se dimensiones, quare unum non excludit alterum, sed bene permittunt se simul in eode. Duo autem corpora ut duo homines habent dimensiones, quae se ab eodem loco simul excludunt & occupant. Est enim occupare, spatium aliquod occupare, alterum secum eiusdem generis simul non admittere. Replere vero est alicui toti adesse & se per totum diffundere, ut nihil sit repleti in quo non sit aliquid replentis. Praedictae tamen qualitates & si non occupent neque dimensiones sint, nihilominus tamen replent, sicut anima rationalis & materia quae non sunt dimensiones, tamen replent tantum quantum ipsae dimensiones.

Quid occupare.


Quid replere.

Ab infima plenitudine ad summam per quinque gradus subiectio.

Immo dimensiones potius replentiam impediunt, non enim permittunt ut duo Enantius & Homophron idem replent, & ipsi sublati facile idem replent. Quare dimensiones sunt infimum divinae plenitudinis vestigium. Secundo autem loco qualitates & lumina, quae magis replent. Nempe ea magis replent quae idem cum alio replere possunt, quae idem cum alio replere non possunt, cum ipsa divinae plenitudini & summe propinquiora sunt, omnia cum omnibus replent. At qualitates ut lumina, idem cum alio replere possunt, non autem quantitates, igitur lumina magis replent. Tertio autem loco suam plenitudinem habet anima rationalis, quae magis repleret quam lumen. Nam cum dimensio replentiam impediatur, quae a natura dimensionum magis recedunt, magis replent. At aia magis a natura dimensionum recedit quam lumen. Nempe lumen ad divisionem magnitudinis dividitur & secatur. Anima vero ipsa rationalis non dividitur ad divisionem magnitudinis, neque diversis partibus magnitudinis respondet diversae partes animae rationalis, sicut in diversis partibus aeris est aliud & aliud lumen. Quarto autem loco intelligentiae & entia supramundana magis replent quam anima rationalis. Nam quae magis a dimensionum conditione recedunt, magis replent. At intelligentiae magis a dimensionum conditione recedunt quam anima rationalis. nam anima rationalis coniungitur per accidens dimensionibus corporis, & illis coarceatur. Intelligentiae vero neque per se neque per accidens dimensa sunt, igitur magis & diffusius replent. Quinto autem & summo loco summus ipse deus maxime repleret, quoniam est maxima & infinita plenitudo. nam quod in infinitum a dimensionum conditione recedit, in infinitum repleret. Sicut enim se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime. At summus ipse deus maxime a dimensionum conditione recedit. Sunt enim dimensiones in infinitum secabiles & ad maximam labuntur multitudinem. & aliud ne idem cum ipsis repleat impediunt, sicut & ab alijs impediuntur. Deus autem & maxime simplex est & maxime unus, cuius plenitudo neque cuiusquam plenitudine impeditur, neque cuiusquam plenitudine impeditur, igitur & maxime repleret. imo est infinita plenitudo. Et ipse deus non est inclusus in mundo, nam plenitudo eius mundi ambitum excedit, neque exclusus, nam se eius plenitudo per totum mundum diffundit. Quia igitur non est exclusus, intra mundum totus existit. & quia non est inclusus, totus existit extra mundum. Totus quidem, nam simplicissimus est & nullo modo partes habens. Quam neque caeli neque terra omnino capere possunt. Nam impossibile est infinitum finito concludi, mundus autem finitae plenitudinis est. Ergo dicitur factus in aeterno divinitus plenitudinis. Nam plenitudo mundi ad plenitudinem infinitam dei sese habet sicut punctum ad lineam infinitam. & plenitudo mundi imitatur summam & infinitam plenitudinem dei, ut puncta itidem ad lineam infinitam. Quod si plures essent mundi: omnium ipsorum plenitudines ad infinitam dei plenitudinem se haberent, ut puncta itidem ad lineam infinitam. Anima autem rationalis magis a natura dimensionum recedit quam anima bonis, nam anima bonis dividitur ad divisionem ipsius materiae in diversas partes, ut si totus bos intellectus dividatur in quatuor partes inter graestabiles, alia est pars animae bonis sub parte a, & alia in b, alia in c, & alia in d. Et cum nona apponitur materia boni, etiam acquiritur nova pars formae, & si substrahatur aliquid pars corporis a bove, etiam substrahitur aliqua pars formae. Anima autem rationalis non habet sub diversis materiae partibus partes diversas, neque dividitur ad divisionem dimensionum. Et quantum ad materiam corpori addatur: non advenit nova animae rationali pars, sed eadem sine cuiusque additione

replebit corpus maius, quae prius replevit minus. Et quantum ad corpus intelligatur minus & destuere, nullae partes animae deperantur aut destuant, sed eadem nullo deperdito replebit minus corpus quae prius replevit maius. Et ergo cum superioribus conuenit, quia non dividitur ad divisionem dimensionum cui adest, cum inferioribus vero, quia concluditur dimensione corporis, & solum tantum replet quantum corpus & corporis dimensio. Coniuncta siquidem est rationalis anima dimensionum, sicut albedo superficies cuius sequitur quantitate, quare sicut albedo est quanta per accidens & extensa, ita & anima rationalis extensa & quanta per accidens dicitur. Id tamen interest, quod albedo non informat corpus in quo est, cum eo totum substantiale constituit. Anima autem rationalis informat corpus dimensum: & cum eo totum hominem constituit. Cum autem anima nostra perfectiorem habeat unitatem & simplicitatem quam ceterae formae substantiales. Nam partes in quas secundum extensionem dividitur non habet more ceterarum esse tota in totum formarum. Itaque proxime accedit anima ad naturam & conditionem intelligentiarum. Quare sicut intelligentia ad caelum, ita tota in anima ad corpus nostrum, & intelligentia est in toto caelo tota & tota in qualibet parte caeli. Non enim alia pars intelligentiae est qualibet corporis parte. Et alia in occidente, nam partes non habet. Sic & anima rationalis est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte integritatis corporis. haec tamen est differentia, quod intelligentia non continetur dimensionibus caeli neque coniungitur, & non informat caelum sed solum absistit. Anima autem rationalis coniungitur dimensionibus corporis, & informat corpus. Quare intelligentia ad caelum est ut nauis ad nauem, & auriga ad currum. Anima autem rationalis est ut vis directiva currus quae intelligatur esse in currum: & virtus gubernativa nauis quae intelligatur esse in nauem. Trium vero dimensionum: lineae, superficiae, corporis: corpus maxime replet. Nam secundum tria: longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Deinde superficies secundum duo, longitudinem & latitudinem. Postremo linea secundum longitudinem solum. Punctum autem est terminus lineae, nullam suapte natura habens plenitudinem, quare horum quatuor corporum maiorem habet cum anima rationali & intelligentiis in plenitudine similitudine: punctum autem minimum. Reclius igitur per corpus quis inuestigauerit animae plenitudinem quam per punctum. Ex his facile constat animam nostram superiorum & inferiorum esse medianam: utriusque participatione plenitudinis. Inferioribus quidem similis est, quae plenitudo terminis magnitudinis clauditur. Superioribus vero, quae dimensionum cui adest distractione non dissecatur, sed semper una & simplex manet. Et est suprema formarum sensibilibus / infima vero caelestium, imo uinculum & nexus utriusque mundi, quem si per lineam a summo in unum porrectam intelligas, anima rationalis est. medium siue punctum inferiora superioribus connectens. hinc in sacris literis homo hominis creaturae nomine designatur.

Et sed age si a nostro concavo dimensiones sublatas intelligamus (quod tamen fieri natura non posse nulli dubium est: in nulliusque controuersia venit). Quid tum, an nostrum concavum plenum, an vacuum putas? Enan. Et tu quid eo in casu sentires? One. Plenum, substantia scilicet, ut materia & rerum formis. Nam a dimensionibus plenitudinem, replentiamque non habere confessi sumus, vacuum autem corpore dimensum. Enan. Gaudeo haec a te cognoscere. Sed tunc materia & rerum formae nullo pacto occupant. One. neque villo pacto quidem distrahi / diuelli que possunt, imo sicut dimensio rerum continuatio est, ita quoque rerum distractio atque diuisio. Enan. Quo pacto igitur tunc materia totum nostrum concavum replens, a superiore substantia differet? & eius replentia ab illius replentia? One. Longo interstitio. Nam ipsa separata per dimensionibus coniungi nata est: eas in se recipere earum sectione secari, & occupatione occupare. Intelligentiae autem & superiori substantiae, nihil tale conuenire potest. sicut neque alba, neque nigra, calida, aut frigida vnquam esse potest. Enan. nunquam sane. One. ¶ Videntur ergo diuisio & partes, quantitate sequi. Enan. Proculdubio. One. Sed haec diuisio & haec partes ut distractae discissaeque: continua. Quo fit ut separatae eo quo posuimus modo materiae, hoc modo partes nullae sint. Nam secari / diuelli que non potest. Enan. discretam quantitate alio loco determinanda postulauimus. Sed tu modo dic obsecro, haberet ne materia hoc modo separata: partes? One. Idcirco addidi hanc diuisioem / hasque partes, quantitate discretam sequi. Enan. Quo pacto: non perpendo quid velis. perpendis tu Homophron? Ho. haud adhuc Enanti, sed nobis clarius aperiet. Fac nobis o Oneropole, clarum huiusce rei intelligentiam. One. Rem quae sita sciendam ad quam graues scirpi / grauesque insurgunt difficultates: morem (tamen) geram (ut cuique poterit) facere quod optatis. capio materiam dimensionem a b inter nos & caeli concavum contentam, quam in quinque partes a/c/d/e/b dimensionum diuisione, intelligo diuisibilem. vocoque materiam sub dimensione a consistenter materiam a, & contentam sub c materiam c: & ita deinceps. manifestum est materiam a non esse materiam c. Nam simul distractione dimensionum a distraheretur seorsum a c, & pari ratione c seorsum a d. quare materia c non est materia d. & de reliquis idem sub iudicio. Enan. idem. One. Substracta ergo dimensio a tota materia a b, remanet tota materia a c d e b, totum non occupando replens. Enan. remanet. One. remanet etiam materia a & materia c / d / e / b. & materia a non est materia c, neque c materia d, ut neque prius. Fieri enim nequit ut quae prius diuersa / distinctaeque sunt: vnquam fiant idem. Et de e / b idem sub iudicio. Enan. Proculdubio. One. & partes illae diuersae tota materia a b constitutes, ut diuersae dimensionum partes tota dimensionem, dissectionis distractionisque partes dici nequeunt, ut quae nullo pacto desecari / distrahi que valeat. Enan. rationabile videtur. One. Partes igitur, diuersae discretiois erunt: & secundo numerum sumptis, & diuisio illa sectionum quantitate discretam intellecta. Enan. Oportet. One. Intelligis ergo, cur prius dixerim hanc diuisioem / hasque partes quantitate discretam sequi? Enan. Arbitror utrumque nostrum e hoc tractare. ¶ Sed forte neuter nostrum sentit quod grauis scirpi: quae grauis difficultas inde emergat. One. maxima profecto secretissima / & latetissima, quomodo videlicet vnquam sit multa, quam quidem Sophistae, sophisticatede tractant. & Philosophi occulte & profunde. Enan. Apertius id nobis intelligendum committe. One. ut possum, id addubitant, ne quemadmodum partes replentiae materiae a/c/d/e/b multae sunt &





dinet, tamen nūq̄ dimensionibus subtrata subiectaq̄ esset materia, an id plenitudinis intelligenti, & animę competat ut sit corpus meum g h secundum dimensionem & materiam in quatuor partes g/h/ i & k diuisibile, non vobis dubium est aliud meę potētię & materię esse sub g/ aliud sub h/ aliud sub i/ & aliud sub k, quatuorq̄ esse potētię diuersę replentię partes. Enā, non dubium. One, Sed vobis dubiū est an aliud aīę sit sub g/ aliud sub h/ aliud sub i/ & aliud sub k. Enā, Id nos argit. One, Sed quid tandem vobis videtur? Enan, Mihi quidem sic esse oportere, quid autē Homophron sentiat, nescio. Ho. Idem quoq̄. One, Non igitur g animę est sub h neq̄ h sub i. Enan, Sic est. One, Euanuit igitur superior sermo; neq̄ id plane verum est, nostram animam totam esse in toto corpore/ totamq̄ in qualibet corporis parte, quemadmodum tamen supra confessi fuimus, sed tota erit in toto & partes in partibus, imo cū materia quędam sit partium infinitas ex quibus constat, similibus tamen natura: sicut linea ex infinitis partibus constat lineis, ita quoq̄ anima nostra quędam erit partium infinitas ex quibus suo modo, vt materia ex suis, subsistet, tamen cum dimensione (vt materię partes) distrahiles nō sint, quod si vobis absurdum videtur, neuter vestrum recte sensit. Enan, neuter vt opinor, & nos belle ad concessorū opposita deduxisti. Sed nunquid aliud & aliud replētīę animę nostrę esse oportet sub g/ sub h/ sub i/ & sub k? One, non, si vt oportet redarguti sumus. Enan, ostende ergo nobis si potes quomodo id nō oporteat, & nos hac ignorantiā libera. One, Graue onus impositis, id tamē quomodo cūq̄ efficere moliar. Enā, Sat nobis erit. One, Recte ne dictum putatis, rerum omnium principium, infinitam plenitudinem esse/ omniaq̄ replere? Enan, Recte. One, Et id ipsum vnum est. Enan, imo maxime vnum. One, Quod autem maxime vnum esse videtur, neuter vestrum recte sensit. Nam iam potius multa esset, & non ipsum maxime vnum. Enan, esset. One, & tamen eius plenitudo atq̄ replentia adest parti materię a & c/ & d/ & e/ & b/ quandoquidē infinita est, & omnibus adest. Enan, Adest proculdubio. One, & tamen non aliud & aliud plenitudinis eius & replentię, nam partes haberet. Enan, Sic est. One, Non igitur si alicuius plenitudo & replentia alicui toti dimēso assit, oportet cuiuslibet dimēsi mediarum/ tertiarum/ aut quartarum, aliud & aliud plenitudinis illius responderet. Enan, Non certe oportet. One, & ita de intelligentia & nostra anima, quę si secus replerent, diuersaq̄ numerū plenitudinis partes haberent, quęlibet esset quędam partium infinitas, & potius infinita q̄ vnum. Enan, recte dixisti nos in grauem vnius & multorum incidisse difficultatem. One, Grauis hæc fuit (nec immerito) antiquorum philosophorum difficultas, vt Parmenidis Pythagorei, & zēnonis Heleate, vides ergo quomodo anima nostra sit punctum corpus nostrum replens, & intelligentia punctum replens cælum, deus autem punctum, totum replens vniuersum. punctum autem vbicq̄ in analogia, Enan, Effecisti quod postulabamus, redidistiq̄ nos tua responsione contentos. graues q̄ ex dictis emergere possent difficultates nunc missas faciamus, & aliquid leuius tractemus. One, quidnam? Enan, cum nobis de dimensione incidere sermo, quam trinam posuisti, longitudinem/ latitudinem/ & profundum. Itidem lineam/ superficiem & corpus, & punctum omnium videatur esse terminus, nobis graue facere si eius naturam explices. One, Sum opere cuperem vobis obsequendo placeat, & vobiscum conferendo veritatem inquirere. Sed forte o Enanti harum rerum longi temporis vnius te fecit peritum, aut propriū ingenii excellens bonitas, aut ex aliorum libris (qui perquirendi studiosus es) iam optime didicisti; & solum nostrum dogma examinare tentas, Enan, Non ita est per amicitia nostram o Onepole, verum vbi ceteris meo more contrarius sum, ego tecum vna & Homophron libenter concordamus, & ego id abs te pro munere requiro, vt tuam de promas sententiam. Ho. Ego itidē requiro. One, quandoquidē me serio requiritis, qualemcūq̄ tamen meam de promas sententiam, hinc mihi aucupans exordium.

¶ Si ponatur dimēsonis separate a nostro cœuuo (quod id natura fieri non possit) adhuc nostrum concuuum esset plenū subiectā, vt materia/ forma/ & re naturali. Nā illa nō minus replent separate a dimensionibus atq̄ coniuncta, cū a dimensionibus replentiam nō habeat, esset tamen vacuum corpore dimēso siue mōdo. Nam superficies concava cæli lunę esset locus non replens corpore dimēso, natus tamē repleri. ¶ Tunc autē nec materia nec cetera substantiæ occuparet neq̄ distraheretur in partes. Sicut enim occupatio & continuatio primo a dimēsonibus est ad aliquem terminū cōem copulatis, ita & distractio in partes & vnius ab altera parte diuisio, primo ratione dimēsonis rebus cōuenit. Vbi igitur non fuerit dimēso: ibi neq̄ occupatio/ neq̄ continuatio/ neq̄ distractio. Differret tamē multū materia a plenitudine intelligentiā, nā materia suapte natura nata esset cōiungi dimensionibus, quos actu esset separata. Intelligentia vero neq̄ actu neq̄ aptitudine nata est contineri dimensionibus, sicut neq̄ albedini aut nigredini. ¶ Vnde manifestum est q̄, omnis diuisio quantitatem sequitur & fit ratione quantitatis. Sed id bisariam contingit. Nā aliqua diuisio sequitur quantitatem continuā, & fit rōne quātitatis cōiunæ. Et fit in partes distractas siue post diuisionē separatat: q̄ an rā diuisione cōtinuā fuerant. Alia vero sequitur quātitatē discretā, & fit ratiōne multitudinis. & fit in partes discretas q̄ nō copulantur ad aliquē terminū cōem. Quarū quidē diuisionū hęc p̄fectior est (vt q̄ statū habeat ad simplicitatē, unitatē, summā propinquitas accedat/ & in mūdo intelligibili inueniat) q̄ illa, q̄ nullū habet statū ab indiuidua simplicitate & unitate remotius elōgatur imo q̄ remotissime, cū ad quāndā labatur infinitudinē, & in mūdo intelligibili minime locū habet, sed solū in sensibili, quo entia labantur ad imp̄fectionē. Et cū hęc fiat secūda numerū, illa vero secūda magnitudinē, numerus diuisionū & p̄fectiorē cognoscitur q̄ magnitudinē. cū hęc in superioribus substantijs inueniatur, sed solum in materialibus & ad materię conditiones declinantibus, ille vero etiā in superioribus & supramūdanis entibus inuenitur. Materia autē a dimēsonibus separata partes nō habet extensionis neq̄ distractiois ab alijs partibus p̄ diuisionē separatat, bene tamē habet partes sequētes quātitatē discretā/ & multas, in x

Infinitus, infinitudo.

|   |
|---|
| b |
| e |
| d |
| c |
| a |

Parmenides, Zeno.

Diuisione secundū numerū diuisioe secundū magnitudinē: p̄fectior rem esse.

|   |
|---|
| b |
| e |
| d |
| c |
| a |

k  
i  
h  
g

Aiē rōnalis nō esse diuersas plenitudinis partes.

b  
e  
d  
c  
a



Quare aīa dicitur punctū replens corpus nostrum.

seminero differentes. Quod secundū sic probatur. Si a b tota materia in hac mundo sensibili concuuo cæli lunę cōta, q̄ diuidatur in quinq̄ partes a/ c/ d/ e/ b/ diuisione dimēsonis signatas, & dimēsonis a/ materia uocetur a/ & materia sub dimēsonē c nō uocetur c, & ita cōsequēter cōsimili noie uocetur materia & dimēso ei coniuncta. Arguētōr sic. Materia a non est materia c, nam si dimēso a separatur a dimēsonē c, simul materia a/ distraberetur a materia c. Non enim dimēso sine materia distrahi possit. Cū itaq̄ materia a possit distrahi a materia c manifestū est materiā a non esse materiā c. quandoquidē nihil a seipso distrahi possit. Similiter materia c non est materia d, nā si fiat dimēsonis c ab ipsa dimēsonē d diuisio, & materia c distraberetur seorsum a materia d. Eadem ratione materia d non est materia e, neq̄ materia e materia b, cū una ab altera p̄ diuisionē dimēsonis separari possit: modo idē a seipso separari non potest. Itaq̄ illę quinq̄ partes materię a seinnicē numero differēt, sicut & dimēsoēs eis cōiuncte. Intelligatur ergo dimēso separata a tota materia a b, adhuc manet tota materia a b replēs totū nō occupando, quod prius repleratur occupando. Sublata enim dimēso nihil auferit ipsius substantiæ & materię, quare remanet etiā materia a/ & materia c & materia d/ & c/ & e/ b. Non enim potest manere totū, nō manētibz omnibus eius partibus. Tūc sic materia a ante e dimēsonis separationē nō est materia c, ut ostensum est, ergo neq̄ post separatā dimēsonem. Quæ enim prius sunt reipsa diuersa, nūq̄ postea sunt eadem. Sic materia c ante sublationē dimēsonis nō est materia d, ergo neq̄ post remotā dimēsonē, p̄ idē principii. & eadē ratione materia d non est materia e, neq̄ materia e materia b remotis dimēsonibus, ut neq̄ eis dē in materia existentibus. Igitur illę quinq̄ partes in quas diuiditur materia a b, etiā post sublatā dimēsonē inter se diuersę sunt & numero differēt. Sed nō sunt partes extensionis & diuisionis continuę, cum nullo modo distrahi possint, ergo sunt partes discretionis, & secundū numerū, quātitatē discretā sumptę. Habet igitur materia a dimēsonibus separatat partes discretionis/ inter se numero & reipsa differētes, quod est propositum. ¶ Ex dictis manifestū est q̄, sicut partes replētīę ipsius materię cōiuncte dimēsoibus sunt inter se diuersę, ita partes replentię materię a dimēsonibus separatat etiā sunt diuersę. Nempe reitatis dimēsonibus replentia partis materię a est diuersa a replentia partis c. Nā pars a tantū replēt quantū sua dimēso, & pars c tantū quantū sua dimēso. At dimēsonum a & c diuersę sunt replentię, alioquin se occuparent, igitur & materiari a & c/ dimēsonibus cōiunctarū. At separatat dimēsoibus materia a tantū replēt quantū prius, & similiter materia c. Cum enim dimēso replentiā nō efficiat, neq̄ eius subtractio replentiā impedit/ cōmisct/ aut cōfundit, ergo separatat dimēsonibus alia est replentia partis a/ & partis c. Et p̄ idē alia replentiā partis c & partis d/ & deniq̄ alia partis d & partis b, sicut ipse partes separatat a dimēsonibus probat. ¶ Sed merito dubitaret aliquis an plenitudo aiē rōnalis cōsimiliter habeat diuersas replentię partes, ut in diuersis materię partibus sit aliud & aliud plenitudinis aiē. Et similiter de plenitudine intelligentiē dubitandū est, an sit alia pars plenitudinis intelligentiē in oriente/ alia in occidēte, alia in septentrione, & alia in meridie. Ad quod cognoscendū ponatur corpus humanū esse diuisum secundum quātitatē in quatuor partes scilicet g/ h/ i/ k/ & sicut alia est pars materię sub g/ & alia sub h/ & alia sub i/ & alia sub k, ita ponatur gratia disciplinę esse alia pars aiē rōnalis sub g/ & alia sub h/ & alia sub i/ & alia sub k, & diuersas partes materię respondeant diuersas plenitudinis aiē rōnalis partes & numero multas. Cum alia pars aiē rōnalis sit sub parte g/ & alia sub parte h, ergo id animę quod est sub g, non est sub h. Et similiter id aiē quod est sub h nō est sub i neq̄ i sub k, ergo aiā rōnalis nō est tota in toto & tota in qualibet parte, quod est oppositum prius ostēsi. Sed esset tota aiā in toto corpore/ & diuersę partes animę in diuersis partibus corporis. Imo sicut materia ratione dimēsonis diuiditur in partes eiusdē rōnalis infinitas potentia ex quibus cōponitur, ita anima diuideretur ad diuisionem materię in partes eiusdē rōnalis infinitas, & semp in pluribus numero abinueniret differentes ex quibus componeretur. Hoc autem est impossibile. ¶ Et prius concessi oppositum/ igitur & illud ex quo sequitur scilicet q̄, in diuersis partibus materię sunt diuersę partes plenitudinis animę. sed sicut anima est tota in toto & tota in qualibet parte, sic eius plenitudo (nam reipsa est ipsa anima) est tota in toto corpore & tota in qualibet parte corporis. Quare anima rōnalis ad maiorem accedit unitatem & simplicitatē q̄ anima bouis & leonis & ceterorum animalū. Nam aiā bouis in diuersis materię partibus habet diuersas partes & diuersas replentias, & se semper cū materia & dimēsonē p̄stet diuisibilem. ¶ Propter dimēsonem & materiam labitur ad infinitudinem secundum diuisionem & infinitudinē/ secundum numerum, quæ duplex infinitudo primo in dimēsonē maxime a summa unitate & simplicitate discedente, & consequenter in materia inuenitur/ & deinceps in his quæ materię additę sunt formis. Anima autem rōnalis non diuiditur in partes eiusdē rōnalis ad distractioem materię, quare recedit ab infinito potentia diuisionē, & ideo simpliciōr, & ab infinito secūda numerū/ & ergo magis una. ¶ Ex quo sequitur q̄, quos alicuius plenitudo alicui toti dimēso corpori adest, non oportet tamen cuiuslibet parti integrali ipsius dimēsi aliam & aliam plenitudinis adeste partem. Patet. Nam summum rerum omnium principium (quod infinitam esse plenitudinem supra monstrauimus) est unum & maxime unum, igitur nullas habet partes. Si enim partes haberet, non esset summe unum, sed quodāmodo multa. Cum totum sit sue partes simul sumptę. Et ipsum omnia replēt ut ostensum est, igitur replēt materiam a/ & c/ & d/ e/ & b. At non alia pars plenitudinis eius est sub parte a/ & alia sub parte c, & ita consequenter. Alioquin haberet partes plenitudinis diuersas, quod eius maxime simplicitati & unitati repugnat, igitur alicuius plenitudo adest toti corpori dimēso, & tamen non cuiuslibet parti corporis adest alia & alia plenitudinis portio. Sic intelligentiæ plenitudo toti cælo dimēso adest, & tamen diuersis cæli partibus non respondēt diuersę plenitudinis partes, ut non est alia pars plenitudinis in oriente & alia in occidēte. Nam intelligentia cum sit simplex, huiusmodi diuersas partes non habet, sed est tota in toto cælo/ & tota in qualibet parte. Itā animę rōnalis plenitudo adest toti corpori, & tamen sub alijs partibus corporis non sunt diuersę plenitudinis partes/ sed tota est in toto corpore/ & tota in qualibet parte. Tota quidē in toto & totaliter quia inclusa, & tota in qualibet parte sed nō totaliter, neq̄ enim inclusa est animę plenitudo capiti hominis neq̄ exclusā, & remoto simulachro est ut summa dei plenitudo in mundo. ¶ Est igitur anima nostra tāq̄ punctum/ corpus nostrum replens. Nam ut punctum indiuisibile est in partē extensionis, ita anima/ cuiusq̄ plenitudo indiuisibilis in partes diuersas plenitudinis. Eadem ratione intelligentia dicitur punctum replens cælum. Nam eius plenitudo in partes diuelli non potest. Et deus est punctum replens uniuersum. Nam omnino simplex & indiuisus/ indiuisibile numero plenitudinis partes, ut punctum indiuisum est in partes extensionis. Quāvis enim punctum plē



tu. Inis expers, ad cognoscendam rerum plenitudinem minime conueniat, quia tamen indiuiduum est ad simplicitatem & indiuiduam plenitudinis unitatem intelligendam recte conuenit.



Continua sunt quorum vltima sunt vnum. Se tangentia vero, quorum vltima sunt simul. Punctum est lineae vltimum cuiusquidem pars nulla est. Nam si partes vltimas punctum haberet, ipsum minime vltimum esse posset. Et linea est superficiei vltimum latitudinis expers. Superficies vero corporis vltimum, spissitudinis/crassitudinis expers. Puncti siquidem natura est ad continuandum/terminandum & tagendum. Continuat enim lineam, lineam terminat/inchoat/atque finit. Et lineae aut in directum protrahit vt a c/ & c b, aut angulum facientes vt d e/ & e f et tangunt in puncto. Nam e vnus vltimum, & c vltimum alterius simul sunt. Itidem & e vnus, & c alterius. Lineae vero natura est ad continuandum, terminandum, tangendum & distrahendum, vt quod secundum vnum secundum interuallum sectionem recipiat. Enan. Ad continuandum scilicet superficiei/ superficiei terminandum, & quo se (seu in directum protense seu ad angulum) superficiei tangant. Id te velle opinor. One. Id ipsum. Et superficiei identidem rebus accommodata videtur, quo corpus continet, terminet, tangat, quoue distrahatur. Nam duo sortita est secunda interualla. Corporis autem officium atque natura, non amplius continuare/terminare aut esse tangendi medium, sed eo opus est ad occupandum & distrahendum. Enan. Ita mihi consonum videtur. Nam nihil corpore continuatur, sed corporis media, & ceterae partes omnes, superficiei continuatur, neque corpus vllum, corporis terminus est. One. Na huiusmodi terminus, quidam corporis vltimum esse debet, quod nullum corpus esse potest. Neque corpora ad tangendum, vt puncta, lineae aut superficiei conducunt, nam simul esse non possunt, vt quae se occuparent, quod natura non sinit. Enan. Sic est. One. Ad occupandum autem conducit corpus, vt quod secum nunquam simul alterum corpus admittat. Et ad distrahendum, quod triplex sortitum sit secundum interuallum. Enan. Sed vtram Oneropole duarum vltimarum conditionum, corpori accommodatorem, magisque propriam arbitraris: One. Ego reor occupationem. Nam omne corpus occupat, non autem distrahitur omne, vt celeste. Sed distaxat distrahuntur diuellunturque, quae fluxe potentiae simul/vnaque distrahibili addita sunt. Enan. Ita mihi coniciebam. One. Sed putas ne aliud esse magis accommodum magisque proprium corporis officium quod occupare, simulque cum altero corpore esse non posse? Enan. Quidnam aliud? One. Rem facere esse corpoream. Nam id nunquam a confuso corpore separari potest, alterum autem potest, & si non nature ingenio, atque potestate. Enan. Quomodo hoc dicitis? One. Mens tua si apte natura non occupat. Enan. Non occupat. One. Et tuum atque meum corpus hoc pacto occupat. Enan. vtrumque hoc pacto. One. & mens tua, & anima istidem mea, per tuum & meum corpus occupant, ita vt tua anima simul cum mea, idem replere non possit, neque possit simul esse. Ena. Per accidens videlicet, quod diu nostris corporeis molibus coniunctae, alligataeque fuerint. One. Et mens nostra magis a dimensionum conditione & natura recedit, & ad plenitudinis uaturam accedit, quae dimensio a conditione & natura plenitudinis & replentiae. Enan. Videtur. One. Nec iniuria. Nam corpus per se ipsum plenum, replentiamque habet, anima autem noster non per se occupat. Enan. Haud dubium. One. Si igitur mens nostra ad corpus sese haberet, vt nunc corpus ad ipsam sese habet, sicut mens nostra nunc corporis conditionem, ita & corpus tunc mentis sequeretur conditionem. Enan. Consentaneum videtur. One. At nunc mens, corporea obruta mole per corpus occupat, datque animae corpus (vt ita dixerim) replentiam occupantem. Ena. Cōcessum est. One. daret igitur tunc mens corpori plenitudinem atque replentiam haud occupantem, ita vt nihil obstaculo foret, quo minus vna cum aliis corporibus esse posset. Enan. quod pulchre me deduxisti (quod & ego diu in hac cana etate deductus desideraueram) ad cōtemplandum quomodo beatifica corpora haud occupent, & si dimensa longa/lata/atque profunda sint. Et me nunc hac, tua gratia liberaasti ignorantia. One. Per accidens videlicet, alterius conditionem & non suam quidem sequentia. Sed vide quo euagati sumus de puncto disputaturi. Ridebit nos Homophros, si longius pergere perseueremus. Enan. Felicitate quidem. Optaret etiam Homophros te longius euagaturum, sed quando tibi placet ad propositum reuertamur. Hoc tamē peti statuimus: One. Sicut corpus magnitudinum perfecta est & ois, suo ternario cōpletus/perfectusque cōsurgens (longitudine enim/latitudine/ & spissitudine confurgit, praeter quae: nulla magnitudo/nullusque secundum interuallum relictus est) ita superficiei, terminus perfectus est & ois, suoque ternario cōpletus/perfectusque cōsurgens, qui trinus est, longi scilicet/lati & profundus. At si persequi voles nos tade digredi coges. Ena. Haud plura hac dere amplius sciscitor, ad nostrum relabor punctum. One. Ipsum ad continuandum & terminandum & tagendum, aptum esse posuimus. Enan. vtrique, & tamen si ipsum impers sit/indiuiduumque, diuisioni tamen aptum est. One. non sui scilicet sed lineae, nam linea secundum punctum diuidua est. Enan. Hoc ipsum est quod me angit, quomodo linea videlicet secundum punctum partiatur, vt linea a b secundum punctum c. na profinus diuise, duo puncta sese offerunt vt puta c & d. quod si simul in linea a b erant, proculdubio duo puncta in eadem linea subinueniem proxima & immediata fuissent. Et si duo. cur non omnia, imo & infinita abeatque linea ex punctis conflata? One. hoc siquidem impossibile. quandoquidem punctum puncto additum, nullam attollat magnitudinem. Qui enim fieri possit, vt quod omnino extensionis expers sit & immune,



31 hæc re meoũ plane consto, moror audire quid tu **O**neropole sentias. **O**nero.  $\llcorner$  Res hæc / o amici nimis difficilis / & ardua quã plurimis visa est / & mihi quoq; alias, quã si atq; ego sentias: statim quã facillimã iudicabitis. **H**o. Quo pacto / o **O**neropole quã facillimã? **O**nero. Vt calidum / & frigidũ, aut album / & nigrũ. **H**o. **H**orum / o **O**neropole magna facilitas est, sed illis rarum / & densum paria non facio, neq; (vt puto) **E**nantius. **O**nero. Attendite queso, & si dicenda vobis rationabilia videbuntur: & magis is qua vos vobiscũ cõstare nõ permittunt, meũ sentite. **H**o. Id rationabile est, & vterq; nostrũ est (vt ait **H**oratiũ) nullo addictus iurare in verba magistrũ. **O**nero. Tales profecto facile doctrinã capessunt. **A**dnuaduertere ergo **H**omophron: res albescit suscepta albedine. **H**o. Certe. **O**nero. Et simul depulsa nigredine, aut medeo colore. **H**o. Simul depellitur. **O**nero. Ita amice res rarefcit suscepta rara dimensione / & depulsa dimensione densa, aut meda. **H**o. **Q**uid ais / o **O**neropole. **O**nero. Rẽ faciliẽ, vt vobis promiserã. Est enim rari dimensio / vt albedo, & dimensio densi / vt nigredo, & maxime rari, vt ignis dimensio: maxima albedo est. Et maxime dẽsi / vt terra, maxima nigredo, & mediorũ rarorũ / & densorũ, vt aeris / & aquæ dimensio, medii sunt colores, vt flauũ / & rubeum.  $\llcorner$  Quo fit / vt quantitas quãtitati / vt dimensio dimensionĩ habeat cõtraria, hæc vt extremũ extremo, hæc vt extremũ / & medium, hæc porro / vt mediũ medeo. **H**o. Sẽtio quorũ hęc tua de coloribus ad dimensiones analogia. Sed altera ex parte rubore suffundor, quæ me hætenus ignorãtia tenuerit. **O**nero. Forte categoriarũ distum occasione præbit. **H**o. Proculdubio id distum. **O**nero. Sane quãtitatis dicibilia hic non magis, quẽ indubie **L**ogica contraria non habent, sed **P**hysicarum quãtitatum hic cõtemplationes exquisimus, quarum plane fatemur esse **P**hysica contraria. **H**o. **O**btulus ego, id nõi præsentẽbã sic esse vtendum.  $\llcorner$  Sed vnũ id requiro, an raritatis / & densitatis nominibus aliud quicquã quã dimensionem intelligi velis, **O**nero. Nichil raritatis nomine / nisi raram dimensionem intelligo, & densitatis nomine / nisi densam. **A**tamen dimensio / & raritas ratione duo sunt. **I**tidem dimensio / & densitas.  $\llcorner$  Et quanta contrarietas / o **H**omophron, & **E**nantĩ in coloribus, tum extremis, tum mediis comperitur: tanta aut fecundior in rerum sensibilium dimensionibus existimanda est. **N**am ducitur colores secundum aliquid sit in eadem subiecti parte se simul tempore admittunt, quemadmodũ in tepido caliditas / & frigiditas: cum aqua se sponte ad natũ frigus retrocet. **A**t nunquã diuersæ dimensiones / seu sint extremae / seu medix: in eadem subiecti parte se simul tempore admittunt. **N**am se occupant, quod natura non permittit.  $\llcorner$  Vnde nobis exploratum esse potest omnẽ maiorem raritatem in minori, & omnẽ minorem maiori: itidẽ omnẽ maiorem densitatem in minori, & omnẽ minorem maiori esse contrariã, vt quæ se ab eodem subiecto mutuo expellant, & eidem vicissim assint, nõ tamen vt extremũ extremũ, sed interdum / vt albedo / & flauities / nigredo / & liuor. **I**nterdum vero / vt flauities / & liuor. **E**t reuera de raro / & denso philosophari: perinde est / atq; de albo / nigro / & mediis coloribus philosophari. **H**omo. Mira sunt hæc / o **E**nantĩ. **E**nan. **E**t me iudice vera, videor enim mihi **A**ristotelicã sententiam de raro / & denso per calidum / & frigidũ in **X**urhum deprehendere, quod per album / & nigrum nobis pulchre confect **O**neropolis. **E**t diu animũ circa id deprehendendum volutauerã, & nunquã plene quid esset, ad hanc diem deprehendere potera. **A**t me semper veri fugiebat sententia, quã aperiente **O**neropolo tandẽ tenuimus. **E**t plane vtideo philosophandũ esse de raro / & denso: perinde atq; de albo / & nigro / calido / & frigido. **S**ed tu perge absoluerẽ **O**neropole. **O**nero. Id ipsum est / o **E**nantĩ, quod dixisti.  $\llcorner$  Et quẽadmodum magna facilitate rebus concessum est, vt de minus calido permutentur in magis calidum, & de magis calido in minus. **H**abitus noster huius rei argumento est. **N**am manu proxime os admota apparet calidus: ea vero paulo distans remota protinus apparet frigidus: iam de calido permutatus in frigidũ. **E**nan. Apparet. **O**nero. Eadẽ quoq; facilitate res de minus raro pmutatur in rariũ, & de minus dẽso in densius. **C**õsiderasti ne aliquando qd facile noster habitus dispareat? **E**nan. **P**aruula admodũ mora. **O**nero. **Q**uo pacto hoc / o **E**nantĩ. **E**nan. **Q**uia rarior factus sit. **O**nero. **E**t ita de fumo / & vapore: cũ quid caleat / efferueatq; ab igni. **E**nan. **I**dẽ. **O**nero. **N**ã si semper æquale grossitiũ seruariet quã habent apparatus: nequaquã disparent, quẽadmodũ aqua sub eadẽ molis dẽsitate manens, semp visibilis apparet. **E**nan. **S**ane. **O**nero. **E**t qua facilitate atq; proptitudine ea rarefcere intelligis, & de minus raro in magis rarũ pmutari, eadẽ proptitudine (cõueniẽtiibus adhibitis causis) minus dẽsa pmutatur in densius, vt modica aqua (imagno etiã nõ cõtinente vase) valido fervore rarefacta, modico insecto frigido statim residet / pmutaturq; in densius. **E**nan. **P**erpalam est. **O**nero. **I**ta quoq; multo genito fumo, aer aliubi cito efficitur crassior, & multo raro corpore inspissato, vt cũ stant nubes, propta raritudine sit, aer extensior. **E**st enim corporibus, & potissimũ aeri hæc insita prontas, nõc vt cita cõdensatione occupatio corporũ vitetur, nõc vno vt cita, & facili raritudine excludatur vacuum. **E**nan. **E**t id quidẽ rationale multũ. **E**t tua gratia perpedo hæc rarefcẽdi dẽsum: qd; pronitate / ac facilitate cõueniẽtiibus adhibitis causis mirã esse. **O**nero. **M**irã certe: nã aeris mirã habilitas est ad calidum / & frigidum: tamen hoc illi innaturale sit, illud vero secundũ naturã. **I**ta vt nunquã tam cito frigidum aerem inspiratum emittere possis: quin calidum expires. **E**nan. **N**unquam. **O**nero. **T**alem coniecto aeris, nunc ad maiorem, & nunc ad minorem rarefcẽtiam: facilitatem.

**R**arum est quod sub pauca materia magnam habet quantitatem.  $\llcorner$  Densum vero quod sub multa materia parua habet quantitatem.  $\llcorner$  Quãvis enim eadẽ numero substantiaq; / sit materia rari & densi: tamen sub magna quantitate dicitur pauca in comparatione ad seipsam sub quantitate parua. **C**ontra vero ipsa sub parua quantitate dicitur multa in comparatione

atione ad seipsam sub magna quantitate. Magna autem rari quantitas et parva densitas ipsa ab invicem differunt. Vt sit data corpus a Ik decupedale: cuius decem partes integrales sunt / a / b / c / d / e / f / g / h / i / k . Sicut ipsum decem habet dimensionis partes numero a se invicem distictas: ita et decem habet materię partes illis dimensionū partibus respondentes et a se invicem distictas, vt aliud est materię sub parte a / et aliud sub parte b , cū distractione dimensionis materia a possit distrahī a parte b , quemadmodum superius cōsimilis ratio formata est. Itaq; si tota materia a Ik / et omnes eius partes ponatur esse sub quantitate pedali l , sub l multū est materię / et parua quantitas cōparatione facta ad a Ik , quia sub corpore pedali l tantū est materię , quantū sub magno corpore a Ik : ergo corpus l est densum ad a Ik . E diuerso cōparado corpus l ad corpus a Ik / parua materię est sub a Ik / et magna quantitas , quia nō plus materię est sub magno corpore a Ik quā sub paruo corpore l , ergo corpus a Ik est rarū ad corpus l . Materja siquidē densi est , vt .xx. homines in domo , materia vero rari / vt .xx. homines in vrbe . Quantitas densa / vt domus . Quantitas rari / vt vrbs . Nepe .xx. homines in domo sunt multi ad eosdē in vrbe , q̄ totidē sint in loco angustiori quot in ampliori . Cōtra vero .xx. homines in vrbe dicuntur pauci ad eosdē in domo , q̄ nō plures sint in loco capaciore , et spaciore quā in arctiori , et tamē totidē , imo quā numero sunt homines in domo , et in vrbe . Eodē modo intelligendū est de materia rari et densi , q̄ diuersis rationibus est multa , et parua . Et sicut spaciū vrbs / et ambitus eius nō est spaciū domus : ita quantitas rari nō est quantitas densa . Cū autē rari et densum hic diffinita sunt quatenus relatiua ad invicē , vt magnū et parū , multū et parū / relatiua rationē habent : idē ad diuersa comparatū est rarū et densum , perinde atq; idē mons ad parū lapidē magnus est , et ad maiore montē parus , vt aer supponatur habere tantū materię sub quantitate pedali quantū ignis sub quantitate decē pedū , aer est densus ad ignē , et vt l ad a Ik . Idē autē aer si ponatur habere tantū materię sub quantitate decupedali quantū aqua sub quantitate pedali , est rarus ad aquā , et vt a Ik ad l . Identidē aqua ad aerē densa est superiori ratione , et ad terrā rara , cum tantū habeat materię sub quantitate decupedali quantū terra sub quantitate pedali . Terra autē solū densa est , imo natura densissima : sicut ignis solū rarus est , cū nihil sub eadē materia natum sit habere maiore quantitate igne . Quare quatuor elementorū supremū est solū rarū , et infimū solum densum . Intermedia vero ad superiora / densa sunt , et ad inferiora / rara . Cū autē sunt modi rarefactionis et cōdensationis in

Duo rarefactionis / et cōdensationis improprii / de quibus impræsentiariū sermo futurus nō est . Primo rarefactio impropria est partū alicuius corporis altero corpore subiecto dilatatio , vt cū aer / aut aqua subit cōcitantibus spongie / aut lane , tunc aeris / aut aque imbibitione partes spongie / aut lane ( vt que adueniēti corpori cedunt ) dilatantur . Et cōdensatio ei opposita est partū corporis altero quidē corpore externe cōpressio , vt cum spōgia plena aere / aut aqua vehementer cōprimuntur , visu percipimus aquā effluere , tactū autē ( ad motū ad faciē / aut manū spōgia ) percipimus aerē velut flatum quendā et spiritum exire . Cū secundō rarefactio impropria est alicuius per partū distractionē nullo subeunte corpore extensio , vt cum coriū extenditur / aut cera rotunda in longū ducitur / aut aqua cōgregata digito in longū porrigitur . In quibus nō est partium dimensionis extra se segregatio , nam quantū vna dimensione , vt longitudine crescunt , tantū altera vt profunditate / aut latitudine decrescunt . Cōdensatione autē ei opposita est alicuius per partium approximationē nullo egrediente corpore cōtractio / et cōstrictio , vt cum cera in longum / latine porrecta in massā conglobatur . Neutra autem harū rarefactionum / aut cōdensationum propria est , quia secundū vtamq; in raro / et denso manet eadem numero quantitas , quāuis alium habeat situm partium . In propria autem rarefactione et cōdensatione quantitas prior perditur , et alia non numero solum verū etiam specie differens acquiritur . In primo pereterca improprie rarefactionis et cōdensationis modo sit partium corporis dilatatio / aut compressio altero corpore subiecto / aut egrediente . In propria autem rarefactione nullo corpus ingreditur , neq; in cōdensatione egreditur substantia , sed eadē penitus manet materia sub raro / et denso , vt sequentia declarabunt . Quid autē rarū et densum sit , et quomodo rarefactio et cōdensatio fiat : duplici analogia aperitur . Prima est eadē et frigidi , quā ponit Philosophus in 9 . cap . 4 . physice contra Xutū / apta quidē ad intelligendū quomodo eadē est materia rari et densi , et quia raritas caliditati et densitas frigiditati potissimū coniuncta est . Secunda est albi et nigri , conueniens admodū ad cognoscendū cōtrarietatem , et quantitatu extremarū et mediarū , facilius quidem intelligendam per colores in quibus media inter se , et ab extremis specie differunt , quā per calidum et frigidum quorum medium tepidum vtriusq; extremi aliquid participat . Sicut igitur cum res albescit , depellitur nigredō / aut medius color , et in eodem subiecto acquiritur albedo : ita cum res rarefit , depeditur quantitas densa præsistens , et in eodem acquiritur rari , sicutq; ibidem duo motus , vnus depeditus densitatis , secundus vero acquiritus raritatis . E diuerso cum quid nigrescit , depellitur albedo , et in eodem subiecto acquiritur cōtraria nigredo : ita cum quid condensatur , depeditur raritas et acquiritur in eodē subiecto cōtraria densitas , suntq; ibi duo motus , vnus depeditus raritatis , alter acquiritus densitatis . Constituitis itaq; quatuor elementis , dimensio ignis maxime rari , est vt maxima albedo . Est enim ignis rerum naturalium natura rarissimum . Dimensio aeris minus rari , est vt flauities . Dimensio aque minus dense natura , est vt rubedo . Dimensio terre maxime dense , est vt maxima nigredo . Suntq; maxima raritas , et maxima densitas / extrema , vt albedo et nigredo . Minor autem raritas , et minor densitas / media , vt flauities et rubedo . Et sicut in coloribus est rerum cōtrarietas : ita et in quantitatibus extremū extremo contrariatur , vt maxima raritas maxime densitati . Interdū extremū medio , vt extrema raritas minori raritati , et maxima densitas minori densitati . Interdum medium extremo , vt minor raritas maxime raritati , et minor densitas maxime densitati . Interdum vero medium medio , vt minor raritas minori densitati : vt in coloribus flauities ruberi . Neq; valet obiectio contra dicta , q̄ Philosophus dicit in predicamentis quantitati nihil esse cōtrarium . At raritas et densitas sunt dimensiones : igitur non sunt inter se cōtraria . Nam Aristotelis dictum / de dicibilibus predicamenti quantitas secundū materiam subiectam intelligendū est : quibus non sunt logica cōtraria . Hic autem de rebus que sunt quantitates fit sermo : quibus sunt physica cōtraria . Cū raritas autem / et dimensio rara idem sunt reipsa : ita et densitas et dimensio densa : sicut equalitas et quantitas equalis , similitudo et qualitas similis idē sunt : tamen ratione differunt . Nam ratio dimensionis est ratio quantitatis : ratio autē raritatis et densitatis est aliquid , sicut equalitatis et similitudinis . Cū in dimensionibus autē maior cōtrarietas et repugnantiā cōperitur , quā in coloribus / et extremis / et medijs . Ea enim magis sunt cōtraria que in eadem subiecti parte secundū aliquid sui se simul non permittunt : quā que in eadem parte subiecti simul esse possunt , cū ab eodem subiecto illa

Quo pacto sit rarefactio et cōdensatio .

Quo pacto sit rarefactio et cōdensatio .

Canillationis solutio .

magis se expellant . At dimensiones cōtrarie non se simul cōpatiuntur in eadē parte subiecti . Alioquin fieret penetratio dimensionū . Colores autē se simul in eodē secūdū aliquid sui permittunt , vt gradus vnus albedinis , et vnus nigredinis simul sunt , sicut modica caliditas , et modica frigiditatis in aqua tepida , igitur . Ex quibus constat , q̄ omnis maior raritas minori est cōtraria , aliquādo quidē , vt extremū medio si fuerit maxima , quemadmodū raritas ignis / et aeris . Aliquādo vero vt mediū medio , cū ea maxima non fuerit , quemadmodū raritas aeris cōtrariatur raritati fumi . E diuerso omnis minor raritas cōtrariatur maiori raritati , interdum vt mediū extremo , cū ipsa maior raritas sit maxima , quemadmodū raritas aeris / et ignis . Interdū vero vt mediū medio , cū maior raritas data nō fuerit maxima , quemadmodū raritas fumi minor , et aeris maior . Sic omnis maior densitas est minori densitati cōtraria , plerūq; vt extremū medio , quādo maior densitas est maxima , quemadmodū densitas terre / et aque . Plerūq; autē vt mediū medio , cū data densitas maior nō est maxima natura , sicut densitas aque frigidæ / et aque feruentis . E diuerso omnis minor densitas est maiori cōtraria , interdum vt mediū extremo , quādo maior densitas est maxima , vt densitas aque densitati terre . Interdū vero vt mediū medio , quādo data maior densitas non est maxima , vt densitas aque feruidæ densitati aque frigidæ . Et sicut facile res mutatur de magis calido in minus , quemadmodū aer inspiratus cū primū ore egreditur percipitur calidus , distantiore autē spacio frigidus . Ita facile mutatur res naturales de raro in densum , aut minus densum in magis densum , vt aqua efferuens , et totū vas implens inieclo modico frigido protinus condensatur , et vix mediū vas implet . Est enim magis rarū , vt magis calidū , et minus rarū , vt minus calidū , id tamen interest q̄ magis calidū , et minus eiusdē sunt nature , et adueniente noua caliditate præcillens caliditas nō depeditur , maior autē raritas et minor sunt diuersæ species / et cōtrarie adinvicē , et si prius minor fuerit in materia raritas , adueniente maiore minor tota depeditur , et maior in toto subiecto acquiritur , et maior in toto subiecto acquiritur , et sicut facile res mutatur de frigido in calidum , vt aer quantūlibet frigidus inspiratione attractus si rursum emittatur factus est calidus , ita res cito de minus raro fit magis rara , vt halitus noster cū emittitur minus rarus est / et grossiusculus oculis q̄ nris conspicitur . Inter posita vero aliquādo mora euanescenti et dispersi factus rarior et subtilior , sicut enim equalē seruaret semper grossitiē , equę postea vt prius esset visibilis . Itaq; ex hac facilitate constat , q̄ et alicuius corporis sit rarefactio , alterius corporis alibi sit cōdensatione . Rarū enim productū maiore locū occupat quā prius : si igitur omnia sua quā prius habebat seruaret molē , esset penetratio dimensionū , et rarū eūdē locū cū altero corpore occuparet , quod nō faciat , per cōdensationē conceitatur locus corpori rarefacto : nepe condensati corpus minorē quā prius locū occupat . Cōtra vero quādo alicuius sit cōdensatione , alterius corporis alibi fit rarefactio . Cōdensati enim corpus minorē quā prius locum occupat , quare si cetera corpora equalē priori habere magnitudinē , relinqretur vacuū , ad quod euandū , per alterius corporis rarefactionē repletur , id loci quod per cōdensationē dimissum fuerat . Nepe rarefactū maiore quā prius locū occupat . Sic multo fumo genito aer alibi sit densior , et condensatis in nubem vaporibus aer prompter et facile fit rarior , vt cōdensatione vitetur penetratio dimensionū , et rarefactione vacuū .

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

Quo pacto sit rarefactio et cōdensatione .

a c b

b

videtur. One. Et si quantitas posterior solū parti materię a / aut parti c / aut b adueniat: nõne eadē acci- dent in cōmoda: Ho. Hęc in cōmoda profecto nostrā sequitur absurditatē. One. Nā corporea dimensio solū illi materię ut subiecto adest: quæ eadē distractione distrahitur, & diuisione diuiditur, & quæ simul suam plenitudinē/atq; repletiā habent. Ho. Ita est certe. Sed id me fallebat, q̄ crediderim dimensioes materię esse cōternas, & eiusdē naturę omnes, & insuper dimensioes nihil agere posse. One. Attende / o Homophron quid dicas. Quomodo stat, eiusdē naturę / dimensioes esse omnes: et has materię cōter- nas esse, & tamen cum quicquā rarefcit: nouā / & eiusdē naturę inducis. Sed cur potius prior materię cō- terna sit, quā posterior eiusdē / consimilisq; naturę: Ho. Rīdīculus sum. Sed me futurum respondendo minus idoneū, vero præfagto prædixerā. One. Nullā res sensibils materię / cōternā dimensioē / & in- corruptibilem cogitare debes, sed materię sensibils inseparabile accidens, quemadmodū color nobis inseparabile accidens dicitur, q̄ nunquā sine colore esse possimus. Sine tamē hoc / & sine illo esse possi- mus. Ita materā nunquā sine dimensioe esse potest. Attamen sine rara, & similiter sine densa esse potest, non autē simul, sed successioe quadā. Ho. Consentaneū est. One. Et condensatio sola quātitate corrup- ta, & nulla aduetante noua: eiusdē argumentis fieri nõ potest. Ho. Non certe. Nā aut se occupassent illę di- mensioes / aut maneret materā sine dimensioe, sua quidē corrupta / & nulla noua reparata, aut accidēs, vt reliqua dimensio immigraret in illā. One. Recte sentis. Ho. Excogitauī rursum aliquando rarefactio- nem distractione fieri: sicut mollicula cera distenditur, nunc in longū, nunc in latum, nõ attēdens quan- tum in longū porrigitur, tantū eam in profundo / & lato minui. Ideoq; cū ex pedaneo aquæ lōgo / lato & profundo: decē tantundē longi / lati & profundū generetur aeris: id partū detractioem nullo pacto fieri potest. Dentq; bellissime omnū mīhi excogitasse vīsus sum, & totus esse Pallade plenus, rarefactionē & condensatiōe fieri nulla profus adueniente / nullaq; abeunte quātitate, rarefactionē in quā elongatio- ne / & fuga partū a cētro, & condensatiōe earū dē appropinquatiōe / & vicinīa ad cētrū. One. Si pe- dale e / octo ipsi æqualia pedalia a / b / c / d / f / g / h / i / se occuparent, quantū repleant? Ho. Solum quantū e. One. Et extraheretur ab e omniūq; pedalia / a / b / c / d / f / e / et consequētes. Ho. Proculdu- bto. One. Quid igitur refert tua hæc condensatio a dimensioē occupatiōe? Et quid tua hæc rarefā- tio a dimensioē se occupantū extractiōe? Ho. Id ego ambigebā / fieriq; id mīhi mīnime posse vide- batur, vt decē pedalia (vt cum ex aere sit aqua) tantū atq; vnum tandē occupent / semper suas partes extra se inuicē seruantiā, quin se occuparent. Et vñ rursum pedale ad denariā molem se extendere (vt cum ex aqua sit aer) nisi prius illa decē se occupassent, aut interfectum / interhiansq; relinqueretur vacuū. Enan. Cōstanter tamen semper / o Homophron incicias ihas, aut corpora se occupare, aut corpora ex corporib; extrahi, aut aliquid interceptū relinquit vacuū. Ho. Cōstantissime / o Enanti: id ore negabam: tamen si forte id meæ sentētiæ pugnet, nunc autē longe verissime cū Oneropolo / & suo pulchro Aristotele al- ter sentiamus: rarefactioē, scilicet fieri dimensioe densiore abiectione, & rara acquisita. Et condensatiōe dimensioe rareiore depulsa, & densa suscepta, & hunc motū ad quātitate esse: & de contrario in contra- rium, aut medio, quemadmodū / & ceteri motus. Itane tecum sentiemus / o Oneropole: One. Ita maxime: si vobis recte dicta videantur. Ho. Mīhi quidē recte. Enan. Et mīhi, & sentio me tua gratia / o Oneropole æterno problemate liberatū: et te mentē meā a languore (est enim ambiguitas / & opinio / mentis anxietas & languor) eripuisse. One. Gaudeo potuisse quod vobis gratū vīsum sit, sed nunc hæc mīssa fa- ctiamus. Paratę sunt epule, nos vna ( si rem mīhi quā gratissimā facturū estis) hodie discībemus. Enan. Præstare nos amico difficile mīnime decet, quo mīnus hodie conuuiuius, cum quo nobis / vel semper conuiuere felicissimum esset. Ho. Lepidus es / o Enanti: fiat ergo vt vult Oneropolus.

|   |   |   |
|---|---|---|
| a | b | c |
| d | e | f |
| g | h | i |

e

¶ Quæ forma substatialis ignis in sua materia maximā producit caliditatē, cū sit natura calidissimus: ita & maximā 37 raritatē, nā rarissimus est. Raritas autē ignis nihil aliud est quā dimensio ipsius ignis, forma igitur substatialis ignis producit ma- gnitudinē ignis corporeis / sine corpore. At non est natū esse corpus sine superficie ipsū terminatē, aut continuatē: ergo forma ignis producit superficiē. Natura autē superficies lineis clauditur / continuaturq;. Forma igitur ignis (q̄ est res taliter sint, qualiter nate sunt esse) producit lineas, quare & pūctū lineas terminatā, aut cōtinuatā. Nata est enim linea pūctū claudit / & terminari. Manifestum est igitur diuiso corpore: nouā superficie / diuisa superficie: nouā lineā / diuisa lineā: nouā pūctū a forma substatialis reparari. Rursum perspicuū est cōtinuatis duobus corporib; / superficie / cōtinuatis superficiebus, lineā / cōtinuatis lineis, pūctū vñ, aut plura de- leri, vt res ipse sint quæ optime nate sunt esse, quæ admodū numero. 23. ap̄ius declaratū est. ¶ Rarū autē simpliciter, & absolute 38 dicitur qd̄ propter suā subtilitatē a nobis videri nõ potest, vt ignis elemētaris in cocano lune, & si lucidus sit, nobis tamē etiā fere no tempore nõ est conspicuū, similiter & aer. Desum autē simpliciter, & absolute est qd̄ propter suā grossitatē a nobis bene videtur, vt aqua / & terra. ¶ De rarefactione autē sentiat nõnulli (quorū sentētiā prius seclatus est Homophron) q̄ fiat acquisita quidē noua quātitate, sed priore nõ depedita imo manētē. Contra quos huiusmodi sit argumētatio. Sit datū corpus a c b / qd̄ diuidatur in tres ptes / integrales / a c b, vt vnicuiq; parti sua respōdeat / q̄ quātitas / materia: sitq; tota prior quātitas in tota materia. Manifestū est, q̄ ipsa totā replebit materiā, vt nihil sit materię in quo nõ sit aliqd̄ prioris quātitates, neq; quicq; prioris quātitates qd̄ nõ sit aliqd̄ materię pte. Deinde corp; illud rarefcit, p̄ hypothesisiq; maneat prior quātitas, vt dicitur aduersari; / & acquiratur noua. Vel noua illa quātitas acquiratur in tota materia a c b, vel in aliq; pte ei; / Si in tota materia, sic q; posterioris quātitates repletiā equetur repletiā materię: ergo prior quātitas, & posterior se occupabit, cū eandē omnino repleat materiā a c b. Quicūq; enim aderit prior quā- titas, eadē aderit posterior, quare se subierint due illę quātitates, qd̄ est impossibile. ¶ Si quis dicat priorē quātitate manere quidē,

sed non amplius esse in eo subiecto in quo prius fuit sed alio, ergo ipsa transiuit de subiecto in subiectum, quod iterum est impos- sibile. Rursum si quis dicat posteriorē quātitate priori aduenientē non simul habere repletiā suā cū prioreneq; aduenire in eodē subiecto cū priore, ergo post aduentū posterioris materia adhuc haberet solū repletiā suā cū dimensioe priori a c b cōiunctā, ad cuius quidē prioris dimensiois distractionē ipsa materia distraheretur. Igitur cū posterior dimensio distraheretur a priori, cū ipsa posteriore nihil distraheretur materię, quare esset sine subiecto. ¶ Prior etiā fuisse sine subiecto. Nā dimensio illi materię ut subie- cto adest, q̄ eadē distractione cū materia distrahitur, & q̄ simul cū materia suam repletiā habet. At impossibile est accidens mane- re sine subiecto. Neq; posterior dimensio acquiritur in alio subiecto, quia cū eadē numero sit materia rari & deni / si noua adueni- ret materia cum dimensioe non esset rarefactio proprie dicta. Si vero posterior quātitas solum aduenit parti materię ut a, ergo dimensio prior q̄ fuit in a, & posterior adueniens in eadem materia se occupant, quod est impossibile. Quod si dimensio q̄ prius fuit in materia a post aduentum dimensiois posterioris amplius non sit in a sed in materia c, ergo tranfiuit de subiecto in subiectū quod etiā est impossibile, & idem accidit inueniens si dimensio prior illius partis materię (in qua adueniens dimensio recipitur) recepta fuerit in materia b. Quod si quis dicat dimensioem priorem q̄ fuit in materia a manere quidē sed nõ in subiecto. Igitur ad accidens manet sine subiecto quod est impossibile. Et ita de ceteris partibus materię arguendū est. ¶ Neq; recte dici potest dimensioes esse materię cōternas, & eas semper in materia fuisse, ut quasq; dimensioes nunc habet materia easdem semp habuerit. Id enim repugnat prius dictis per Homophronēq; in rarefactione nouā dimensio adueniat, si enim aduenit noua, nõ est ipsa materię cōternas / cū incipiat adesse materię. Quod si posterior dimensio in rarefactione adueniens nõ est materię cōternas, ergo neq; prior, cum ponat Homophron dimensioes oēs esse eiusdē naturę, quod tamē falsum est / sicut & colores oēs esse eiusdem naturę. Falsum tamen idem dimensioes aduenire a gere non posse. nam inter se contrarię sunt. Propriū autē contrarium est adiuicē agere. ¶ Pa- ti: & quicquid habet contrariū a suo contrario corrumpi natum est. Sicut igitur color est accidens inseparabile homini, quia sine colore esse non possumus, tamen sine hoc aut illo esse possumus, cum nullus nobis sit cōternas. ita quantitas dicitur accidēs insepa- rabile materię quia materia sine dimensioe esse non potest, sine hac tamen & sine illa esse potest. Nam eam quā habet potest deper- dere & aliam acquirere, ut sine forma substatiali esse non potest, successiue tamen habet diuersas formas substantiales / quia nulli semper addita est, & sicut cera sine hac vel illa figura esse quidem potest, aliquā tamen semper in se figuram habet. ¶ Eodem mo- do si quis dicat in dimensioe corrūpi quātitate ut partis a / & tamen nullam aliā acquiri, sequitur materiā a, deperditā priori dimensioe manere sine quantitate, quod est impossibile, aut si aliquam adhuc in se habet quantitatē, igitur illa cū priori dimē- sione prius se occupauerant quod iterum est impossibile. Quod si quis dicat dimensioem partis b adesse materię a post deperditā tam dimensioem ipsius a, igitur dimensio partis b emigrat de subiecto in subiectum, quod iterum est impossibile. ¶ Neq; sen- tiendū est rarefactionē fieri distractione partium quantitatū sicut mollis cera in longum extenditur. Nā illa quanto magis in lon- gum porrigitur, tanto magis secundum longū & latum minuitur. In rarefactione autē corpus secundum longū & latum & profundum sit maius, & non secundū unum genus dimensionis solum. Præcipue enim rarefactio secundum corpus / profundūq; attenditur. quod si sit maius, & maior acquiratur superficies / latitudoq; / & maior linea & longitudo. Sic & in condensatiōe secu- dum trimam dimensionem sit decrenentum. ¶ Deniq; credendum non est rarefactionē & condensatiōe nulla quantitate adueniēs, te & nulla recedente fieri, sed rarefactionē fieri elongatione partium a cētro, condensatiōe vero appropinquatione partium ad cētrum. Nam si unum pedale extendatur in decem pedalia / nullo profus addito, ergo illa decem pedalia ante huiusmodi extensio- nem se occupauerant, nam tantum illa decem solum repleuerant quantum unū pedale. Aut si illa decē pedalia extra se extēsa non sunt sibi coherentia, inter ea interceptur uacuum quod est impossibile. Rarefactio enim fit ad euitandum uacuum. Et si in condensa- tiōe illa decē pedalia sibi rursum appropinquantiā ad unius pedalis molem redigereunt, se occuparent. nam ipsa decem solum tā- tum repleant quantum unum eorum. Id autem impossibile est. nam condensatio natura fit ad euitandum penetrationem dimensio- nū. Sentidendum est igitur cum Aristotele rarefactionem fieri densitate depulsa & acquisita raritate. Cōdensatiōem autē fieri ra- ra dimensioe expulsa, & densa acquisita. ¶ At sicut in albescatione parietis decē pedum ab / c / d / e / f / g / h / i / k, albedo secundi pe- dis manet cum albedine primi, & posteriorum pedum albedo cum albedine priorum, ita in acquisitione raritatis decupedalis, secundum pedale rarum manet cum primo pedali raro / & tertium / quartū / & consequentium pedum raritas cum raritate pcedēti, neq; adiuicē cōtrariantur / sed sunt eiusdem rationis & eiusdem totius partes consimiles. Neq; tota raritas decupedalis ad par- tem eius pedalem / & maior raritas ad minorem. Nam maior raritas est quæ sub aliqua materia maioris est molis / in comparatio- ne ad aliam quæ sub eadem materia minoris est molis. Et minus rarum dicitur quod sub aliqua materia minorem habet quanti- tatem, sub qua alterum maiorem habet. Modo in toto decupedali & parte eius una pedali non tantū dē est materię quare nõ oportet propter prius dicta totum ut maiorem raritatem contrariari parti tāq; minori raritati. Sunt enim maior raritas & minor ra- ritas alterius rationis / & naturę, sicut diuersarum specierum colores. Et quemadmodū in huiusmodi albescatione cum in primo pede acquiritur albedo, simul in eodem deperditur nigredo aut medius color, neq; manent in eodem nigredo prior & albedo adue- niens, ita in rarefactione deperditur quantitas densa / & simul in eodem subiecto acquiritur rara. Et sicut albedo primi pedis bene stat cum nigredine ceterorum pedum ut secundi & tertij, quia non sunt in eadem parte subiecti, ita raritas in prima parte mate- rię bene stat cum densitate in ceteris partibus. Et qualis seruat successio in huiusmodi albescatione, eadem & in rarefactione, in- telligendo materiā sub qua est densa quantitas in decem partes diuisam. In quarum prima primo deperditur densa & acquiritur rara dimensio / deinde in secunda / postea in tertia, & ita in diuersis temporis partibus diuersę motus partes respondent. Id tamen interest, q̄ in eodem pedali minor albedo ut unius gradus bene stat cum intensiore, ut nouem graduum: quia cum non sint dimensioes / bene idem replent. Etiam unus gradus albedinis bene est in eodem subiecto cum aliqua parte nigredinis, si- cut & modica frigiditas cum modica caliditate. Vna autem quantitas rara / neq; cum altera densa / neq; cum altera rara, etiam eiusdem rationis in eadem subiecti parte esse potest. Nam cum dimensioes sunt, se simul occupare non possunt, neq; simul idem replere.

Dimensioes nõ esse materię cōternas.

Quod rarefa- ctio nõ fit cō- gatiōe partū a cētro neq; cō- densatiōe illarū appropinquatiōe.

Quod tota p- tate ad suam partē non ma- ior ratioe sine q; pars ad to- tum minor.



Omnes o Oneropole, & nos liberaliter & laute admodum tractasti & non minus lecta fronte q̄ liberalibus sermonibus. Enan. Pro triplici cœna o Homophron gratiam Oneropolo habituri sumus. Paut enim ante hanc corpoream cœnam, superiorem intellectus partem contemplatiõe & doctrina. Mox corpora nostra lato ferculo curauit, & prudentiæ sermones non defuerunt, quo simul inferiorem animæ partem pasceret. Et si corporea cœna multū estimanda sit, si tamen ad eam respiciamus o Homophron quæ cœnam illam præcessit, parū estimabimus. Ho. Video cur hos sermones in medium adducis, velles nos ad priores sermones relabi. Enan. Id ipsum est / o amice, Et anima semper diligentiore cura corpore, curanda est. Petamus igitur uterq; nostrum ab Oneropolo vt talem cœnam iterum nobis præstet. **One.** Imo iubeatis, si quid possim, id totum vobis deuoueo. Enan. Non est igitur, cur sermonem prolixius extendamus. **¶ Dic nobis igitur an puncti/lineę & superficię sint motus, quod alio loco discutiendum prius missum feceras. One.** Præter senum conditionem fecunda o Enanti memoria polles. De puncto igitur non arbitror te ambigere, absq; motu & transmutatione esse, atq; cum deletur/absq; motu & transmutatione deleri, vt quod impers fit/quodq; in sua acquisitione/deleatione, successionem habere non possit. Enan. Ita rationale videtur. **One.** sed cum aliquando non sit & postea sit, & cum aliquando sit & postea non sit, sine motu tamen & mutatione, similitudinem tamen cum iis quę generantur & corrumpuntur gerit/habetq; aliquid generationi & corruptiõi simile. Enā. Quo pacto id sermone explicabimus? **One.** Id appellant subitam, momentaneamq; mutationem, At subita & momentanea mutatio, minime mutatio est, vt neq; oculus pictus, oculus est. Enan. Aptum mihi vocabulum visum est. **¶ Sed hæc tua responsio amplius me in dubietatem coniecit. Punctum aī absq; motu & transmutatione nunc ad ortum ducti, nunc deperdit. One.** quia sit impers. Enā. hinc mea ambiguitas est. Nam rationalis anima impers est. **One.** At non vt punctum, cum plena sit. Enan. Et id volo, nihilominus tamen in sua acquirenda plenitudine, nulla profertur successio esse potest. **One.** Nulla. Enan. Quomodo igitur homo cum prius non sit, posterius absq; motu & transmutatione non est? **One.** Et cum desinit, quomodo absq; motu & transmutatione non desinit? **One.** Rem perarduam tangis o Enanti, Et generatio & corruptio hominis non omnino ceterarum rerum generationibus & corruptionibus similis est. Opere precium est enim te hoc in loco meminisse, hominem omnis creature vinculum esse, & hæc superiori substantię/hęc vero inferiori similita gerentem, qua igitur rationalis anima superioribus substantiis conuenit, tota simul surgit ad esse, & neq; in tempore neq; instanti temporis, sed in sua pulchra cui eternitate aut cui eternitatis momento, qua vero inferioribus substantiis assimilatur/materiam/corpusq; ipsum sibi paratum carcerem pedetentim totum informat, iam tempus & successiōis seriem obseruans, quemadmodum & prior forma depellitur. Ita & in hominis obitu pedetentim ab informationis officio desinit, quemadmodum forma sequens introducitur. Non enim formę omnino sensibiles aut expelli/aut introduci in sua potentia, nisi in tempore & successiōe possunt. Cum enim homo tabescit morte resoluendus, videas prius manus mortuas/mortuosq; pedes, q̄ partes cordi vicinas. Enā. Id expertum est. **One.** Hoc amice ideo est, q̄ hominis mors/inferiorum mortem imitatur, & suum claustrum relinquendo, tempus & successiōnis seriem seruat / quemadmodum intrando obseruauerat. Enan. Tua ratio ita necesse esse concludit. Alioquin si in hominis ortu non seruaretur successiōis series, aut duo actus starent in eadem materia/aut præcedens actus in non tempore abiceretur. Et in hominis obitu aut staret materia nuda & informis/aut forma sequens in non tempore in tota materia produceretur. **One.** Recte calles. **¶ Veruntamen hoc interest, q̄ ceterorum formę in obitu ipso in suis corporibus deficiunt, vt frigiditas in aqua aduentante calore, & nixq; & nũq; postea subsistunt. At nostra anima nequaq;.** Sed hominis mors, sola est anti me a corpore seunctio atq; separatio, qua facta, ipsa rationalis anima sine corporis functione & vsu subsistit, ad corpus tamen semper & corporis vñtonē iustitiam/desideriūq; gerens. hinc o amici cognoscere possumus futurę resurrectionis ordinatiōē, Nam nullus naturę conatus, frustra: octofusq; esse potest. Enan. In iocundam o Oneropole nos traduxisti sententiam. **One.** ¶ Primū o amici nostrę anime ortum adesse, creationem dicere possumus. Nam & ipsas supercelestes & beatas substantias, quę in sua duratione (seu sempiternitate seu eni eternitate nũcupemus) totę simul oriuntur (nam impesunt) creatas esse asserunt. Et successiuā & temporalē nostrę corporis a nostra anima informationem, nostram generationem dicere possumus. Successiuam autem nostrę anime informationis desinitiam, nostram corruptionem. Enan. Concipio Si quis a me sciscitaretur quid hominis generatio sit, protinus subiungere possem, hominis generatio est successiua & temporalis a rationali anima corporis informatio, quemadmodum si intergerer quid leonis generatio, haud male responderetur successiuam & temporalem esse a leonina forma corporis informatiōē. Et si quid hominis corruptio sit, similiter subiungere possem, hominis corruptio est successiua & temporalis rationalis anime ab informatiōe corporis desitiō. **One.** Sane quidē. Hoc tamen interest q̄ in illa tota temporali & successiua parte post partē corporis informatiōe, rationalis anima tota est. non autem leonis anima/aut cuiuscq; alterius rei naturalis forma, in toto sūq; successiua & temporalis informationis tempore, est. Et rationalis aīa in toto successiua & temporalis desitiōē

40  
41  
42  
43

informationis tempore, est, qua quidem desitiōis informatiōis facta, adhuc manet & subsistit. At leonina forma aut cuiuscunq; alterius rei sensibilis, neq; desitiōis informatiōis tempore manet/neq; ea facta vsq; subsistit. Enan. ita intelligo, nam leonis & ceterarum rerum sensibilem corruptio, substantię & formę desitiō est. hominis autem corruptio (vt dixisti, & vt mihi ipsi semper conscius sum) non substantię & formę desitiō est, sed remanentis separatio. **One.** Pie o Enanti, & ea ex parte substantias superiores respicit, quarum substantię aut inceptio aut emanatio/ creatio est. & quarum desitiō, vsq; nihil est. Nam deficere sua natura non possunt. Ansimę igitur nostrę desitiō/nihil est. Enan. Nihil certe, & hæc mihi recte dicta videntur. **One.** Vis ergo Enanti ad dīmissum propositum reuertamur? Enan. volo. Attamē cognoscere desiderabam cur corpus nostrę anime carcerem vocasti. Sed aptior aliquādo forte dabitur locus, nunc autem de puncto prosequere.

**¶ P**unctum neq; motu acquiritur neq; deperditur, quia partes non habet quarum hæc sit acquisita, illa uero acquirenda, aut quarum aliqua sit deperditæ, aliqua uero deperdenda non igitur ei potest competere motus, quandoquidem quicquid mouetur indiuisibile esse oportet, ut diuersis successiōis & temporis partibus diuersis respondeant partes motus et rei quę in ea aut acquiratur aut deperditur. Cum aut punctum aliquando non sit & postea sit, id uocatur acquisitiō subita & momentanea, qua quicq; sine successiōe & in instanti acquiritur. Cum uero punctum prius sit & deinde non sit, id uocatur subita & momentanea deperditio/qua quicq; sine successiōe & in instanti deperditur. Et continentur huiusmodi acquisitiō aut deperditio sub transmutatione subita & momentanea, qua aliquid subito & sine successiōe mouetur. Neq; sequitur, est transmutatiō subita ergo est transmutatiō. Sicut neq; sequitur, est oculus pictus ergo est oculus. Nā subita determinatiō est distrahēs, quę admodū pictū respectu oculi. **¶ At si quis obijciat. Aīa rōnalis est indiuisibilis in partes eius/de rōnis numero differētes, sicut p̄ctū in partes extēsiōis.** Et p̄ctū neq; motu acquiritur neq; deperditur, q̄a est indiuisibile, ergo a rōnis usq; pugnantibus neq; aīa rōnalis motu acquiritur aut deperditur. Quare homo cū prius nō est, posterius absq; motu & transmutatiōe est. Et cū prius est & posterius nō est, absq; motu & transmutatiōe esse desinit. Neq; satisfacit solutiō q̄ quis dicat, id inter punctum & aīam rōnale interesse, q̄ p̄ctum plenitudinis sit expers, anima autem rōnalis plenitudinem habeat. Nam id ad motum nihil confert, cum sicut punctum est indiuisibile in partes extēsiōis, ita anima rōnalis est indiuisibilis in partes plenitudinis/ sed eius plenitudo est tota in toto corpore & tota in qualibet eius parte, idcirco prius anima rōnalis dicta est punctum replens corpus nostrum. **¶ Respondetur anime nostrę duplicem esse ortū. primus est quo ipsa tota simul est cū prius nō fuerit. Quod nō in tempore, sed eni eternitate entium superiorū duratiōne fit: & in hoc ipsa conuenit cum superioribus substantiis. Secundus est quo ipsa successiue corpus humanum informat, quod prius non informatauerat. Et in hoc conuenit cum substantiis inferioribus, quę sicut in sua productiōe successiōem seruat, ita & anima rōnalis in corporis informatiōe. Sic enim incipit corpus informare, quemadmodum forma præcedens depellitur. At præcedens forma successiue depellitur, & prius ab una parte materię, & deinde ab altera. Nam formę omnino sensibiles expelli a materia nisi in tempore & successiōe non possunt, ergo anima rōnalis tota, informat prius unam materię partē ut materiā cordis, deinde de præcordiorum/ & deinceps ceterarum partium corporis. Itaq; in generatione hominis est successiō non quidem partium anime rōnalis, illę siquidem nullę sunt, sed partium materię sensim ab anima rōnali informari incipientium. Ita in corruptiōne hominis anima successiue desinit informare corpus, sicut forma sequens utpote eademeris in eadē materia introducitur. A forma sequens successiue introducitur in materia (Nam formę omnino sensibiles acquiri in materia non nisi in tempore & successiōne possunt) & prius in una parte materię ut materia manuum, deinde pedum, ergo eandem successiōis seriem seruat anima rōnalis cum corpus relinquunt. Hinc prius manus emori conspicimus & pedes & deinde partes cordi vicinas. Itaq; in corruptiōne hominis successiō non ex parte partium anime sensim perueniunt (quoniam anima partium est expers) attendenda est, sed ex parte partium corporis successiue ab anima informari desinentium. **¶ Quod si quis dicat animam rōnalem acquiri in corpore in instanti & simul in toto, cum forma prior in tempore solum deperdat, & et est a prima parte materię solum depulsa quę uocetur a, anima rōnalis totū iam corpus informans & forma prior essent in eadem parte materię scilicet in b/ & c/ & d.** **¶ Quod si quis dicat formam priorem cum deperditā est ab a, simul esse deperditā a materia b/ & c/ & d, ergo uset deperditā in non tempore & sine successiōe, quod est principiū prius adducti oppositum.** Similiter si quis dixerit animam rōnalem simul totam deperdi & sine successiōe, ergo cum forma sequens fuerit solum introducta in parte materię a, reliquę partes materię scilicet b/c/ & d (a quibus per hypothesim deperditā est anima rōnalis) manent sine forma substantiali, quod est impossibile. **¶ Quod si quis dicat sequentem formam cum est acquisita in a simul esse acquisitam in parte b/ & c/ & d, ergo formam omnino sensibilem sine successiōe in materia acquiritur, quod est impossibile.** Relinquitur ergo animam rōnalem successiue in materia acquiri & ab ea deperdi, ut ceterę formę substantiales. **¶ Id tamen inter animam rōnalem & ceteras formas substantiales interest, q̄ ceterorum formę substantiales cum corpus relinquunt, amplius non sunt, sed simpliciter esse desunt, perinde atq; aquę frigiditas expulsa per aduenientem calorem, amplius non est. Anima autē rōnalis cum corpus deseruerit, adhuc est, & si ne corpore subsistit, naturale tamen habens desiderium ad iteratam corporis unionem. At huiusmodi naturalis appetitus quo animā inclinatur ad corporis coniunctiōem (ut eo modo sit, quo a summo rerum opifice primū facta est, magisq; sic imitetur suū optimū parentem) frustra, ociosusq; esse non potest. Recte igitur diuina providentia ordinatum est, ut futura sit hominum in fine mundi resurrectiō, quo anima rursum corpori uniat, & sui desiderij compos euadat. **¶ Primus igitur nostrę anime ortus: eius creatio est qua cum prius non fuerit postea est, sicut & intelligentię & sapientibus create dicuntur. Generatiō autem hominis est successiua & temporalis a rationali anima corporis informatiō. Successiua inquam & ex parte temporis & ex parte materię, sed non ex parte partium anime rōnalis, nam partes non habet sed tota est in huiusmodi generatiōe. neq; illa generatiō est ad animam rōnalem tanq; terminum ad quem, sed ad completam eius informatiōem. Forma autem leonis cum acquiritur/ non tota est, sed una eius pars post alteram acquiritur. Et in eius ceterarumq; formarum******

Quod p̄ctū  
mutatiōe phy  
sica nō acqui  
ratur neq; de  
perdatur.  
Obiectio.  
Solutio?  
a  
b  
c  
d  
Quid homi  
nis generatiō




Quid eius cor-ruptio:

substantialium generatione ex parte partium forme substantialis etiam est successio. Et quia generatio ad formam substantialem tanquam terminum ad quem: corruptio autem hominis est successiva et temporalis anime rationalis ab informatione corporis desinitio. In qua ex parte temporis et materie penditur successio, sed non ex parte anime rationalis, nam in hominis corruptione et post eam completam anima rationalis adhuc tota est, neque quicquam substantie eius est deperditum. Quare corruptio hominis non est ad non esse anime rationalis tanquam terminum ad quem: sed ad desinationem informationis. Forma autem leonis cum deperditur, amplius tota non est: sed parte post partem peruenit deperditur, et post transmutationem completam nihil eius est. Teditque ea corruptio ad non esse simpliciter forme leonis. Anima autem nostra huiusmodi desinationem qua cum prius fuerit posse non sit non habet, nam immortalis est sicut et super celestes substantie, cum quibus anima in permanetia et sempiternitate conuenit.

